LVCERNA REGVLARIVM VTRIVSQVE SEXVS,

IN QVA PRACTICABILIORES, ET MAGIS quotidiani caſus ad eorum ſtatum concernentes

EX BVLLIS, MOTIBVS PROPRIIS, ET PRIVILEGIIS
Summorum Pontificum, Sacr. Concil. Trid. Dogmatibus, Eminentiſſimorumq; Cardinalium, Sacrarum Congregationum, etiam recentioribus Decretis, Deciſionibus, Methodica, & Alphabetica ſerie enodantur, illuſtrantur, relucent, & iuxta modernum vſum accommodantur.

OPVS DIV DESIDERATVM, OMNIBVS IN FORO Eccleſiaſtico, & in foro Sæculari verſantibus apprimè neceſſarium, & vtile.

Et in hac Veneta impreſſione multis erroribus expurgatum.

IO. MARIA NOVARIO
I. C. LVCANO
AVTHORE, ET COLLECTORE.

Indicibus Materiarum, ac Rerum Memorabilium perbellè exornata.

VENETIIS, M. DC. XXXXIII.

Apud Turrinum.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO VIRO

cunctarum virtutum cumulo

MATTHIÆ CASANATÆ

SVPREMI COLLATERALIS CONSILII REGENTI DIGNISSIMO.

ANNONÆQ; CIVITATIS NEAPOLIS PRÆFECTO VIGILANTISSIMO.

IOANNIS MARIA NOVARIVS I.C. LVCANVS F.P.

PRæſtanctiſſimos inter Ciues, quibus olim Orbis Regina gloriabatur maiorem Catonem habuiſſe, & exiſtimaſſe comperimus cum tria in illo elucere potiſſimè aſpicerentur, erat ſiquidem ſummus Orator, ſummus Senator, ſummus deniq; Imperator. Cedat tamen ætati noſtræ vetuſtas, & emulam habere Neapolim Roma hodie cognoſcat, Te namq; inter tot variarum dignitatum Heroes (præclariſſime Domi-

Digitized by Google

ne) fruitur, quo ſatis ſuperq; glorietur, alium ab illo eminentiſſimum I. C. in ſublimiori Senatu peroptimum Senatorem, vigilantiſſimum tandem cunctorum læto conſenſu Annonæ Præfectum acclamatum, quemque ſolum pro omnibus ſuis ornamentis, non ſecus ac Cornelia Graccos ſuos reliquis totius Orbis regionibus oſtentare meritò poteſt. Hinc exoritur, vt Magnates tibi deſeruire, te colere: laudibuſque extollere connitentur, quid mirum igitur, ſi ipſe inter Leones muſca pariter accedam, debitumq; reddam honorem, id namque tua pietas, tua eximia doctrina, morum venuſtas, & originis nobilitas expoſcunt; At quia tantarum qualitatum ſplendor, quantum oculos immenſa luce perſtringit, tantum bona ſpe animarum erigit, & confirmat, fieri enim nequit, vt quem reliquę virtutes propè diuinum effingunt, ſingularis benignitas non reddat humaniſſimum; Inde hoc qualecumque non tàm ingenij penſum, quàm obſequij pignus Tibi addico. Vale.

AVTHOR
BENEVOLO LECTORI.

EN modo poſt multos ad tui comodum (humaniſſime Lector) diuulgatos proprij ingenij fętus, tibi pariter prodit LVCERNA REGVLARIVM, quod opus, (prout & alia) tuo guſtui eſſe accepta mihi perſuadeo, non inquam nunc tibi minus debere profiteor, quam per prius debebam. Cętera & fortaſſe maiora, & grauiora (vita comite Deo Optimo Maximo fauente) recipies, interim hos guſta ſapores, & vale.

CHARISSIMO LECTORI
BIBLIOPOLA.

TVis commodis omnino intentus (beneuole lector) lucernam doctiſſimi Authoris iamdiu noti; in hanc noſtram nouam editionem multis erroribus expurgatam iterum edere decreui, LVCERNA enim hæc lucem affert, & ardet, & ad inſtar Solis indenſiſſima cęcarum nubium obſcuritate diù latentis clariſſimas radios diffundit, illa vtere, & quam citius à tanti Authoris ingenio meliora, & prętioſiora expecta, & Vale.

PER-

PERILLVSTRI D· AVTHORI·

Franciſcus Bilotta V.I. D. e Caſtro Monardo
Prouinciæ Calabriæ Vltra.

FLorea cæleſtes excurrunt prata volucres
Innectunt ſtudio dulcia, Nectar, Apes.
Hæ tenui ingem carpentes ore liquorem,
Expellunt gnauum melis ab Arce, Pecus.
Has vigilans legum nimia, iuriſq; peritus
NOVARIVS ſeruat ſedulitate, duces.
Phœbeos ſpatiatus agros ad Palladis ingens
Aſcendit Culmen, Pieridumq; lares.
Vtile decerpſit opus, quod Ritibus vrget
Cæſareo libris profugat Orbe malum.
His congeſta notis Populis lugentibus, effert
Effugium miſeris: Auxiliumq; Bonis.
Hinc penitus deiecta cadit mens fęda, Cupido
Impia, tolluntur, quæ nocuere, faces.
Æqui ſurgit amor, cæco percitus ab Antro;
Religio fulget, legis, & ordo patet.
Curia nulla cadet; fugiunt hinc crimina, cętus
Inuenient veram, quæ fuit ante fidem.
Triſtia ſęcla nefas ſolers, quod noſtra retundit,
Exiliunt ſcriptis his radiata nouis.

FRAN-

FRANCESCO BILOTTA

Al benigno Lettore.

VN Sol gouerno ſenza pari il Mondo,
E rende alla Sorella il ſuo ſplendore,
Le Stelle da lui prendono il colore,
Le tenebre diſcaccia, e manda al fondo.

L'vccel, che ſi conoſce moribondo,
Raduna i legni per brugiarſi il core,
E viue ſenz'equali, ò genitore
More, e riſorge col viſo giocondo.

Così vn NOVARIO con la penna inſegna
Le Pontificie, e le Ceſaree leggi
Di Pontefici, e Rè ſua lingua è degna;

Se ne i Degeſti, e Codice vaneggi
Il noſtro Autore con Stella benegna
Non t'increſc'abbracciar, ſtudia, e correggi.

Digitized by Google

CENSVRA
Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi.
D. ALOYSII RICCII
EPISCOPI VICI EQVENSIS
Pro Metropolitana Archiepiſcopali Neapolitana Curia.

OMiſſis nugis (iuxta morem) ſubſtantialia tantum adeò eleganter, & ingenioſè cuncta practicabilia in materia Regularium vtriuſque ſexus D. IO. MARIA NOVARIVS hoc in Opere perſtrinxit, vt nulli alio vlterius peruagandi locus relinquatur, libenter nè dum legi, ſed & perlegi illud inſuperque examinaui, & quia nihil cenſura dignum aſpexi, imò valde proficuum publicoq; comodo neceſſarium intueor, Typis inoffenſo pede nè dum dari poſſe, ſed & debere mihi perſuadeo.

Aloyſius Riccius Epiſc. Vici Equenſis.

Idem affirmo.

Ioſeph Giannetaſius Canonicus Deputatus.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Digitized by Google

ELENCHVS MATERIARVM,

De quibus hoc in Opere.

Abbas.
Abbatia.
Abbatiſſa.
Abſolutio.
Abuſus.
Adminiſtratores.
Ætas.
Agnus Dei.
Alienatio.
Allocutio.
Altare.
Annus.
Apoſtata.
Appellatio.
Approbatio.

B

Baculus.
Baldachinum.
Beguinæ.
Benedicere, & Benedictio.

C

Cantus.
Capſa.
Cappuccini.
Cappuccium.
Camaldulenſes.
Campanæ.
Candelæ.
Canonici Regulares.
Carcer.
Carmelitæ.
Carthuſiani.
Caſſinenſes.
Caſus reſeruati.
Cauſæ Religionum.
Celebrans.
Cellæ.
Chorus.
Ciſtercienſes.
Clauſtra.
Clauſtrales.
Clauſura.
Clauis.
Clerici.
Conceptio B. Virginis.
Confeſſarius.
Confeſſionalia.
Confeſſiones.
Collocutoria.
Confraternitas.
Conſecratio.
Conſeruatores.
Conuerſæ.
Conuertitæ.

S *Crux.*

Crux.
Cruciata.
Cura Animarum.
Cuſtos.

D

DEcimæ.
Defunctus.
Delinquens.
Demiſſoriæ.
Diſcalceatæ.
Diſpenſare.
Diſpoſitio bonorum.
Donatio.
Dos.

E

EDucatio.
Eiecti à Religione.
Eijcere.
Electio.
Electio confirmanda.
Electores,ſiuè Eligentes.
Elemoſinæ.
Epiſcopus.
Epiſcopus quoad Regulares.
Eremita.
Euchariſtia.
Examen,& Examinare.
Examinatores.
Excommunicare.
Exemptio.
Exploratio.

F

FAmiliares.
Fauor.
Feſtus.
Fidei profeſſio.
Fratres.

G

GAbella.
Generalis,& Genera latus.
Guardianus.

H

HAbitus.
Hæreſis.
Hymnus.
Horæ Canonicæ.
Horti.
Hoſpitalia,& Hoſpites.

I

IEiunia.
Ieſuitæ.
Ieſuitiſſæ.
Illegitimus.
Immunitas.
Impreſſio librorum.
Incorrigibilis.
Indulgentiæ.
Interdicta.
Iubileum.

L

LEctio.
Licentia.
Limina.
Literæ.

M

MAgnus Magiſter.
Mantelletum.
Matrimonium.
Matutinum.
Mendicantes.
Milites.

Mini-

Miniſter.
Miſſa.
Mitra.
Monachi.
Monaſteria.
Monetarij.
Moniales.
Mozzetta.

N

Notarius.
Nouitij.
Nullitas.

O

Obedientia.
Oblationes.
Oblati.
Officium.
Oleum ſanctum.
Oliuetani.
Oracula viua vocis.
Orationes 40. Horarum.
Ordo.

P

Patrini.
Paupertas.
Planeta.
Pontificalia.
Poſſidere.
Pœnitentiarij.
Præcedentia.
Præceptoria.
Prædicare.
Prædicatores.
Prælati.
Præpoſiti.
Præſidentia.
Præſidentes.
Priuilegia.
Proceſſiones.
Procurator.
Procuratio.
Prophanatio.
Profeſſio.
Propina.
Proprietas.

Q

Quaria.
Quæſtuarij.

R

Receptatio.
Receſſus à Monaſterijs.
Reclamare.
Recurſus.
Refectorium.
Regula.
Religio noua.
Reliquiæ.
Renunciatio.
Reſidere.

S

Sacerdos.
Sacriſtia.
Sedes Abbatialis.
Seminarium.
Sepultura.
Siluestrini.
Simonia.
Sodomia.
Sollicitantes.
Sorores.
Spolia.
Stabilia.
Stola.
Succeſſio.
Suſpenſus.

Ta-

T

Tabellæ.
Tertiarij.
Teſtamentum.
Teſtis.
Tranſactio.
Translatio.
Tutela.

V

Valetudinarium.
Vaſa.
Velum.
Valere.
Vicarius.
Vidua.
Viſitare.
Viſitatores.
Votum.
Vox.

Finis Elenchi Materiarum.

Digitized by Google

IO: MARIÆ NOVARII
I. C. LVCANI
LVCERNA REGVLARIVM
VTRIVSQVE SEXVS.

Practicabiliores, & magis quotidianos caſus ad eorum ſtatum concernentes methodicè continens.

ABBAS.

SVMMARIVM.

1 *Abbas poteſt inuito Epiſcopo reuocare ad Monaſterium religioſos animarum curam exercentes.*
2 *Abbas regularis, Rector Parrochiæ tenetur ire ad Synodum Diœceſanam.*
3 *Abbas nõ expeditis literis Apoſtolicis tenetur abſtinere ab adminiſtratione Monaſterij.*
4 *Abbas cum vſu Mitræ, & Baculi poteſt aſſiſtere in degradatione Clericorum.*
5 *Abbas ducens vitam regularem, non tenetur reddere rationes Epiſcopo.*
6 *Abbas regularis habens iuriſdictionem criminalem in Clericos ſæculares, non comprehenditur ſub decreto Sacr. Conc. Trid. c. 20. ſeſſ. 24.*
7 *Abbas debet curare, quod in Monaſterio adſit Lector ſacræ ſcripturæ, nec non Hebraicam, & Latinam linguam docentes, num. 8.*
9 *Abbas poteſt habere ſedem.*
10 *Abbas coram Epiſcopo ordinario loci ſedere tenetur.*
11 *Abbas in Monaſterio cuncta exercere poteſt.*
12 *Abbas quando priuatur in criminibus notorijs.*
13 *Abbas vnius Monaſterii non poteſt in alio præeſſe eodem tempore, ſecus ſi vnum ab alio dependeret. & num. 14.*
15 *Abbas quando auditur pro monaco in capitalibus.*
16 *Abbas celebrans, debet habere ſuos Miniſtros.*
17 *Abbas quando poteſt benedicere paramenta, remiſſiuè.*
18 *Abbas an poſſit conferre ordines.*
19 *Abbas quando poteſt vti Baculo.*

Digitized by Google

20 *Abbas quando poſſit vti Mitra.*
21 *Abbas quando Baldachino vti poſſit.*
22 *Abbas quando habet Pontificalium vſum.*
23 *Abbas an vtatur Mozzetta.*

1 ABBAS poteſt inuito Epiſcopo reuocare abſolutè ad Monaſterijs Religioſos animarũ curam in Eccleſijs ipſis Monaſterijs vnitis exercentes; verum quando iterum ad talem animarum curã ſubeundã deſignantur, denuò ab Epiſcopo examinandi, & approbãdi veniunt; ita Sacr. Congr. Eminentiſſimorũ Cardinal. Sacr. Conc. Interpretũ in vna Cameracen. 24. Ianu. de an. 1632.

2 Abbas regularis Parochiæ Rector tenetur ire ad Synodum Diœceſanam, ita deciſum à Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Congregatione referunt Leo in theſaur. fori Eccleſiaſtici cap. 9. num. 13. par. 1. & Tamburin. nouiter in ſpeciali tract. de iure Abat. diſput. 24. quæſt. 3. num. 5. tom. 2.

3 Abbas literis Apoſtolicis non expeditis à Monaſterij adminiſtratione ſe abſtinere tenetur, cum ingerere ſe nequeat, vt prouiſum eſt vigore Bullæ Iulij II. in anno 1505. incipit Romani.

4 Abbas vſum Mitræ, & Baculi habens in locum Epiſcopi Clericorum degradationi aſſiſtere poteſt, vt in Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 4. & adde Suarez de cenſur. tom. 5. diſputtat. 30. ſect. 1. num. 20. Aldret. de relig. diſcipl. tuend. cap. 17. nu. 15. lib. 2. Megal. in promptuar. Theolog. moral. in verb. Abbas num. 8.

5 Abbas vitam regularem ducens, non obligatur rationes reddere Epiſcopo, vt Sacram eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem determinaſſe fatetur, Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarr. l. 7. de Epiſc. nu. 79. tit. 18. lib. 1. vbi idem reſpectu Prępoſitorum, & Abbatiſſarum ex voto ipſiuſmet Congregationis confirmat.

6 Abbas regularis habens iuriſdictionem criminalem in clericos etiam ſæculares non comprehenditur ſub decreto Sacr. Concil. Trident. cap. 20. verſ. ad hęc, ſeſſ. 24. de reform. vt declarauit Sacra Congregatio eiuſdem Eminentiſſimorum Cardinalium Interpretum in anno 1579. ſub die 5. Februarij.

7 Abbas in Monaſterio vbi commodè fieri poteſt, debet curare, vt adſit Lector ſacræ Scripturæ, & in caſu negligentiæ ab Epiſcopo opportunis remedijs compelli valet iuxta decretum Sacr. Concil. Trident. ſeſſ 5. de reform. c. 1. verſ. in Monaſterijs quoque monachorum, Fuſc. de viſit. cap. 15. nu. 73. lib. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 56. n. 16. par. 3. Aldan in compend. canon. reſolut. lib. 1. tit. 3. num. 16. vbi deciſum dicit etiam reſpectu Carthuſianorum ſtrictioris clauſuræ,
8 cui decreto ſatisfacere Abbates per lectionẽ Theologiæ ſcholaſticæ, vel moralis, teſtatur Megal. par. 2. lib. 2. c. 27. n. 14. autumans in ſuo promptuar. in verb. Abbas n. 20. ex Bulla Pauli V. edita in anno 1610. inuigilare debere, vt in omnibus ſtudijs inſtituantur Doctores, & Magiſtri Hæbraicam, Græcam, & Latinam linguam docentes, & in maioribus quoque Arabicam, & vt his linguarum lectionibus ſcholares aſſignentur, qui illis aſſiduam nauent operam.

9 Abbas poteſt habere ſedẽ, ſed Illa nõ debet eſſe fixa, & permanens propè Altare ad inſtar Epiſcopalis, cum duobus tamen gradibus, ſed abſque ſuppedaneo, Sacr. Congr. Rituum. 29. Inuarij 1628. Gauant. in man. Epiſc. in verbo Abbas n. 4.

10 Abbas

10 Abbas coram Epiſcopo loci ordinario ſedere tenetur in loco ſuæ iuriſdictionis, aut propè Epiſcopum à ſiniſtris in Sede Camerali abſque ornatu,& gradu, vel ex alia parte in conſpectu Epiſcopi in loco inferiori cũ gradu palmi dimidium non excedente, ita determinauit Sacr. Rituum Congregat. in anno 1617. ſub die 18.Martij in vna Aquilana, & ita Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. Abbas n.5.Barboſ.de iure Eccleſiaſt.vniuerſal.lib.1.c.17.tit.de Abbat.ſub n.111.

11 Abbas hodiernis temporibus de Summorum Pontificum conceſſione, quamuis benedictionem non acceperit, poteſt in Monaſterio, ad quod deſtinatus fuit exercere cuncta, & inſignia deferre, vt reſpectu Congregationis Sanctæ Iuſtinę de Padua conceſſiſſe Eugenium IV. fatetur Rodriq. in collect. Bullar. Apoſtolicar. pro regular. bulla 11. dicti Pontificis, & Iulium II. idem conceſſiſſe ordini Oliuetano, patet in libro Congregationis priuilegiorum eiuſdem fol.76.& Pium V. idem elargitum fuiſſe Abbatibus Canonicorum regularium, legitur in libro priuilegiorum fol.542.

12 Abbas etiam in criminibus notorijs non priuatur, niſi ei prius fuerint conceſſæ defenſiones,ita cautũ eſt in Bulla Leonis 10.incip.Etſi,emanata in an.1514.

13 Abbas vnius Monaſterij non poteſt eodem tempore in altero præeſſe in eadem dignitate, & eo ipſo, quod nouo Monaſterio præfigitur, & dignitatem acceptat,deſinit eſſe talis primi Monaſterij,cap.final.de relig.domib. cap. vnum Abbatem 21.q.1.Conc.Trident.ſeſſ.24.c.17.ſeſſ.25.de regular. c. 7.verſ.duobus.

14 Ceſſat tamen prohibitio, vbi vnum Monaſterium ab alio dependeret, vt vigore cap. fin. 25, q. 2. probat Tamburr. in tract.de iur.Abbat.tom. 1.diſput.5. quæſt.24.nu.3.vel ſi illa vnita,& connexa eſſent,cap.fin.de priuil.in 6.cap.cum in ſingula,de prębent.in 6.Megal.in prompt.theolog. in verbo Abbas n.3.

15 Abbas pro monaco in cauſis capitalibus minimè auditur, niſi monaco in carcere conſtituto, ita prouiſum eſt vigore Bullæ Iulii III.incip.Fide, quę fuit promulgata in anno 1510.

16 Abbas habens vſum Mitræ,& Baculi dum ſolemniter celebrat, ſuos miniſtros habere debet,videlicet Diaconum,& Subdiaconum,vt Epiſtolam, & Euãgelium canere poſſint, necnon Cappellanum cum pluuiali ad librum aſſiſtentem, & aliquos clericos, & miniſtros cum cotta non autem poteſt habere duos Diaconos aſſiſtentes, ſicut Epiſcopus quando celebrat, ita Sacra Congregatio Rituum in vna Firmana 28.Ianuarij 1606.Barboſ. de Iure eccleſiaſt. lib. 1. cap. 17.ſub num.111.vbi pariter bireto nigro ſub mitra vti poſſe,ex eiuſdem Congregationis elogio enunciat.

17 Abbas quando poſſit benedicere paramenta, & ſimilia, vide in verb. benedicere.

18 Abbas ordines conferre an poſſit, vide in verb.ordo.

19 Abbas quando Baculo vti poſſit, vide in verb.Baculus.

20 Abbas quando Mitra vti poſſit,vide in verb.Mitra.

21 Abbas quando Baldachino vti poſſit,vide in verb.Baldachinum.

22 Abbas quando Pontificalium vſum habeat,vide in verb.Pontificalia.

23 Abbas an vtatur Mozzetta vide in verb.Mozzetta.

A B B A T I A.

S V M M A R I V M.

1 *Abbati a data in commendã, cum primũ vacauerit debet prouideri regulari probatę vitę.*

2 *Abbatiam ſolus Summus Pontifex confert.*
3 *Electio in Abbatem alterius Religionis eſt nulla, amplia vt num. 4.*
5 *Abbas quando efficitur exemptus à reſidentia.*

1 Abbatia, quæ data in commendam, cum primum vacauerit, debet prouideri Regulari probatæ vitæ; & in prouiſione eius qualitas exprimenda eſt, alias prouiſio erit ſubreptitia. Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 21. de regular. meminit Leiua in exam. Epiſc. lib. 6. c. 17. tit. de Abbatibus exemptis num. 1.

2 Abbatia à nullo præter Summum Pontificem poteſt conferri, niſi expreſsè profeſſis iuxta Canones; vt cenſuiſſe Sacram Congregationem ſub die 12. Decembris 1585 refert Gonzalez in reg. 8. cancell. de altern. gloſ. 8. n. 78. nouiſſimè Barboſ. de iur. Eccleſiaſtic. vniuerſ. lib. 1. tit. de Abbatib. c. 17. n. 32. annuens hanc expreſſam debere emitti in ea Religione, in qua aſſumitur, taliter vt ſi religioſus
3 eligatur in Abbatem alterius Religionis, electio ſit nulla, ad text. in clem. 1. de elect. Azor. inſtit. moral. lib. 12. c. 13. q. 11. Laiman. canon. quæſt. de Prælat. elect. quæſt. 192 reſponſ. 2. Tamburin. de iur. Abbat. diſp. 5. q. 11. to. 1. Lauor. variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 16. n. 127. etiam ſi dignus minimè reperiretur in illa Re-
4 ligione; qui poſſet eligi. Suarez de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 3. num. 11. & ad ornatum vide Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 21.

5 Abbatia quando cura, & conuentu caret, Abbas efficitur exemptus à reſidētia, nec ad illam cogi poteſt; vt ex mente declarationis Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregationis probant Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ l. 2. §. 2. num. 179. tit. 23. lib. 2. Garcia in tract. de benefic. cap. 2. num. 179. part. 3. ſicq; viget hodierna praxis.

ABBATISSA.

SVMMARIVM.

1 *Monialis vidua non poteſt creari Abbatiſſa niſi cum licentia Sedis Apoſtolicæ.*
2 *Abbatiſſa debet eſſe virgo.*
3 *Abbatiſſa ſi poſt electionem fuerit corrupta priuatur.*
4 *Doctrina Sanchez in ſumma cap. 5. n. 22. lib. 5. tom. 2. reprobatur.*
5 *Ætas Abbatiſſæ debet eſſe quadraginta annorum, & octo profeſſionis, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, num. 6.*
7 *Abbatiſſa non poteſt excedere triennium in ſuo officio, & vide num. 8.*
9 *Abbatiſſa poteſt minori tempore triennij aſſumi ad tale officium, & mutari.*
10 *Illegitima monialis nequit eſſe Abbatiſſa abſque diſpenſatione, & vide vt num. 11.*
12 *Abbatiſſa noua non debet in Eccleſia Epiſcopali deduci, vt benedicatur.*

1 Abbatiſſa non poteſt creari monialis vidua, niſi præcedente ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, vel Sacræ Congregationis licentia, vt Sacra Congregat. Epiſcop. & Regular. cenſuit in vna Caſſan 29. Ianuarij 1585. & alias fuiſſe per eandem determinatum ſub die 15. Iulij 1616. fatentur moderniſſimè Gau. in man. Epiſcop. verb. moniallum officiales num 6. Caſtellin. de elect. cap. 17. Lezana in ſumma quæſt. regul. cap. 26. nu. 5. & hanc partem probarunt Mirand. in manual.

Prælat.

Prælat.quæſt.7.art.6.Lauor.var.lucubrat.tit.4.cap.24.num.10. Homobon.de
ſtatu relig.part.5.cap.24.
2 Cuius cõcluſionis ratio redditur,nam Abbatiſſæ electio debet fieri de virgi-
ne, alias electio eſſet nulla,vt poſt antiquiores probant Franc. Marc. deciſ. 1254.
part.1.pluribuſq; relatis Barboſ.de poteſt.Epiſcop.allegat.100.num.14.part.3.&
nouiſſimè Vrſelius in concluſ.legal.in verb.Abbatiſſæ electio, concluſ.3.n.1.di-
3 cens n.5. quod ſi Abbatiſſa poſtquam fuerit electa diabolico ſpiritu inducta
corrumpi ſe permiſerit, eò ipsò erit priuata, niſi diſpenſationem obtinuerit ab
Epiſcopo ſi corruptio eſſet ſecreta,vel à Papa ſi eſſet notoria.
4 Vndè non eſt audiendus Sanchez in ſumma cap.5.num.22.lib.5.tom.2. di-
cens: ad Abbatiſſæ officiũ non requiri virginitatem niſi vbi mos eſſet impartien-
di Abbatiſſis benedictionem ſpecialem, virginum propriã, ſeu conſecrationem.
Niſi velles inhærere opinioni Suarez aſſerentis probabilem eſſe hanc theori-
cam,ſi ineſſet pro ea conſuetudo cui ſtandum eſſe fatetur, tom.4.de relig. lib.2.
cap.6.num.16.
5 Abbatiſſa debet habere quadraginta ætatis annos, & octo profeſſionis ex-
preſſæ in laudabili vita,quod ſi in eodem Monaſterio talis non reperiatur, ſitque
inconueniens de alio adducere,debet excedere trigeſimum annum, & quinque
profeſſionis, vide Sacr.Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.7. de reformat. regular. & ita
declaraſſe Sacram Congregationem eiuſdem Concilij fatetur Roder. in com-
pend.qq.regular.in verb.Abbatiſſa,reſol.2.n.5.Vrſell.in concl.legal.cõcl.3.n.17.
Megal.nouiter in promptuar.theolog.in verb. Abbatiſſa num. 3. Noſque latius
diſſeruimus in Iure Pontificio nouo, concl. 2. de elect. & concl.1.de ætat. vbi ex
6 deciſione Sacræ Congregationis probauimus non licere Epiſcopo in hoc di-
ſpenſare,quod vltra ibi allegatos ex recentioribus proſequuntur Vrſel. in concl.
legal. in verb. Abbatiſſa concl. 3. num. 16. Gauant. in manual. Epiſcop.in verb.
Abbatiſſa num. 6. qui etiam de Sacræ Congregationis deciſione meminit Illu-
ſtriſſ.Epiſc.Ricc.deciſ.Curiæ Archiep.Neap.309.nu.9.part.4. & in praxi for. Ec-
cleſiaſt. reſolut.57.par.4.vbi Nos allegat.
7 Abbatiſſa non poteſt excedere triennium in ſuo officio, nam perpetuatio ei
eſt prohibita in noſtra Italia, ita quod expleto ſuo triennio, non eſt eligibilis de-
nuò ad idem officium abſque Sedis Apoſtolicæ, aut Sacræ Congregationis li-
centia, vt deciſum in Sacra Congregatione Rituum, modernè fatetur Aldan. in
8 compend.canonicarum reſolutionum tit.11.nu.4.lib.2. Verum exacto trien-
nio poſtquam regere deſierit, iterum eligi poterit ſeruata forma Concilij Tri-
dentini,& Bullæ Gregorij XIII.quæ incip. Expoſcit, vt fusè Nos probauimus in
praxi noui Iuris Pontificij concl.3.de elect. & recenter Canonicus Nouarius fra-
ter in ſumma Bullar.tit.Abbatiſſa.
Quam quidem Bullam eſſe in viridi obſeruantia reſpectu omnium monia-
lium etiam Hieroſolymitanorum cenſuiſſe Sacr.Congreg.Epiſcop.& Regular.
ſub die 22. Maij 1604. authenticè reperio, quæ in Vliſbonen. de Odiuellas 19.
Aprilis 1619. non prohibuit, poſſe ad idem officium promoueri ſororem ante-
cedentis Abbatiſſæ in contrarium non exiſtente ordinis Conſtitutione.
9 At minori tempore triennij poſſe ad tale officium aſſumi,& quotannis mu-
tari, deciſum à Sacra Congregatione in vna Arianen. fatetur Canonicus Noua-
rius frater in ſum.Bullarij,in tit.Abbatiſſa ſub n.4. vbi alia ad materiã coaceruat.

Digitized by Google

10 Abbatiſſa eſſe non poteſt monialis illegitima abſque diſpenſatione Apoſtolica, & electio aliter de illa facta, nulla reputatur attento iure communi circumſcriptis Religionum priuilegijs, vt declarauit Sacra Congregatio Eminētiſſimorum Concilij Interpretum in anno 1630. die 27. Aprilis, & hanc opinionem tutantur præceteris Santarel. var. reſ. quæſt. 40. n. 7. Paris de reſign. benefic. quæſt. 12. num. 11. lib. 3. Suarez de relig. tom. 5. diſp. 50. num. 15. ſect. 5. Sayr. de cenſur. cap. 11. ſub num. 3. lib. 6. Sanchez in ſumma lib. 5. cap. 5. à nu. 19. Bellett. diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſcipl. clerical. §. 3. num. Homobon. de ſtatu relig. c. 24. p. 2. Caſtel. in tract. de elect. cap. 27. n. 5.

Qua nouiſſima decretatione ſtante non poterit practicari altera, per quam in anno 1592. fuit determinatum ex illegitimo Thoro natam nō excludi, quo minus Abbatiſſa eligi valeat, de qua teſtatur Gauant. in man. Epiſcop. in verbo monialium officiales num. 7. Lauor. variar. lucubrat. tit. 4. cap. 24. num. 38. & modernè Lezana in ſum. quæſt. regul. cap. 26. de Abbatiſſis monialium num. 6.

Sed non reticeam dicere, quod poſt recitatas ſupradictas vtraſque opiniones Anton. Diana reſol. moral. par. 3. tract. 2. de dub. regular. reſol. 101. in fine, ex Rodriq. & Portel. quos ſecum vehit notandum exiſtimat, vt etiam inhærendo primæ ſentētiæ, liceat Prælatis dictarum monialium in hac illegitimitate diſpēſare.

11 Abbatiſſa noua non debet in Epiſcopali Eccleſia deduci, vt benedictionem accipiat, ita declarauit Sacra Congregatio in vna Cotornen. 28. Auguſti 1615. ſicque in effectu Praxis quotidiè obſeruat.

ABSOLVTIO.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio ab Hæreſi non poteſt impartiri à Prælatis regularibus ſuis ſubditis.*
2 *Abſolutio ab hæreſi eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ.*
3 *Abſolutio in nullo caſu Bullæ Cœnæ poteſt impartiri à Prælatis regularibus.*
4 *Abſolutio reſeruata Epiſcopis, non poteſt dari à Regularibus ſuis pænitentibus.*
5 *Facultas abſoluendi à caſibus Sedis Apoſtolicæ reſeruatis alicui conceſſa, non comprehendit caſus reſeruatos Epiſcopo, vel Prælato religioſo.*
6 *Regulares cuiuſcumque ordinis non poſſunt abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ, vel Epiſcopis reſeruatis.*
7 *Prælati regulares debent delegare in ſuos ſubditos ordinariam poteſtatem abſoluendi à peccatis.*
8 *Religioſi non tenentur confiteri ſua peccata etiam reſeruata ſuis Prælatis.*
9 *Confeſſarij Regularium poſſunt abſoluere pænitentes pro vna vice tantum, quamuis Superior licentiam dare noluerit.*
10 *Superior negans facultatem Confeſſario abſoluendi pænitentem, poteſt iſte celebrare, & vide num. 11.*
12 *Subditus timens ſuo Prælato confiteri, cum actu contritionis communicari poteſt.*
13 *Grauia incommoda excuſant quem à confeſſione.*
14 *Confeſſor poteſt abſoluere directè à peccatis non reſeruatis, & indirectè à peccatis reſeruatis, declara vt num. 15.*
16 *Abſoluens à caſibus Epiſcopo reſeruatis, incidit in excommunicationem, quod non procedit in Regulare, num. 17.*

18 Re-

Digitized by Google

18 *Regularis excommunicatus nequit abſolui per procuratorem.*
19 *Religioſus Religionis Ieſus abſolui nequit etiam virtute Iubilei ſine Superioris licentia.*

1 ABſolutio ab hæreſi hodiè minimè poteſt impartiri à Prælatis Regularibus ſuis ſubditis, vt declaratum nouiſſimè per Sacram. Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem ſub die 17. Nouembris 1628. fatetur Diana reſol. moral. p. 1. tract. de abſolut. ab hæreſi, reſol. 6. circa fin. vbi poſt diſcuſſum articulum, & adductas rationes annuit amplius de hoc non eſſe dubitãdum ſtante præfata declaratione, & in adiuuamen reportat Megal. conſ. 21. num. 6. & Nos in praxi Iuris noui Pontificij concluſ. 3. n. 10. & latè Nouarius frater in ſumma Bullar. tit. hæreſis.

2 Patet enim vigore Bullæ Cœnæ abſolutionem ab hæreſi eſſe Sedi Apoſtolicæ reſeruatam, mortis caſu tantum excepto, maximè ſtante generalitate verborum dictæ Bullæ, hoc nouiſſimo tempore Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani VIII. ibi: A prædictis ſententijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, &c. abſolui poſſit etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcumque Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumuis ordinum Mendicantium, ac militiarum Regularibus &c. in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innotatorũ; ac concedendorum, & innouandorum.

Quarè meritò modernus Lezana in ſumma quæſt. regular. tit. de obligat. & facultat. Prælator. regular. cap. 18. num. 38. hanc agnoſcendo veram opinionem exiſtimauit nullo modo ab hoc hæreſis crimine, nec ab vllo caſu in Bulla Cœnæ abſolutionem impartiri poſſe à Prælatis regularibus, nulla priuilegiorum habita ratione vti reuocatorum adducit pro tali ſententia Io. de la Cruz de voto obedientiæ, dubio 14. aſſerens ſibi non placere, quod aliqui volunt in contrarium, Petrinis in priuil. Minimor. conſt. 4. Sixti IV. §. 5. à num. 10.

4 Abſolutio à caſibus Epiſcopis reſeruatis non poteſt impartiri à Regularibus ſuis pœnitentibus in vim priuilegiorum Roſarij, niſi priuilegia talem tribuant facultatem, aut ſint obtenta, vel confirmata poſt Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſib. reſeruat. prout ſic declaraſſe Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem, probat Garc. in tract. de benefic. c. 2. n. 286. p. 3. tom. 1.

5 Abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis conceſſa facultas, non cõprehendit caſus, quos Epiſcopus, & Prælatus religioſus cum ſuis ſubditis regularibus reſeruauit, niſi de his fieret ſpecialis mentio. Sacr Congr. Conc. teſte Garc. d. c. 2. num. 286. par. 3. de benefic. tom. 1.

6 Abſoluere quemquam à caſibus in Bullæ Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis, non poſſunt Regulares cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti etiam neceſſario exprimendi tàm citra, quàm extra Italiam in vim priuilegiorum, aut confirmationem huiuſmodi, quos, vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt: at ſi ſecus egerint abſolutiones nullæ; ac irritæ erunt; ab alijs verò caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſiquidem Regulares habent à Sede Apoſtolica abſoluendi facultatem, illa extra Italiam minimè ſublata fuit, Sacr. Congregat. negotijs Epiſcop. & Regular. præpoſita ſub die 17. Nouembris 1628.

7 Abſoluendi ordinariam poteſtatem quam habent Prælati Regulares in eorũ ſubditos à peccatis debent delegare etiam reſpectu caſuũ reſeruatorũ, vt patet

ex decreto Clementis VIII. de caſibus reſeruatis,& probãt Suarez de relig. tract. 8.c.15.lib.2.& Lezana in q.regul.tit.de obligat.& priuileg.Prælator.c.18.nu.29.
8 vbi quod non tenentur Religioſi confiteri ſua peccata etiam reſeruata ſuis Prælatis ſubiungens ex memorato Clemẽtis decreto, vt ſi huiuſmodi Regulariũ Confeſſarijs caſus alicuius reſeruati facultatẽ petentibus Superior dare noluerit,
9 poſſint nihilominus Confeſſarij illa vice pœnitentes Regulares etiam non obtenta à Superiore facultate abſoluere; ſi verò contingat non vna vice, ſed pluribus Religioſum cadere in caſum reſeruatum, & Confeſſario petenti faculta-
10 tem abſoluendi ab illo Superior neget, Religioſus autem cogatur celebrare, vel communicare, dicendum eſt, quod ſi tunc ſolum timet Religioſus confiteri ſuum peccatum Prælato propter ruborem, verecundiam, vel aliquod incommodum ſimile, tunc tenetur ipſi confiteri antequam celebret, vel commu-
11 nicet, quia huiuſmodi difficultates non ſunt ſufficientes ad de obligan-
12 dum Religioſum à præcepto diuino confeſſionis, cum ſint parui momenti; quando verò timet ſubditus Prælato ſuo confiteri, quia veretur aliquod damnum multùm graue, verbi gratia fractionem ſigilli, infamiam apud alios, vel aliud huiuſmodi, tunc poteſt habito actu contritionis communicare, vel cele-
13 brare, non confitendo tale peccatum ſuo Superiori, quia grauia iſta incommoda excuſant illum ab obligatione confitendi; ſi tamen habuerit alia peccata
14 non reſeruata, & alteri Confeſſori idoneo tenetur confiteri, à quo abſoluitur directè à peccatis non reſeruatis, & indirectè ab eo, quod proter iuſtam cauſam non tenetur Superiori confiteri, quamuis illi ſit reſeruatum, cum onere ta-
15 men illud confitendi poſtea, cuicumque habuerit authoritatem illud directè abſoluendi; quod pariter credit facere poſſe, etiam ſi non habeat alia peccata non reſeruata niſi ſolum alias confeſſa, & ſcilicet de nouo confitendo, Tolet. lib. 3. ſummæ cap. 13. num. 8. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 19. quos reportat idem Lezana loco citato in fine, quem pariter videas cap. 19. num. 37.

16 Abſoluens à caſibus Epiſcopo reſeruatis ſine prætextu alicuius priuilegij, quamuis incurrat excommunicationis labem, & alias pœnas decreti Clement. VIII. attenta opinione Floron. in tract. de caſib. reſeruat. cap. 5. nu. 27. part. 1. Homobon. in examin. eccleſia tract. 5. cap. 4. quæſt. 22. part. 1. addo nouiter Meroll. in theolog. moral. diſp 1. cap. 3. diſt. 4. num. 575.

17 Tamen ſupradicti duo affirmant iuxta aliud decretum eiuſdem Summi Pontificis euadere pœnas prælibati decreti Regularem abſoluentẽ à caſu reſeruato in Religione, ſicq; recenſet Dian. reſolut. mor. p. 3. tract. 4. de Sacramẽt. reſol. 73. verſ. notandum, quem adeas pariter tract. 2. de dub. Regular. p. 3. reſol. 13.

18 Abſolui per Procuratorem non poteſt Regularis excommunicatus, nam id non licere ex decreto ſacroſanctæ Congregationis ſancti Officij tempore Clementis VIII. emanato, probat Zerol. in praxi Epiſcop. in verb. abſolutio p. 2. & recentiſſimè Loret. de Franch. Epiſc. Capritan. in controu. inter Epiſc. & Reg. quæſt. 17. pag. mihi 332.

19 Abſolui nequit Religioſus ſanctæ Religionis Ieſus, ſine ſuperioris licentia, etiam facultate Iubilei, vt declarauit Gregor. XIII. de anno 1575. qui id non extendit ad participantes eiuſdem Religionis priuilegia, meminit Henriq. in ſumma lib. 7. de Indulg. c. 22. §. 4. in gloſ. lit. C. & moderne reportat Megal. in promptuar. theolog. in verb. abſolutio à pecatis num. 2.

ABVSVS.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri Generales Ordinis Fratrum Minorum in viſitatione abuſus tollere poſſunt.*
2 *Abuſus quid ſit.*

ABuſus quicumque in viſitatione poſſunt tolli à Miniſtris Generalibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, & bonas conſuetudines, ac laudabiles diuinum cultum, diſciplinamque regularem ad inſtar excidiſſe reperiuntur, ita congruis modis ſunt reſtituendæ, ita nouiſſimè extat ſancitum ex Bulla Gregorij XV. incip. Dilecte Fili edita 27. Septembris de anno 1621. Pontificatus ſui anno ſecundo.

2 Abuſus eſt, vt Prior, vel alius Superior Monaſterij, licet habeat iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem, faciant ante ſe deferri crucem Archiepiſcoporum more, & proinde tollendus eſt ita declarauit Sacr. Congr. Rituum in Coropolitana nullius de anno 1606. ſub die 4. Martij.

ADMINISTRATORES.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratores bonorũ temporaliũ Monialium ab Ordinarijs deputari minimè debent.*
2 *Adminiſtratores Monaſteriorum non tenentur reddere rationes Ordinario.*
3 *Epiſcopus poteſt amouere Adminiſtratores rerum Monialium.*

1 ADminiſtratores bonorum temporalium Monialium particulares Regioſi cuiuſcumque gradus, & præheminentiæ, quamuis Monaſteriorum Superiores eſſent, minimè deputari valent ab Ordinarijs, nec Regularibus etiam in eorum generalibus Capitulis, vt determinatum à Sacra Congregatione Eminentiſſimor. Cardinal. receuſet modernè Sellius in ſelect. canon. c. 20. n. 3.

2 Adminiſtratores Monaſteriorum Ordinario de illis reddere rationes minimè teneri, & adſtringi poſſe, declaratum per Sacram Concilij Interpretum Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem, fatetur Armendariz in Addit. ad recopil. leg. Nauarræ tit. 18. l. 7. num. 78. lib. 1. vbi alia pariter coaceruat in hac redditionis rationum materia, & diuerſas eiuſdem Congregationis adducit declarationes.

3 Adminiſtratores rerum ad Monialium Regularibus ſubiectarum Monaſteria pertinentia, vt amoueantur, conceditur Epiſcopo rationabili exiſtente cauſa quam Superioribus Regularibus ſignificare minimè obligatur, eoſdemque admonere, iiſque Superioribus id agere recuſantibus, poterit Epiſcopus tales remouere ad eius libitum, quoties neceſſe reputauerit eſſe, ita quidem declarauit Sacra Congregatio ad indagationem Bullæ Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, cuius declarationis verba ad vnguem tranſcribit Barboſ poſt tractatum de poteſt. Epiſc. in moderna edit. Lugdunenſ. fol. meo 6. circa fin. col. 1. & in princip. 2.

Digitized by Google

ÆTAS.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio vt ſit legitimè facta, requirit ætatem decimiſexti anni completi.*
2 *Ætas quadraginta, vel in ſubſidium triginta annorum requiritur in Abbatiſſa.*
3 *Ætas nulla requiritur in Adminiſtratoribus Monaſteriorum monialium, & nu. 4.*
5 *Ætas triginta annorum completorum requiritur ad Generalatum, Abbatiam, Prouincialatum, & cæteros iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes.*
6 *Ætas vigintiquinque annorum requiritur ad Prioratum, Præpoſituram, Rectoratum, & Guardianatum.*
7 *Ætas vigintiduorum annorum requiritur in Definitoratu.*

1 AEtas decimiſexti anni completi requiritur ad finem, vt quis in Religionem profiteri legitimè valeat, Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de regular. de quo cum ſatis fuſo calamo ediſſeruerim in praxi noui Iuris Pontificij concluſ. 9. ſub rubr. de ætate, amplius non inſiſto, modernè Megal. in prompt. theolog. moral. in ver. ætas, recenter Lezan. in compend. qq. regul. cap. 2. nu. 10. vbi quod huiuſmodi ætas profeſſionis computanda eſt à die natiuitatis extra vterum, quia communis vſus ſic ſe habet, Sanchez in ſumma cap. 35. num. 4. lib. 4. & ita reperio declaratum à Sacra Congregatione ſub die 4. Decembris 1617. per quam fuit determinatum: ætatem incipere à die natiuitatis, & non à die Baptiſmi.

2 Ætas quadraginta annorum, vel in ſubſidium triginta requiritur, ſi primæ ætatis in Monaſterio nō reperiatur monialis eligenda in Abbatiſſam, Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 7. de reform. regul. de cuius materia vide, quæ plena manu exarauimus in noſtro Iure Pontif. nouo concl. 1. de ætate.

3 Ætas nulla reperitur determinata, quoad Miniſtros, Adminiſtratores, & Officiales Monaſteriorum monialium, ſed qui morum grauitate, virtutumq;
4 ornamentis, cæteriſq; honeſtis qualitatibus ſunt imbuti, eligi debent; ita declarauit quidem Sacra Eminentiſſimorum Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in anno 1593. in vna Caſtri Maris.

5 Ætas triginta annorum completorum requiritur ad Generalatum, Abbatiam, Prouincialatum, cæteroſq; iuriſdictione quaſi Epiſcopali gaudentes ad
6 Prioratum verò, Præpoſituram, Rectoratum, & Guardianatum ætas vigintiquinque annorum eſt neceſſaria, ſed ad Definitoratum ætas vigintiduorum annorum deſideratur; ita declarauit Sacra Congregatio, & fusè poſt cæteros probat Epiſc. Riccius in praxi fori Eccleſ. reſol. 56. part. 4.

AGNVS DEI.

SVMMARIVM.

1 *Agni Dei benedicti à Regularibus deaurari, & depingi nequeunt.*

AGni Dei à Papa benedicti minimè à Regularibus tàm maſculis, quàm fœminis ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda depingi,

gi, infici, minio notari, vel deaurari poſſunt, aut quidquam aliud ſuper illis induci, nec venales præponi, aut teneri valent, ſed albi, & mundi decenter, ac reuerenter ab omnibus haberi, deferri, & cuſtodiri debent, ita mandante Bulla Gregorij XIII. edita in anno 1572. incip. Omni, de cuius materia præ cæteris, Bonacin. de excommun. particular. extra Bullam Cœnæ diſp. 2. punct. 29. quæſt. 2. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 34. tom. 1. modernè Megal. in promptuar. theolog. moral. in verbo Agnus Dei, Schort. in ſelect. ſummor. Pontific. Conſtitut. theorem. 330.

ALIENATIO.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Regularium eſt prohibita, niſi cum licentia Summi Pontificis, ſiuè Sacræ Congregationis Concilij.*
2 *Alienatio bonorum Theatinorum poteſt fieri inconſulta Sacra Congregatione.*
3 *Alienatio rerum Regularium pro ſolutione æris alieni fieri minimè poteſt.*
4 *Alienatio ſtabilium pro fabrica Monaſterij fieri nequit.*
5 *Alienatio ſtabilium Regularium, vt ematur cenſus fieri nequit.*
6 *Alienatio bonorum Regularium, quæ habent onus annexum, ſi contingit fieri cum alijs bonis ſtabilibus, debent fieri cum eodem onere.*

1 Alienatio bonorum Regularium non obſtantibus quibuſcumq; priuilegijs hodiè eſt prohibita, niſi accedente Summi Pontificis, ſiuè Congregationis Cõcilij licentia, vigore decreti lati de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrb. Papæ VIII. quod per extenſũ habes in noſtro nouo Iure Pontificio concluſ. 2. de alien. rer. Eccleſ. vbi plura reperies coadunata ad eius ornatum vide ibi, nec pigebit, & vide Lezanam in compend. quæſt. Regular. cap. 10. vbi nonnulla cumulat, & meminit quoq; de dicto decreto, quod pariter recentiſſimè exornat Canon. Nouar. frater in ſumma Bullar. in tit. de alienat. rerum Regular. vbi num. 12. & ſeq. refert iudicatum à Sacra Congregatione ſuper talibus bonis non poſſe accipi pecuniam ad cambium, vel mutuo cum ſolutione lucri ceſſantis, vel damni emergentis.

2 Alienatio bonorum Clericorum Theatinorum poteſt fieri inconſulta Sacra Congregatione, vt eadem daclarauit poſt promulgationẽ ante citati decreti ſub quo non contineri talem Religionem determinauit, vt patet in Bullis recentior. pag. mihi 139. & apud Nouar. fratrem d. tit. de alien. bonor. Regular. n. 19.

3 Alienatio cenſus Regularium pro ſolutione æris alieni fieri minimè poteſt, Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ita determinauit 19. Aprilis 1619. teſtatur Gauant. in manual. Epiſcopor. in verb. alienatio rerum Eccleſiaſticarum num. 40.

4 Alienatio ſtabilium pro frabrica Monaſterij fieri non poteſt à Regularibus, eadem Sacr. Congreg. 13. Martij 1619. apud eundem loc. cit. num. 38.

5 Alienatio ſtabilium, vt ematur cenſus, eſt prohibita Regularibus, eadem Sacr. Congreg. ibidem apud eundem num. 39.

6 Alienatio bonorum Regularium, quæ habent onus annexum miſſarum in

in perpetuũ, ſi contingat fieri in alia ſtablia cum eiuſdem oneris repetitione, & annexione, conuerti debent ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ipſo facto incurrendi; ſic inquam Eminentiſſimorum Interpretum Congregatio Concilij determinauit in anno 1625. die 21. Iunij.

ALLOCVTIO.

SVMMARIVM.

1 *Allocutio cum monialibus qualiter ſit permiſſa Regularibus.*
2 *Decretum Sacr. Congr. Emi nentiſſimorum in hac materia reportatur.*

ALlocutio cum monialibus, licet per prius erat prohibita Regularibus niſi ex licentia Sacræ Congregationis, ex decreto eiuſdem Sacræ Congregationis Regularium ex mandato expreſſo viuæ vocis oraculo facto per Sixtum V. de anno 1590.

Tamẽ hodie per Sacram Congregationem Concilij de mandato S.D.N. Vrbani Papæ VIII. poteſt fieri præcedente licentia Epiſcoporum locorum Ordinariorum, ſeruatis tamen certis regulis, & conditionibus ibi expreſſis, vt latius habes in eius tenore, qui ſequitur.

Cum alias in anno 1590. per Sacram Cardinalium negotijs Regulariũ Præfectorum Congregationem de mandato fęlic. record. Sixti Papæ V. circa acceſſum Regularium cuiuſcumq; Ordinis ad monialium Monaſteria fuerit decretum, quod nulli Religioſo cuiuſcumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat Superiore, cui domus cura incumbit Viſitatore, vel Viſitatoribus, Cõfeſſarioq; Ordinario, extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis liceat abſque licentia expreſſa eiuſdem Sacræ Congregationis accedere ad Monaſteria, ſeù domus quarumcunque monialium, vel ſororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis, quod ſi aliquando mandato ſui Superioris aliquos Religioſos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas miſſas in ipſarum monialium, ſeù ſororum Eccleſijs, ſiue Oratorijs exterioribus, ſiue extra clauſtra exiſtentibus mitti contigerint, nè dicti Religioſi vllo quæſito colore moniales ſorores, aut quālibet aliam perſonam intra clauſuram degentem alloqui poſſint ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuè, & paſſiuè ipſo facto incurrent, alijſque eiuſdem Sacræ Congregationis ab initio fuerintq; poſt modum declaratum etiam Equites Sãcti Ioãnis Hieroſolymitani ſub eodem decreto comprehendi, & quaſcunque contra facientes ab alio, quam ab Apoſtolica Sede, aut à Sacra Congregatione abſolui, & rehabilitari non poſſe ampliſſimi eiuſdem Sacræ Congregationis Patres Decreta huiuſmodi inuiolanda, & inuiolabiliter obſeruanda ſtatuerunt. Verum quia experientia compertum eſt interdictum ad pias, & rationabiles cauſas, eaſque ita ferente cauſa repentinas, vt ab eadem Sacræ Congregationis licentiam expectari ſummæ in commodum, vel inutile ſit Regularibus ſupra dictis colloquendi cum monialibus ſibi attinentibus neceſſitatem obuenire facto verbo cum Sanctiſſimo D.N. Vrbano VIII. & de Sanctitatis ſuæ expreſſo ordine, & mandato facultatem tribuerunt in poſterum locorum Ordinarijs,

vt

vt quatenus opus ſit viſum fuerit in Domino expedire licentiam concedere poſſunt per quatuor vices ad ſummum quolibet anno, cuicumq; Regulari, vt moniales ſibi in primo, & ſecundo tantum conſanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui poſſit, id vero non aliter, quam ſeruata ad vnguem infraſcripta, vt id nullo modo liceat diebus feſtiuis, aut in Aduentu Quadrageſima feria ſexta Sabbato, & vigilia prædictaq; licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio ad quem ſpectat eam concedere conſignetur Confeſſario Ordinario Monaſterij, qui penès ſe retinere debeat is, qui aſſociet, & præſens ſit, & auſcultatrices de more non autem aliæ aſſiſtant, prædictaq; licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur in libriſq; Cancellariæ eiuſdem Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter, quam ſeruata forma ſupradicta licentias concesſerint, vel permiſerint, ſciant ſe intentionis Sanctiſs. D. N. & Sacr. Congreg. tranſgreſſores iudiciumq; reformident. Regulares autem pœnis in ſupradicto decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis ſeuerius puniendos. Romæ 12. Kalendas Decembris 1623.

Circa quod decretum nonnullas adducit ampliationes, & declarationes Canonicus Nouarius frater in ſumma Bullar. tit. de clauſura, & acceſſu Regularium, quas apud ipſum videre poteris.

ALTARE.

SVMMARIVM.

1 *Altare qualiter, ſit parandum pro Abbate, vel Priore celebrantibus, & num. 2.*
3 *Altare portatile conceditur Religioſis, & quibus n. 4. 5. 6. & quomodo obſeruetur n. 7.*

1 ALtare ita parandum eſt pro Abbate, aut Priore habentibus vſum Mitræ, & Baculi, quoties ſolemniter, & Pontificaliter celebrant, vt in eo ſo-
2 lum ſex candelabra cum tot candelis, & ſua cruce reponantur, nec abacus alius, præterquam parua menſa in cornu epiſtolæ, ſuper quam bina poſſint accomodari candelabra, Mitra, qua Abbas vtetur; Calix, Miſſale, Turribulum cũ Nauicula, aliaq; neceſſaria pro celebrationis actu, ſic inquam declarauit Sacra Rituum Congregatio in vna Firmana de anno 1606. 28. Ianuarij.
3 Altare portatile conceditur Religioſis, ſiuè Monacis Ordinis Cartuſienſis, vt conſtat ex Bulla Vrbani V. incipit Sinceræ deuotionis edita de anno 1363.
4 Sic etiam impartitur Fratribus Minoribus, cap. in his, de priuileg. & habetur in Bulla Sixti IV. incipit Regiminis vniuerſalis Eccleſiæ edita de anno 1474.
5 Ita pariter datur Fratribus Prædicatoribus, vt conſtat ex Bulla Alexandri IV. renouata à Gregorio XIII. iuxta relationem factam à Rodriq. qq. regular. 43. artic. 4. tom. 1. qui alia adducit ſimilia conceſſa, vt etiam illa habentur, penès Suarez tom. 3. diſp. 82. ſect. 3. verſ. quarta exceptio.
6 Sed monitum te volo, quod poſt diſpoſitionem Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. dæ obſeruand. in celebrat. miſſ. non ita licitus, & liber eſt vſus ſupradictorum priuilegiorum, nam videntur illa reuocata, Mirand. in manual. Prælator. quæſt. 41. artic. 9. concl. 4. to. 1. Camerota de Sacram. tract. 4. tit. de ſacrific. miſſ. dub. 15.

Valer.

Digitized by Google

Valer. de different. inter vtrumque forum, in verbo miſſa different. 2. Coninch. de Sacrament. quæſt. 83. art. 3. dub. 1. num. 226. Homobon. in exam. eccleſ. tract. 4. quæſt. 137. Molfeſ. in ſum. theol. moral. tract. 3. cap. 10. num. 39 tom. 1.

7 Ita vt hiſce temporibus præfatos Regulares his priuilegijs vti nequire, niſi poſt Concilium à Sede Apoſtolica fuerint confirmata, notant Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 26. quæſt. 7. Beia in reſponſ. caſu conſcient. caſu 35. par. 4. Fagundez in quinque præcepta Eccleſiæ lib. 3. cap. 13. à num. 16. cum ſeq. par. 1. referens hanc confirmationem habuiſſe Patres Societatis Ieſu à Paulo III. & Gregorio XIII. cum derogatione Concilij, vt anteà eandem ſectando ſententiam firmauerat. Henriquez in ſumm. lib. 9. cap. 27. §. 3. lit. T. & nouiſſimè Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 2. alleg. 23. num. 4. & plura ad ornatum magis modernè Nouarius frater in ſum. Bullar. tit. de Altari portatili.

ANNVS.

SVMMARIVM.

1 *Annus probationis in Religione debet eſſe integer, & completus.*
2 *Annus ſumitur de momento ad momentum.*
3 *Annus probationis poſt factam probationem an ſit computandus ab vno puncto.*
4 *Nouitius ſi compleat annum probationis die 24. Februarij anni biſeſtilis an talis annus dicatur expletus, & num. 5.*
6 *Annus probationis in nouitiatu debet eſſe continuus.*
7 *Nouitius completo probationis anno, egrediens è Monaſterio, ſi poſtea reddat alium annum facere tenetur.*
8 *Annus probationis non interrumpitur per nouitium ob malam valetudinem ſtante Superioris licentia.*
9 *Nouitia durante anno probationis propter valetudinem extra Monaſterium poteſt emittere profeſſionem.*
10 *Annus probationis completus prorogari poteſt.*
11 *Annus probationis an ſit faciendus à fratribus diſcalceatis ad laxiorem Religionem ingredi volentibus.*

1 Annus probationis in Religione debet eſſe integer, & completus, vt patet ex Declaratione Eminentiſſimorum Sacri Concilij Interpretum ſub die 1. Februarij de anno 1631.

2 Qui annus ſumendus eſt de momento ad momentum, ideſt ab hora diei in quo habitus ſuſceptio fuit facta vſque ad eandem horam vltimi diei eiuſdem anni, Graff. conſ. 6. de regularib. tom. 1. Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 16. num. 2. Zanard. in direct. theol. par. 2. cap. 26. num. 12. Vecch. in praxi nouit. diſput. 11. dub. 4. Leſſ. de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 41. dub. 7. Suarez de relig. lib. 5. cap. 15. tom. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 101. ſub num. 22. part. 3. & præ ceteris nouiter Diana reſolut. moral. part. 3. tract. 2. de dubijs Regular. reſol. 57. vbi ſarcinam concordantium reportat.

3 Licet ſint, qui teneant poſt factam profeſſionem annum probationis minimè eſſe computandum ab vno puncto, & inſtanti ad punctum, & inſtantem

cum-

eundem, vt dixerunt Campanil. in diuerſ. iur. can. rub. 12. cap. 13. ſub num. 4. Graſ. forenſ. diſcept. tom. 3. cap. 413. num. 22.

4 Hinc ſi Nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij anno biſeſtili, non dicitur expletus talis annus, niſi ſecunda die, quæ pariter nuncupatur vigeſimaquarta, ideſt vigeſimaquinta dies vnde emittere non licere profeſſionem, niſi eadem die vigeſima quinta in punto die vigeſimæquartæ Februarij præcedentis anni in quo ſuſceptio habitus facta fuit, putauit Rodriq. quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 15. art. 4. & 5. Molin. de iuſtit. & iure tract. 2. diſput. 573. Peregrin. in Conſt. Cleric. Regular. par. 2. cap. 1. lit. C. §. 7. Lauor. var. lucubrat. tom. 1. tit. de Comit. cap. 6. num. 15. Bonac. de Sacrament. diſput. 8. quæſt. vnic. pun. 5. num. 15. iuxta quorum ſententiam declarauit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Cōgregatio ſub die 5. Iulij 1627. in vna Patauina, & iterum de anno 1627. die 2. Auguſti in altera Andegauen.

Quare his vigentibus declarationibus non audiendus eſt D. Bartholomeus à Sancto Fauſto in theſaur. religioſ. lib. 5. quæſt. 161. quatenus exiſtimauit ad hu-
5 iuſmodi profeſſionem in Religione emittenda anno biſeſtili ſatis eſſe ad probationem compleuiſſe dies tercentum ſexagintaquinque.

6 Annus probationis in nouitiatu continuus eſſe debet, nec interpellatus ſufficit, ita declaratum reperio per Sacram Eminentiſſimorum Concilij Congregationem reperio, & fundarunt Azor. inſtitut. moral. par. 1. lib. 12. cap. 2. quæſt. 8. Graff. deciſ. aur. lib. 3. cap. 5. num. 15. Sanch. in ſum. tom. 2. cap. 8. num. 4. Gratian. deciſ. 35. num. 3. Bonac. de clauſur. quæſt. 2. punct. 10. diffic. 2. §. 2. num. 3. exiſtimans non eſſe neceſſariam continuationem probationis cum profeſſione, licet Vecch. in praxi nouit. diſput. 11. dub. 3. cum Suarez tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 15. affirmet hanc continuationem nè dum eſſe debere per annum expletum, verum etiam vſque ad profeſſionem tali modo, quod ſi nouitius completo pro-
7 bationis anno, egrederetur Monaſterium, & deinde rediret, profeſſionem emittere nequiret vigore prælibatæ vnius anni probationis, & iterum nouitiatum inchoare teneri, vbi etiam num. 6. probat, annum hunc probationis tunc interrumpi, quoties nouitius dimiſſo Religionis habitu, egreditur Monaſterium deſerendi animo Religionem, itaut ſi deindè pœniteret, & iterum reciperetur, deberet ex integro ab initio nouitiatum inchoare.

8 Annus probationis in nouitiatu non interrumpitur, ſi ex mala valetudine nouitius præcedente licentia Superioris extra Monaſterium permaneat, vt deciſum apud Sacram Congregationem teſtatur Vecch. in praxi nouit. diſput. 11. dub. 3. num. 13. & probant Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. num. 14. & Mendez in diuerſ. iur. argument. cap. 15. lib. 2.

Hinc Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. n. 13.
9 extitiſſe deciſum annuit, nouitium durante probationis anno curādæ valetudinis gratia de licentia Superiorum à Monaſterio exeuntem, & poſtea regredientem eodem tempore profeſſionem emittere poſſe ad inſtar, ſi nūquam exiſſet.

10 Annus probationis, quamuis cōpletus fuerit ex legitima, & rationabili cauſa prorogari poterit, vt deciſum à Sac. Congreg. ſub die 31. Maij de anno 1597. fatetur Aldan. in compend. iur. canon. lib. 1. tit. 25. n. 10. & probant Suarez to 3. de relig. lib. 5. c. 13. n. 8. D. Bartholom. à S. Fauſto in theſau. relig. lib. 5. quæſt. 168. Sanchez in ſum. lib. 5. cap. 4. n. 1, Vecch. in praxi nouit. diſput. 11. dub. 5. num. 3.

vbi

vbi n.4. autumat differri minimè poſſe profeſſionem illorum nouitiorum, qui habiles à Superioribus reperti fuerũt, quod antea obſeruauerat Galuan. conſ. 12.

11 Annus probationis eſt faciendus à Regularibus diſcalceatis Ordinis Sãctiſſimæ Trinitatis, de Apoſtolicæ Sedis licentia ad laxiorem Calceatorum Religionem tranſeuntibus, ita determinauit Sacra Congregat. 13. Nouembris 1627. in vna Montis Regalis.

A P O S T A T A.

S V M M A R I V M.

1 *Apoſtata eſt inhabilis ad dignitates ordinis.*
2 *Apoſtata incedens cum habitu, vel abſq; ab Ordinario vbi moratur, incarceratur.*
3 *Superiores debent perquirere apoſtatas, & ad Religionem reducere.*
4 *Bona Apoſtatarum ſpectant ad Cameram Apoſtolicam.*
5 *Bulla Pij V. contra Apoſtatas.*
6 *Apoſtaſia quomodo committatur.*

1 Apoſtata ad dignitates ordinis inhabilis perpetuò reputatur vigore Bullæ Pauli V. incip. Poſtquam promulgata in anno 1558.
2 Apoſtata, ſiuè habitum regularem deſerat, ſiuè non, poteſt, ac debet ab Epiſcopo loci, vbi moram trahit in carceres conijci, ac Superioribus Regularibus conſignari, ſecundum regularia inſtituta puniendus; vtque ipſi quoque Supe-
3 riores teneantur eos perquirere ad Religionem reducere, atq; efficere, vt apprehendantur, ſalua tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa, decreto Sacr. Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 3. quemadmodum Sacra Congregatio cenſuit iuſſu Sanctiſſimi D.N. Vrbani Papæ VIII. in decreto de Regularibus, & eiectis. Dat. Romæ 21. Septembris 1624. in verſic. Rurſus. refert nouiſſimè Megal. in ſuo promptuar. theolog. moral. in verbo Apoſtaſia ſub nu. 12.
4 Apoſtatarum Bona ſpectant ad Cameram Apoſtolicam, ex Bulla Gregorij XIII. incip. Edita, ad cuius ornatum plura Canon. Nouar. frater meus in ſumm. Bullar. tit. de Apoſtatis à Relig.
5 Contra huiuſmodi Apoſtatas Paulus IV. edidit Conſtitutionem particularem, quam Pius V. in ſua Bulla incip. Sedis Apoſtolicæ ſolertia, priomulgata in anno 1560. reduxit in formam iuris, & ſacrarum Conſtitutionum, quæ ſunt in cap. 1. de Apoſtat. & cap. fin. de Regular. meminit nouiter Epiſ. Laureth. de Franch. in controu. inter Epiſc. & Regular. pag. mea 224. vbi ſimiliter autumat tria
6 eſſe neceſſaria ad Apoſtaſiam committendam, nempè vt ſit Religioſus profeſſus, vt aſſumatur habitus ſæcularis, nec alterius Religionis, & tandem vt concurrat animus non redeundi, vide in materia ſatis fuſo ſermone Farinac. in tract. de hæreſi quæſt. 123. & Illuſtriſs. Præſulem Ricc. in praxi fori eccleſiaſt. par. 3. toto titulo de Apoſtaſiæ crimine, Megal. in promptuar. theolog. in verbo Apoſtaſia.

Digitized by Google

APPELLATIO.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non poteſt fieri ad Summũ Pontificẽ omiſſo Prouinciali, & vide n. 2. et 4.*
3 *Prouocatio fit gradatim, non omiſſo medio.*
5 *Appellatio à legitima correctione quando admittitur, & n. 6.*
7 *Fratres Franciſcani nequeunt appellare à correctionibus ſuorum Prælatorum.*
8 *Fratres, & ſorores Ordinis Prædicatorum nequeunt appellare à mandatis ſuorum Prælatorum.*
9 *Generalis Auguſtinianorum, & Carmelitanorum poteſt ſuum adimplere officium non obſtantibus appellationibus.*
10 *Fratres S. Franciſci de Obſeruantia nequeunt appellare pro leuibus culpis, puta diſciplina in refectorio facienda.*

1 APpellatio, quod omiſſo medio Prouincialis, vel General. nõ poſſit fieri ad Romanum Pontificem à Regularibus ſentientibus ſe grauatos ex quadã Eminentiſſimorum Cardinalium declaratione, & Clem. VIII. decreto, prę cęteris autumant Peirin. de Religioſo ſubdito q. 1. c. 20. t. 1. Spatar. in praxi tr. 10. p. 4. c. 1. n. 3. Iuuan. de S. Maria in Tribun. Relig. tract. 5. c. 10. §. 1. ſub n. 3.
2 At totum contrarium fundauit Scrofa in opuſc. de inualid. profeſſ. dub. 25. & 26. & deciſum à Sacra Congregatione Cardinalium, refert Portel. adductus à Dian. reſolut. moral. p. 3. tract. 2. de dub. Regul. reſolut. 54. verſ. non reticeam, vbi quod poteſt Religioſus omiſſis medijs ſtatim ad Papam, ſeù Nuntium appellare, & in praxi obſeruari ſcribit.

Et licet prima opinio videatur accõmodata ad terminos Iuris Canonici, vi-
3 gore cuius prouocatio gradatim, & non omiſſo medio facienda eſt, cap. dilecti, de appellat. Soccin. reg. 23. Gail. obſeru. 67. cent. 1. Brederod. in tract. de appell. part. 1. tit. 18.
4 Tamen ſecunda recipit incrementum, quia talis regula ceſſat quando appellatur ad Papam, ad quem omiſſo medio appellari poſſe, communis Doctorum ſchola docet Couar. pract. quęſt. cap. 4. nu. 9. Rebuff. de priuileg. ſcholar. priuileg. 164. Schenc. in tract. de appell. ſub num. 7. Barboſ. concordantes adducens, & contrarijs reſpondens in cap. antiqua à nu. 25. de priuileg. Scacc. de appell. quæſt. 7. num. 46.

Sed non reticeam dicere per Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Cõgregationem ſuper negotijs Regularium fuiſſe emanatum decretum, vt appellatio Regulariũ taliter fieri debeat, videlicet à Guardiano ad Prouincialẽ, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & à Protectore ad Sacram Cõgregationem, & hoc modo, & ordine Regularibus videtur permiſſa appellatio, ex Bulla Sixti V. incip. Ad Romanũ, meminit nouiſſimè Vulpes in praxi fori Eccleſ. cap. 22. vbi plura de appellationibus quoad Regulares ante eum Lezan. de quo non meminit in ſumma qq. Regul. cap. 9. tit. de oblig. Religioſ. quæ habentur in iure, vel Concilijs ſub num. 4. qui & alia pariter coaceruat Cruz de ſtatu relig. lib. 1. cap. 6. dub. 4. Coriolan. de caſib. reſeruat. cap. 5. de Iudice Regulari §. 10. num. 28. Sanchez in ſum. lib. 6. cap. 8. num. 107.

Digitized by Google

5 Appellatio à correctione legitima quam facit Prælatus Regularis monacho ſubdito, quamuis non detur, ad text. in cap. ad noſtram de appell.

6 Tamen ſecus eſt, quando modus excederetur, ad text. in cap. de priore, de appellat. & cap. licet, de offic. Ordin. Azor inſtit. moral. lib. 12. cap. 11. quæſt. 8. part. 1. Sayr. de in claui Regia cap. 17. à num. 38. lib. 12. & fuſo ſermone Sanch. vt alios omittam in ſum. cap. 8. nu. 102. lib. 6. tom. 2.

Cœterum inſpectis Religionum priuilegijs Soreb. in compend. priuileg.
7 mendicant. in verbo appellare, affirmat ſtatuiſſe Bonifacium VIII. non licere Fratribus Franciſcanis à correctionibus Prælatorum eiuſdem Ordinis aliquatenus appellare, & num. 3. refert Iulium II. prohibuiſſe ſub pœna excom-
8 municationis Fratribus, & Sororibus Ordinum prædictorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti Ordinis, & verbo Generalis
9 num. 11. & 12. dicit Sixtum IV. conceſſiſſe Auguſtinianis, & Carmelitanis, vt Generalis eorum poſſit ſuum munus obire, reiecta quauis appellatione ob eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, & mandatis, vel decretis.

Et Quarant. in ſumm. Bullar. in verbo Monaſteria, refert decretum, Fratres
10 Sancti Franciſci de Obſeruantia appellare minimè valere ad Protectorem, aut Superiores Regulares, quando à Generali, Miniſtris, Prouincialibus, vel Guardianis pro culpis leuibus, diſciplina, vel alia pœnitentia in refectorio, vel alibi facienda iniungitur ſub pœna triduani carceris emancipationis, ac ieiunij in pane, & aqua.

APPROBATIO.

SVMMARIVM.

1 *Approbatio Ordinarij loci requiritur, vt Regularis confeſſiones ſæcularium audire poſsit.*
2 *Confeſsiones nemo audire poteſt, niſi ſit approbatus.*
3 *Confeſsiones ſæcularium factæ Regulari non approbato, ſunt inualidæ.*
4 *Confeſſarii approbati in vna Diœceſi non poſſunt confiteri in alia abſque noua Ordinarij approbatione.*
5 *Regularis approbatus ad confeſsiones ab Ordinario non poteſt ab eodem ſuſpendi abſque noua cauſa, limita num. 6.*
7 *Epiſcopus poteſt prohibere confeſsiones ad beneplacitum conceſſas.*
8 *Beneplacitum extinguitur morte.*
9 *Approbatio ad audiendas confeſsiones ab Epiſcopo facienda eſt.*
10 *Epiſcopus poteſt reſtringere ad certum locum, & tempus facultatem Regularibus à iure, vel à Papa conceſſam.*
11 *Approbatio ad audiendas confeſsiones certarum perſonarum, non extenditur ad alias.*
12 *Regulares approbati ab Epiſcopo præuio examine ad confeſsiones non tenentur iterum ab eodem examinari.*
13 *Regulares approbatus ab Epiſcopo ad audiendas confeſsiones ab Epiſcopo ſucceſſore ſuſpendi poteſt.*
14 *Confeſſarius in Monaſterio monialium deputandus debet eſſe Regularis ab Epiſcopo approbatus, & num. 15.*

16 Epi-

16 *Epiſcopus non debet approbare Regulares in confeſsarios, niſi exponantur eorum prælato.*

17 *Regularis approbatus ab Epiſcopo ad confeſsiones audiendas, non eſt impediendus ab Ordinario, quominus illas in domibus audire poſsit.*

18 *Parochus debet certiorari à Regulari de auditu in confeſsione infirmorum.*

19 *Regularis ſimpliciter approbatus ad confeſsiones, non cenſetur approbatus ad confeſsiones monialium.*

20 *Regularis approbatus ad audiendas confeſsiones monialium vnius Monaſterij, non valeat audire confeſsiones monialium alterius Monaſterij.*

1 APprobatio Epiſcopi loci Ordinarij requiritur in Regulari ad finem vt confeſſiones fidelium ſæcularium audire valeat, Concil. Tridentin.
2 ſeſſ. 23. de reform. cap. 15. vbi ſtatuitur nullum poſſe confeſſionem ſæcularium audire, niſi ſit approbatus, Vaſquez diſput. 219. à num. 55. tom. 3. Suarez diſput. 18. ſect. 5. & 6. tom. 4. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcept. lib. 7. præcept. 2. c. 1. à nu. 14. Camerot. de Sacram. tract. 7. de confeſſ. dub. 12. Graff. in deciſ. aur. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 109. & latius proſequitur Leon. de poteſt. confeſſar. par. 2. recollect. 10. à nu. 28. cum ſeq.

3 Inde Regularem non approbatum, inualidè confeſſiones ſæcularium audire, deciſum fuiſſe de anno 1580. ad petitionem Examinatorum Diœceſis Leodien. probat Sanſor. de caſibus Papalibus, & Epiſcopal. cap. 1. num. 28. Capeaueb. in trrct. de caſib. reſeruat. cap. 3. q. 1.

4 Approbatio audiendi confeſſiones fidelium à loci Ordinario in ſua Diœceſi, non ſuffragatur in aliena Diœceſi, ita ut noua approbatione ibi indigeat ad finem, vt poſſit confeſſionis Sacramentum exercere, proùt ita declarauit Sacra Congreg. & probant Viuald. in candelabr. aur. tit. de abſolut. n. 50. part. 1. Mirand. in manual. Prælator. quæſt. 45. artic. 8. concluſ. vnic. tom. 1. Beneuent. in praxi de Sacrament. pœnitent. cap. 16. quæſit. 3. dub 2. Valer. in different. inter vtrumque forum, in verb. abſolutio different. 1. num. 2. Megal. part. 1. inſtit. confeſſar. lib. 1. cap. 15. ſub nu. 2. Molfeſ. in ſum. tract. 7. de pœnit. cap. 14. num. 67. tom. 1.

5 Approbatus Regularis ſemel ab Ordinario ad confeſſiones audiendas non poteſt ab ipſo ſuſpendi, niſi ex noua cauſa ad confeſſiones ipſas ſpectante, vt declaraſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, fatetur Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 25. num. 50. part. 2. vbi per extenſum illam reponit, quam & pariter habes in noſtra prax. Iuris Pontificij noui concl. 2. num. 4. tit. de confeſſ. Sacramental. & iterum ſic declarauit eadem Sacr. Congregation. in vna Oriolan. 30. Auguſti 1630.

6 Ceſſat tamen vbi Epiſcopus facultatem huiuſmodi audiendarum confeſſionum ad ſuum beneplacitum conceſſerit, quia tunc quandocunque reuocare poterit, Sacr. Congreg. in Papienſ. 19. Martij 1619.

7 Facultas ſiquidem ab Epiſcopo pro audiendis confeſſionibus ad ſui arbitrium, & beneplacitum reuocari poteſt, nè dum expreſsè, ſed etiam tacitè ſcilicèt morte ipſius Epiſcopi concedentis, vt in hiſce terminis probat Campanil.

B 2 indi-

in diuerſ. iuris canon. rub. 12. cap. 13. nu. 64. quem reportat, & ſequitur Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſc. alleg. 25. n. 56. par. 2. reddens rationem, quia morte ex-
8 tinguitur beneplacitum, cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. & gratia ad beneplacitum Papæ, vel Regis, eorum morte expirat, Gonzal. in reg. 8. Cancellariæ §. 1. procem ial à num. 9. cum ſeq. & gloſ. 12.
9 Approbatio ad audiendas confeſſiones à loci Ordinario eſt facienda Regularibus idoneis generaliter, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, certorumuè locorum, aut generis perſonarum, quod ſi adeo idonei non reperiantur, approbatio limitatè arbitrio Ordinarij fieri poterit, ita declarauit Sacra Congregat. apud Confect. in ſumma tit. 17. cap. 4. quam etiam reportat Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſcop. alleg. 25. num. 51. part. 2.
10 probans num. 52. facultatem Regularibus conceſſan. iure, vel à Papa reſtringi, ſeù dilatari per ipſam approbationem Ordinarij, tali modo, vt legitima exiſtente cauſa liceat Epiſcopis Confeſſariorum Regularium approbationem reſtringere ad certum locum tempus, ſiue perſonas, Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 20. nu. 6. Cened. canonic. quæſt. lib. 1. quæſt. 38. num. 20. & 21. Rodriquez quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 59. artic 8. Fagundez in quinq; Eccleſ. præcept. lib. 7. cap. 2. nu. 17. par. 2. Homobon. in exam. eccleſiaſt. tract. 8. cap. 2. quæſt. 7.
11 Approbatus Regularis ad audiendas confeſſiones certi generi perſonarum, vel in certa Eccleſia nō poteſt confeſſiones audire aliarum perſonarum, & extra illam Eccleſiam virtute Bullarum, prout ſic Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Concilij interpretum determinaſſe, fatetur Garc. in tractatu de benefic. part. 5. cap. 8. num. 87. tom. 1.
12 Approbatus Regularis ab Epiſcopo ad confeſſiones audiendas ſæcularium præuio examine non poſſunt iterum ab eodem Epiſcopo examinari, ſed benè poſſunt examini ſubijci à ſucceſsore Epiſcopi, iuxta Bullam ſanctæ memoriæ Pij V. ſub dat. 8. idus Auguſti Pontificatus ſui anno ſexto, quę à felic. record. Gregor. XIII. non eſt reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij, Sacra Congregatio ita declarauit, de qua per Confect. in ſum. tit. 17. cap. 5. Fagundez in quinque Eccleſ. præcep. par. 2. lib. 7. c. 2. num. 26. Aldan. in compend canon. reſol. lib. 3. tit. 2. num. 8.
13 Approbatus Regularis ab Ordinario ad audiēdas confeſſiones poteſt ab Epiſcopo ſucceſſore pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate vſque ad nouum examen ſuſpendi, Sacr. Congreg in Liman. 19. Septemb. 1625.
14 Approbatus à loci Ordinario, debet eſse Confeſsarius Regularis deputãdus in Monaſterio Monialium etiam Regularibus ipſis ſubiectos, vt nouiſſimè eſt citatum vigore Bullæ Greg XV. incip. Iuſcrutabili, de exemptor. priuil. & recentius ex Bulla Sanctiſs. D. N. Vrbani VIII. edita 12. Septembris 1628. apud Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 316. par. 4.
15 Approbatus à loci Ordinario, debet eſse Regularis deputandus in Confeſſarium extraordinarium monialium, ita poſt dictam Bullam Gregor. XV. declaraſſe Sacr. Congregat. Eminentiſſimorum Cardinalium, patet apud Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſc. alleg. 25. num. 72. part. 2.
16 Approbare Regulares in Confeſſarios non debet Epiſcopus, niſi ab eorū Præ'a-

Prælato ſaltem interpretatiuè exponantur, ipſiq; præſententur, vt ſtatutum fuit in Concilio Lateranen. à Leone X. vt in ſua Bulla incip. Dum intra mentis arcana; quod & Pius V. innouauit in anno 1571. vigore Bulla incip. Romani Pontificis, & hanc opinionē obſeruat Henriq. in ſum. lib. 5. de pœnit. c. 6. §. 6.

17 Approbatus Regularis ab Epiſcopo ad confeſſiones audiendas non debet ad Ordinario impediri, quominus illas audire poſſit in domibus pœnitentium infirmorum, ſi ab illis vocentur, licet valeat talis Ordinarius mandare ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi confeſſiones, quod huiuſmodi Regu-

18 latium Parochum de audita confeſſione infirmorum eodem die certioret, ita declarauit Sacræ Congregatio Epiſcop. & Regular. de anno 1606. 1. Iulij, & vide in noſtro Iure Pontificio nouo concl. 2. num. 5. verſ. qui autem in domibus, tit. de confeſſion. Sacramental.

19 Approbatus Regularis generaliter ab Epiſcopo ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, non cenſetur approbatus ad audiendas confeſſiones monialiū ſibi ſubiectarū, Sacr. Congreg. Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Trid. Interpretum apud Barb. de offic. & pot. Epiſ. alleg. 25. n. 74. p. 2.

20 Approbatus Regularis ad audiendas confeſſiones monialium particularis Monaſterij ab Epiſcopo loci Ordinario minimè valet audire confeſſiones monialium alterius Monaſterij, eadem Sacr. Congreg. Eminentiſſimorū Cardinalium apud Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſc. d. alleg. 25. n. 75. par. 2.

B A C V L V S.

S V M M A R I V M.

1 *Baculus, & Mitra ſunt correlatiua, adeo vt cōceſſo Baculo, cenſetur cōceſſa & Mitra.*
2 *Prælatus Regularis habens vſum Baculi, poteſt illum deferre aureum, ſiue argēteum.*
3 *Abbas extra ſuum Monaſterium in proceſſionibus, nec Baculo, nec Mitra vti poteſt.*
4 *Abbates Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. poſſunt vti Baculo, & Mitra in proceſſionibus.*
5 *Abbas habet vſum Baculi.*
6 *Vſus Baculi conceditur Abbati de Belloloco Ordinis Præmoſtraten.*
7 *Abbates Monaſterij S. Mariæ Oppidi habent vſum Baculi.*
8 *Item Abbas Monaſterij S. Mariæ ſub titulo Bonæ ſpei.*
9 *Item Abbas Oliueſis.*
10 *Item Abbas de Bellopodio.*
11 *Item Abbas Præmiten. Ord. Ciſtercien.*
12 *Item Abbas Monaſterij S. Petri Meten. Diœceſis.*
13 *Item Abbas Monaſterij S. Mariæ de Calmoſiaco.*

1 BAculi, & Mitræ vſus ſunt correlatiui tali modo, vt ſi vnum Prælato Regulari concedatur, alterum pariter concedēdum videatur, ita ſanè determinauit Sacra Rituum Congreg. in vna Treueren. de anno 1605. in menſe Ianuar. die 8. & alias in Argentin. de anno 1606. die 7. Octobris.

2 Baculus argenteus, vel aureus poteſt à Prælato Regulare habente illius vſum ad eius libitum deferri, cum non ſit proprius dignitatis, ſic reperio cenſuiſſe Sacram eandem Rituum Congregationem 19. Maij 1614. in Nouarien.

3 Baculo Abbas in proceſſionibus, nec non Mitra extra ſuum Monaſteriū vti prohibetur, nec pariter ante ſe deferri facere facultatē habet, Sac. Congr. Rituū in vna Eugubina 17. Iulij 1604. & nouiſſimè in vna Cameracen. 6. Decēb. 1631. Gauant. in manual. Epiſc. in verb. Abbas num. 9. niſi ex ſpeciali, priuilegio id ei indultum fuiſſet, prout conceſſum reperitur Abbatibus Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. per Vrbanum III. vt ſcilicet in proceſſionibus ſuarum Eccleſiarum diebus ſolemnibus Baculum Paſtoralem extra eaſdem Eccleſias deferre poſſint, vt habetur in libro eiuſdem Congregationis pag. 214. refert moderniſſimè Barboſa in tract. de iure Eccleſiaſtico vniuerſali, titulo de Abbatibus cap. 17. num. 52.

Vnde in hac materia priuilegij tenorem eſſe attendendum exiſtimat recenter Præſul Loret. de Franch. in controu. inter Epiſcop. & Regular. q. 27. p. 341.

5 Baculi vſus competit Abbati, ſi illi ex priuilegio conceſſo reperiatur, Durant. de ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 9. nu. 38. prout pluribus conceſſiſſe Sacram Congregationem Rituum patet in Attrebaten. 29. Nouemb. 1618. & in Audomaren. 19. Ianuarij 1619. in Ambianen. 21. Martij 1620. in Virdunen. 2. Maij eiuſdem anni, in Geſnen. 27. Iunij 1620. in Conſtantien. 22. Auguſti eodem anno, & tandem in Ciſtercien. 10. Iulij 1621.

6 Qui Baculi vſus conceditur Abbati de Bello loco Ordinis Præmonſtra-
7 ten. Sacra Congregatio in Tricen. 25. Auguſti 1601. Item Abbati Monaſterij S. Mariç Oppidi de Amerio Ordinis S. Benedicti; eadem Sacr. Congr. in Gerunden. 17. Nouembr. 1600. quæ in alia Cameraten. eodē die ſic pariter decla-
8 rauit reſpectu Abbatis Monaſterij S. Mariæ ſub titulo Bonç ſpei Ordinis
9 Præmōſtraten. ſicque pariter reſpectu Abbatis Oliuenſis Ordinis Cirtoſien.
10 vt patet in Vladiſlauien. 17. Maij 1600. & reſpectu Abbatis de Bellopodio Ordinis Præmoſtraten. pronūciauit eadem Sac. Congreg. in Vrgellen. 20. Apr.
11 1602. ſicque reſpectu Abbatis Præmiten. Ordinis Ciſtercien. Poſnammien.
12 Diœceſis, eadē Sacr. Congreg. in Olamucen. 9. Maij 1609. & ad fauorē Abbatis Monaſterij S. Petri Meten. Diœceſis, eadem Sacr. Congreg. in Meten. 25.
13 Februarij 1606. & tandem ita fuit declaratum reſpectu Abbatis Monaſterij S. Mariæ de Calmoſiaco Canonicorum Regularium, vt per eandem Sac. Congreg. in Tullen. 23. Ianuarij 1610.

BALDACHINVM.

SVMMARIVM.

1 *Baldachinum non debetur Abbati, niſi ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ.*
2 *Abbates Oliuetanorum habent Baldachinum.*
3 *Abbates Caſſinenſium poſſunt vti Baldachino.*
4 *Abbates S. Pancratij Ciuitatis Florētiæ poſſunt habere Baldachinum, ſic etiam Monaſteria Cęleſtinorum, num. 5.*

6 Bal-

6 *Baldachinum debet deferri à Prælatis Regularibus non ab eorum ſubſtitutis.*
7 *Vicarij Epiſcopor. nequeunt erigere Baldachinum in Eccleſiis Regulariũ ipſis inuitis.*
8 *Epiſcopi poſſunt exercere pontificalia, & Baldachinum erigere in Eccleſijs Regulariũ.*
9 *Regulares impedientes Epiſcopum exercere pontificalia, excommunicari poſſunt.*

1 Baldachinum non debetur Abbati, niſi illud ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ obtineat, prout ſpecialiter reperitur à S.D.N. Vrbano VIII. ad fa-
2 uorem Abbatum Oliuetanorum, vt in eius Bulla edita ſub die 4. Aprilis 1629. quæ incipit Exponi.

3 Et ad fauorem Abbatum Caſſinenſium vigore Bullæ eiuſdem promulgatæ ſub die 11. Iulij eiuſdẽ anni, incip. etiam Exponi, ſtat conceſſum poſſe vti Baldachino ad ſummũ in tribus feſtiuitatibus abſque tamen auro, & pompa, Gauant. in man. Epiſc. in verbo Abbas n. 6. & latius in hoc eod. verb. Baldachinum, Barb. in tract. de iure Eccleſ. vniu. tit. de Abbatibus c. 17. ſub n. 59. lib. 1.

Et iuxta ſupradicta cenſuit Sacra Congregatio 28. Ianuarij 1606. & 18. Martij 1617. & 29. Ianuarij 1628. vbi caſus declaratus fuit ſimiliter in Abbatibus Caſſinenſibus.

Idemque reſpectu Abbatum Oliuetanorum decreuit eadem Congregatio 17. Martij 1629.

4 Quæ id affirmauit ſimiliter ad fauorem Monaſteriorũ S. Trinitatis, & S. Pancratij Ciuitatis Florentiæ 31. Maij 1629. quo in anno id pariter fuit con-
5 ceſſum erga Monaſteria Cœleſtinorum ſub die 30. Iunij.

6 Baldachinum à proprijs Prælatis Regularibus, quibus de iure priuilegio, vel conſuetudine competit non autem ab eorum ſubſtitutis deferendum eſt: ſic in facti contingentia de Anno 1603. die 5. Iulij in vna Mõtis peluſij, Rituum Sacra Congregatio cenſuit.

7 Baldachinum in Eccleſijs Regularium ipſis inuitis nequit erigi à Vicarijs Epiſcoporum illis abſentibus, eadem Sacra Rituum Congregatio in Caſſinen. de anno 1621. die 10. Iulij.

8 Licèt benè valeant Epiſcopi locorum Ordinarij pontificalia exercentes in dictis Regularium Monaſterijs Baldachinum erigere, eadem Sac. Congregat. 10. Iunij apud Quarant. in ſum. Bullar. in verbo priuilegio Regularis, & apud Nouarium fratrem in ſumma Bullar. tit. de Baldachino.

9 Tali modo vt ſi impediantur, poſſint Regulares excommunicari, Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 313. p. 2. Cãpanil. in diuerſ. iur. can. rub. 9. c. 5. n. 3.

BENEDICERE, & BENEDICTIO.

SVMMARIVM.

1 *Abbas non benedictus poteſt benedicere paramenta, & ſacram Vnctionem, quod intelligitur pro vſu ſui Monaſterij, num. 2.*
3 *Abbates, Priores, & ſimiles habentes priuilegia benedicendi, non poſſunt benedicere ea, quæ ſacra Vnctione indigent, & an poſſint benedicere lapides, & conſecrare Calices, n. 4. ſed an poſſit cum ſpeciali priuilegio Sedis Apoſtolicæ, num. 5.*
6 *Abbas in locis ſibi pleno iure ſubiectis nequit conſecrare Calices.*

7 *Priuilegium conceſſum Abbati alicuius Religionis non porrigitur ad alius.*
8 *Abbas qui praeſt monachis à proprio Epiſcopo benedici debet, niſi priuilegio ſit munitus, num. 9.*
10 *Abbates Celeſtini, & Sancti Pancratij Ciuitatis Florentia à quolibet Antiſtite benedici poſſunt.*
11 *Abbas ſemel benedictus cum vſu Biretti ſi transferatur ad aliam Abbatiam habentem vſum Mitræ, non indiget benedictione.*
12 *Abbas qui requiſiuit Epiſcopum, qui renuit benedicere omnia ad ſuum officium ſpectantia exercere poteſt.*
13 *Abbas in propria Eccleſia Populum benedicere poteſt, quod non procedit exiſtente Epiſcopo, num. 14.*
15 *Abbates an poſſint benedicere per vias limita exiſtente conceſſione, num. 16.*
17 *Præpoſitus, ſiue Abbas S. Maria Pacis Roma poteſt vti Mitra, Anulo, Baculo, & alijs pontificalibus.*
18 *Regulares nequeunt benedicere domos in Sabbato ſancto.*
19 *Benedictio domi in Sabbato ſancto connumerantur inter iura parochialia.*
20 *Benedictio Palmarum eſt ius Parochiale, ſed poteſt fieri in qualibet Eccleſia, n. 21.*
22 *Abbates ex priuilegio poſſunt benedicere campanas.*
23 *Benedicere corpus defuncti, ad quem ſpectet.*
24 *Benedictio monialium virginum eſt tollenda.*

1 BEnedicere paramenta, & ſimilia, Oleum ſanctum, vel ſacram Vnctionē non requirentia poteſt Abbas non benedictus, Sacr. Congreg. Rituum in vna Aquilegien. 20. Aprilis 1599. in Laudunen. 29. Ianuarij 1605. in Conſtantien. 18. Febr. 1617. in Ruten. 9. Maij 1609. in Auguſt. 12. April. 1614. in Geſnen. 1621. Suar. de Relig. to. 4. tract. 8. lib. 2. c. 30. Leiua in exam. Epiſc. lib. 6. c. 17. n. 8.

2 Pro vſu tamen ſui Monaſterij, non autem Eccleſiarum ſibi non ſubditarū, eadem Sacra Congregatio Rituum in Cremen. 24. Auguſti 1609. & 30. Septēbris 1628. & 17. Auguſti 1629. vbi fuit abrogata quælibet cōtraria conſuetudo.

3 Tali modo, vt Abbates, Priores, Guardiani, & alij Religionum Prælati etiā ex Societate Ieſu habentes priuilegia benedicēdi veſtes ſacras, & Mitra, & ſimilia, dicto priuilegio vti non poſsunt niſi in ijs rebus, in quibus ſacra Vnctio non adhibetur, & pro ſeruitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccleſiarum propriarum; Sacra Congregatio Rituum in Cameracen. 13. Martij 1632. cum eis ſit interdictum benedicere ea, quæ non ſunt ſuorum Monaſteriorum, Gauant. in manual. Epiſc. in verb. benedictio num. 6.

4 Vnde regulariter ei prohibetur conſecrare Altaria, Calices, & benedicere Lapides, & Piſſides, Piaſeg. in praxi Epiſcop. cap. 2. art 4. num. 14. part. 1. Illuſtriſs. D. meus Epiſc. Riccius in prax. fori Eccleſiaſt. reſol. 461. par. 1.

5 Sed hæc efficere poterit, ſi ſpeciali Sedis Apoſtolicæ priuilegio munitus fuerit; Sacra Congregatio Concilij ſub die 10. Septembris 1614. Nald. in ſum. in verb. Abbas nu. 4. Mar. Anton. variar. reſolut. lib. 2. reſol. 112. caſu 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 26. num. 36. par. 2. Megalius recenter in ſuo promptuar. theolog. moral. in verbo Abbas num. 18. & in verbo Calix num. 3. nouè Tambur. in tract. de iure Abbat. diſp. 23. quæſt. 13. tom. 1.

6 Itaut Abbas nec etiam in locis ſibi pleno iure ſubiectis, aut de iure patro-

natus

Digitized by Google

natus valeat conſecrare Calices, Patenas, & ſimilia, in quibus ſacra Vnctio eſt de ſubſtantia, niſi habeat in ſpecie à Sede Apoſtolica id conceſſum, vt voluit Sacra Congregatio Rituum in vna Cameracen. 6. Decembris 1631.

7 Quod priuilegium ſi Abbas alicuius Religionis habeat, non communicatur cæteris Religionibus communicationis priuilegium pariter habentibus, vt poſt Mirand. in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 40. artic. 4. vltimo loco notandum, & memoriæ commẽdandum fatetur fatigatus Vir D. Antonin. Diana meus amiciſſimus reſol. moral. tract. 2. de dubijs Regularium p. 3. reſ. 15. in fine.

8 Benedici debet Abbas, qui monachis præeſt à proprio Epiſcopo, cap. 1. de ſupplend. neglig. Prælator. cap. cum contingat, de ætat. & qualit. de cuius benedictionis ritu modernè Caſtald. in praxi ceremon. lib. 1. ſect. 11. à cap. 2. nec ab alijs Abbatibus benedictionem recipere poteſt, Sacra Congregatio Rituum in Cameracen. 6. Decembris 1631.

9 Niſi tamen ex priuilegio aliud ſit cautum, vt poſſit benedici à quolibet An-
tiſtite, Tamburr. in tract. de iure Abbat. diſput. 11. q. 10. tom. 1. vbi annuit Abbates
10 Congregationis Cæleſtinorum, & Abbatem Sãcti Pancratij Florentiæ Ordi-
nis Valliſumbroſæ ex priuilegio particulari poſſe à quocumque Antiſtite benedici, nulla in hac re obligatione locorum Ordinarijs debita, & quæſt. 11. refert, priuilegium conceſſum Ioanni Abbati Ciſtercij, vt Abbates, & Abbatiſſas ſui Ordinis benedicere poſſit.

11 Quod ſi Abbas ſemel benedictus cum vſu Bireti transferatur ad aliam Abbatiam habentem vſum Mitræ, non indiget alia benedictione, ſed poteſt per ſeipſum Mitram capere, Sacra Congregatio Rituum in Bituntina 25. Februarij 1606. idque mihi accidit conſulere in facti contingentia.

12 Et ſi Epiſcopus tertio requiſitus benedicere Abbatem, legitima non exiſtente cauſa recuſauerit, poſſet non expectata benedictione omnia, quæ ad ſuum munus ſpectant perficere, cit. cap. 1. de ſupplend. neglig. Prælat. iuxta cuius tenorem declarauit Sacra Congregatio ſub die 16. Februarij 1619. & 8. Maij 1627. & tradunt Azor. inſtitut. moral. lib. 12. cap. 20. quæſt. 6. Rochier in tract. de iuriſd. in exemptos p. 4. quæſt. 78. n. 2. idque maximè ex conceſſione Eugenij IV. & Iulij II. pro Ciſtercienſibus, & Leonis X. pro Camaldulenſibus, vt teſtantur Mirand. in manual. Prælator. qu. 38. artic. 9. tom. 1. & Rodriquez quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 12. art. 4.

13 Benedicere poteſt Abbas Populum in propria Eccleſia poſt Veſperis, Miſſæ, & Matutini ſolemnem celebrationem, Franciſc. Marc. deciſ. 1081. & 1082. p. 1. & reſpectu Abbatũ Caſſinenſiũ ſic videmus diſpoſitum in Bull. Pij IV. incip. Sedis, non autẽ alibi, nec alio tempore niſi id ſpecialiter ſit ei ab Apoſtol. Sede conceſſum, d. c. Abbates, de priuileg. in 6. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 20. q. 5. Rodr. quęſt. Regular. 18. artic. 1. tom. 1. Tamburr. de iur. Abb. tom. 2. diſp. 2. quæſt. 7.

14 Quæ ſanè concluſio ceſſat vbi loci Ordinarius Epiſcopus, vel alter maior Eccleſiæ Prælatus exiſteret, c. deniq; 21. diſtinct. c. cum ad celebrandas, de conſecr. diſtinct. 1. c. miniſtrare 26. q. 6. & ita declarauit Sacr. Congreg. Rituum ad inſtantiam Epiſcopi Eugubini, per quam fuit pronunciatum licere Abbati Monaſterij S. Petri de Eugubio ſolemniter celebrare, & in pontificalibus Populo benedicere, non tamen in præſentia Epiſcopi, Tamburr. de iure Abbat. diſp. 23. q. 1.

Digitized by Google

15 Prout nec per vias id eſſe ei conceſſum, voluit Sacra Congregatio in vna nullius Prouinciæ Burgen. 24. Auguſti 1609. & aſſerunt Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 461. part. 1. & Vrſell. in examin. concluſ. legal. concl. 1. num. 123.

16 Cœterum ceſſabit anteſignana concluſio, quoties aliqua exiſteret ab Apoſtolica Sede ſpecialis conceſſio, prout Sixtus IV. de anno 1483. conceſſit Præpoſito, ſiuè Abbati S. Mariæ Pacis Romæ Congregationis Canonicorum Regularium Lateranen. vt liberè, & licitè poſſit, & valeat Mitra, Anulo, Baculo, & alijs Pontificalibus inſignijs vti, necnon in dicto Pacis Templo, ac intra ſepta dicti Monaſterij benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia elargiri, etiam ſi in benedictione huiuſmodi aliquis Antiſtes, Cardinalis, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens fuerit, & habetur per extenſum in libro Priuilegiorum eiuſdem Congregationis pagin. 369. & atteſtatur Pennot. in ſua tripartita hiſtor. lib. 3. cap. 33. num. 4. hoc priuilegium praxi demandatum fuiſſe coram duodecim Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus anno Domini 1614. die 2. Iulij in Feſto Viſitationis Beatiſſimæ Virginis poſt Cappelam ſollemniter habitam in ſacello Beatæ Mariæ Pacis Romæ per Reu. Io. Chriſoſtomum Neapolitanum loci Abbatem poſt Miſſam ſollemniter cum inſignibus Pōtificalibus decantatam, referunt nouiſſimè Barboſ. in tract. de iure eccleſiaſt. vniuerſ. tit. de Abbatibus cap. 17. mun. 50. lib. 1. & Vrſel. in concl. legal. ſiuè exam. Apum concl. 1. num. 12.

18 Benedicere domos in Sabato ſancto nequeunt Regulares cum eis interdicatur tale exercere munus extra propria Monaſteria, ita cenſuit Sacr. Congregat. Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de anno 1619. ſub die 23. Nouembris.

19 Connumeratur enim tale ius inter functiones parrochiales, & proinde ad proprios Parochos id agere ſpectat, vt declaraſſe Sacram Rituum Congregationem fatetur nouiſſimè Epiſcop. Ricc. in praxi for. Eccleſiaſt. reſol. 310. part. 4. & antè eum probauit Carata in tract. de iurib. parochial. c. 6. verſ. functiones.

20 Benedicere palmas, quamuis connumeretur inter functiones parochiales, vt per Quarant. in ſumma Bullar. in verb. miſſa, Carat. in tract. de iurib. paroch. c. 6. Epiſc. Ricc. qui Nos allegat in praxi for. Eccleſiaſt. reſol. 307. part. 4. qui omnes idem teſtificant reſpectu benedictionis candelarum, vt idem refert. reſol. 305.

21 Tamen benedictio, & diſtributio huiuſmodi palmarum, & candelarum regulariter poteſt fieri in omnibus Eccleſijs tàm Collegiatis, quàm Parrochialibus, & tàm regularibus, quàm ſæcularibus, vt cenſuit Sacr. Rituum Congreg. de anno 1607. 28. Aprilis in Oſtien. Curæ.

22 Benedicere Campanas, ex priuilegio hodiè Abbatibus eſt conceſſum, Tāburrin. de iure Abbat. diſp. 23. quæſt. 12. tom. 1. Marin. quotid. reſol. cap. 1. num. 22. licet de iure contrarium fundet Epiſcop. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 461. part. 1.

23 Benedicere corpus defuncti non ſpectat ad Regulares, ad quorum Eccleſiam defunctus aſportatur, ſed ad proprium Curatum, in quo mortuus obijt, tale munus pertinet, ita cenſuit Sacra Congregatio Rituum de anno 1606. ſub die 18. Nouembris in vna Squillacen. qua declaratione ex facto mihi propoſito, vt conſulerem vſus ſui ad fauorem cuiuſdam Reuerendi Parochi.

24 Bene-

24 Benedictio Monialium virginum eſt tollenda, Sacr. Congregat. Epiſcop. & Regular. ſic cenſuit 5. Decembris 1597. vt fatetur Piaſeg. in praxi Epiſcopal. c. 2. num. 3. par. 1. & nouè teſtatur Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo Benedictio num. 10.

C A P S A.

S V M M A R I V M.

1 *Capſa elemoſinarum non poteſt teneri intra clauſtra Minorum de obſeruantia.*
2 *Capſa cum inſcriptione* Elemoſina per le Meſſe *à Regularibus teneri nequit, et quādo ſit licitum num. 3.*

1 Capſa elemoſinarum pro miſſis nequit teneri intus clauſtra Minorum de obſeruantia Sancti Franciſci, vigore Bullæ S. D. N. Vrbani VIII. incip. Sacroſanctum, promulgata in anno 1628. de qua in Bullar. tom. 4. fol. 318.

2 Capſa cum inſcriptione illa, vulgò *per le meſſe*, non poteſt teneri à Regularibus, ſub pœna priuationis ſingulorum officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad cœtera obtinenda, vociſque actiuæ, & paſſiuæ abſque vlla declaratione, ita quidem ſancitum eſt à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatione in nouiſſimis decretis de celebrat. miſſar. §. 8.

3 Sed non reticeam dicere eandem Sacram Congregationem determinaſſe ſub die 3. Iunij 1628. capſam teneri licere oppoſito decreto celebrationis miſſarum, vbi eſt ſatisfactum oneribus vel de breui tempore, vt v. g. vnius menſis ſatisfiat, alias ſecus.

C A P V C C I N I.

S V M M A R I V M.

1 *Capuccini poſſunt deferre barbam, & habitum cum capuccio quadrato.*
2 *Habitum Capuccinorum nemo deferre poteſt.*
3 *Capuccini ſunt verè Fratres Sancti Franciſci.*
4 *Capuccini ad laxiorem Religionem tranſire nequeunt.*
5 *Capuccini non recipiuntur à Fratribus Minimis S. Franſci de Paula.*
6 *Capuccini admittentes Fratres Minores de Obſeruantia abſque legitimis requiſitis priuantur officio, & excommunicantur.*
7 *Capuccini comprehenduntur ſub decreto, nè Conuentus Regularium recipiantur, niſi duodecim Fratres ſubſtentari poſſint.*
8 *Capuccini deputati à Capitulo generali ſolum valent audire Confeſſiones.*
9 *Capuccini fruuntur prærogatiuis, & priuilegijs Camaldulenſium, & Fratrum Minorum.*
10 *Capuccini celebrant officium S. Corradi.*
11 *Capuccini in proceſſionibus erigunt Crucem.*

12 Ca-

12 Capuccini tenentur dare præcedentiam Regularibus, qui incedebant ſub propria Cruce, antequam ipſi Cruce vterentur.

1 CApuccini barbam deferre poſſunt, & habitum cum cappuccio quadrato geſtare tenentur, eorumque Congregatio approbata reperitur, vt in Bulla Clementis VIII. promulgata in anno 1528. incipit Religionis.

2 Quo quidem habitu, vel conſimili nullus vti poteſt, vt poſt Bullas Pauli III. incip. Exponi, & Gregorij XIV. incip. Beati Franciſci, nouiter ſancitum eſt à Gregorio XV. vigore particularis Bullæ incip. Ex iniuncto, in qua confirmantur, & innouãtur præfatæ Bullæ circa prohibitionem delationis habitus huiuſmodi Capuccinorum, vel alterius conſimilis, & mãdatur locorum Ordinarijs, vt ſub cenſuris, nè alijs quibuſuis Religioſis, cuiuſcumq; Ordinis Societatis, & inſtituti Regularibus ſub quouis prætextu, nè nomine, vel habitu dictorum Fratruum vti permittant.

3 Capuccini ſunt verè Fratres Minores S. Franciſci, cuius Regulæ eorum Cõſtitutiones ſunt conſentaneæ, ita patet in Bulla Pauli V. edita in anno 1608. incip. Nuper, & nouiſſime videnda eſt Bulla S. D. N. Vrbani VIII. promulgata in ann. 1627. 28. Iunij. incip. Saluatoris, in qua fuit expreſsè declaratum Capuccinos eſſe Minores S. Fanciſci Fratres, & linea non intermiſſa ab illo trahere originem.

4 Capuccini non poſſunt tranſire ad laxiorem Religonem Sedis Apoſtolicæ licentia non præcedente, licet ad Cartuſienſes ſi vellent ire licentia Miniſtri generalis in ſcriptis ſufficeret, ita quidem ſtat ſancitum vigore Bullæ editæ à S. D.

5 N. Vrbano VIII. incip. Iniuncti, & vide Bullam Pij V. incip. Quamuis, vbi quod Capuccini non recipiuntur à Fratribus Minimis S. Franciſci de Paula, & Bullam Gregorij XIV. incip. Beati Franciſci, vbi quod nec recipiuntur à Fratribus Conuentualibus, & Bullam Pauli V. incip. Nuper ſuperius memoratam, vbi quod nec illi recipiuntur à Fratribus Sanctæ Mariæ de Mercede, Redemptionis captiuorum.

6 Cappuccini admittentes Fratres Minores de Obſeruantia, legitimis requiſitis non præcedentibus, officio priuantur, & excommunicantur, vigore Bullæ Sixti V. incip. Pro ea.

7 Capuccini comprehenduntur ſub decreto emanato, nè recipiantur Conuentus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita duodecim ſaltem Fratres in eis competenter ſuſtentari poſſint, alioquin Ordinarij iuriſdictioni ſubſint; ſic declarauit Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Interpretum Congregatio ſuper decretis de celebratione miſſarum dubio 18. quam reportat Barboſ. poſt ſuum tract. de poteſt. Epiſc. in noua edit. fol. meo 11.

8 Capuccini deputati in Capitulo generali, confeſſiones ſolum audire valent, vigore Bullæ Clementis VIII. incip. Alias.

9 Capuccini fruuntur Monachorum Camaldulenſium, & Fratrum Minorũ prærogatiuis, & priuilegijs, iuxta tenorem Bullæ eiuſdem Clementis VIII. incip. Quæ ad proſperam.

10 Capuccini gaudent. Induſtu celebrandi Officium S. Corradi, tertij Ordinis S. Franciſci, mediante conceſſione eis elargita à Domino Noſtro Vrbano VIII.

VIII. vt in eius Bulla incip. Domini promulgata, in anno 1625.

11 Capuccini valent in publicis proceſſionibus erigere Crucem, vt in Bulla Gregorij XIII. etiam vbique locorum, vt in Bulla Pij V. incipit Paſtoralis, & iuxta determinationem Sacræ Congregationis Rituum ad eorum fauorem factam 21. Maij 1618. quæ deinde ſub die 10. Iulij 1621. declarauit, erectionem Crucis ipſis fuiſſe conceſſam in ijs ſolum locis, in quibus iam ſub propria Cruce, ſiuè in proprio loco ſub Cruce Cleri in proceſſionibus ante talem conceſſionem incedebant, eundem retinere debere locum.

12 Capuccini tenentur daræ præcedentiam illis Regularibus, qui ſub propria Cruce, & proprio in loco incedebant, antequam ipſi propria vterentur Cruce, prout ſic de anno 1619. 23. Martij in cauſa ipſorum Capuccinorum, Sacra Rituum Congregatio determinando declarauit.

CAPPVCCIVM.

SVMMARIVM.

1 *Tertiarij nequeunt deferre capuccium.*

2 *Fratres Ordinis Minoris S. Franciſci tenentur aſportare capuccium rotundum, & largiorem mozzetam aſſumere.*

3 *Abbas quando poſſit portare capuccium, & mozzetam, remiſſiue.*

1 CAppuccium interdicitur deferri Tertiatijs ad Monaſteriorum ſeruitia aſſumptis, ſed Bireto vti in capite debent, ita ſtatuitur in Bulla S. D. N. Vrbani VIII. promulgata in anno 1625. incip. In ſupremo.

2 Capuccium rotundum aſportare, & Mozzettam largiorem aſſumete tenentur Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci Recollecti vocati Galliæ ex diſpoſitione Bullæ eiuſdem Vrbani VIII. pariter incipiens In ſupremo, vbi in §. 3. id prouiſum reperies.

3 Capuccium, & Mozzettam portare quando liceat Abbatibus, vide in verbo Mozzetta.

CAMALDVLENSES.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio Camaldulenſium fuit approbata ab Alexandro II.*

2 *Priuilegia Camaldulenſium fuerunt confirmata à Gregorio XIII.*

3 *Ambitus Camaldulenſium eſt prohibitus per Clementem VIII.*

4 *Camaldulenſes militant ſub vno Generali.*

5 *Camaldulenſes poſſunt recipere profeſſos cuiuſcumque Ordinis.*

1 CAmaldulenſium Congregatio fuit approbata ab Alexandro II. in ſua Bulla incip. Nulli, quæ reperitur publicata de anno 1062. ſub die 29. Octobris.

2 Eorum

2 Eorum priuilegia ſtant confirmata, & plurima etiam conceſſa à Gregorio XIII. in anno 1574. vt in eius Bulla incipit Superna, necnon à Gregorio XIV. in anno 1591. vigore Bullæ incip. Ex iniuncto, in qua patet approbatio, & communicatio priuilegiorum à dicto Gregor. XIII. & vide ſimiliter Bullam Clementis VIII. incip. Officij noſtri.

3 Camaldulenſibus Ambitus reperitur prohibitus per Clementem VIII. vigore Bullæ promulgatæ ab eo in anno 1596. incip. Ambitioſam.

4 Camaldulenſes ſub vno Generali militant, qui vſque ad tempora Leonis X. eligebatur perpetuus, exinde ad triennium eligitur, vt ſtat cautum in eius Bulla incip. Et ſi à Summo.

5 Camaldulenſes habent facultatem recipiendi profeſſos cuiuſcumque Ordinis, etiam Carthuſienſis petita, & ſi non obtenta Superiorum licentia, ita ſancitum eſt ab Eugenio IV. in ſua Bulla incip. Illa quæ, necnon à Gregorio XIII. in ſua Bulla incip. Cum interna.

CAMPANÆ.

SVMMARIVM.

1 *Regulares nequeunt in Sabato ſancto pulſare campanas ante Eccleſiam Cathedralem, ſeu Matricem, ſecus in alijs temporibus, num. 3.*

2 *Parochialis Eccleſia venit ſub nomine Matricis.*

1 CAmpanę à Regularibus pulſari nequeunt in Sabato ſancto, antequam in Eccleſia Cathedrali, illę pulſatę non fuerint, vt ſub pœna centum ducatornm mandauit Leo X. in ſua Bulla incip. Sacro approbante, §. & vt debitus, referunt Leo in theſaur. fori Eccleſ. part. 1. cap. 8. num. 2. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 12 cap. 13. num. 162. Barboſ. de poteſt Epiſc. alleg. 105. nu. 70. par. 3. idemque ſtatuiſſe Congregationem Sacrorum Rituum die 21. Martij 1609. nouiter probat Vulpes in praxi iudicial. fori Eccleſ cap. 41. n. 15.

2 Cuius Matricis ſub nomine intelligi Parochialem in Diœceſi antequam eſſe interdictum Regularibus ſuas pulſare campanas, Congregatio Rituum ſub die 9. Februarij 1608. determinauit, & teſtatur Gauant. in manual. Epiſcopor. in verbo Campanæ.

3 At in alijs temporibus non poſſunt Regulares prohiberi, nè pulſent campanas pro horis, & miſſa antequam pulſetur campana maioris Eccleſię, vt cenſuit Sacra congregatio Eminentiſſimorum in anno 1604. de qua teſtatur idem Gauant. in man. Epiſc. in verb. Regularium intra ſub Epiſcopis n. 50.

CANDELÆ.

SVMMARIVM.

1 *Candelæ in Corporibus defunctorum ſunt æqualiter diuidendæ inter Parochos, & Regulares.*

Digitized by Google

1 CAndelę, quę per viam deferuntur circa defunctorum cadauera in quibuſcumque priuatis Eccleſijs ęqualiter ſunt diuidendę inter Parochos, & Regulares, taliter, vt quoties huiuſmodi candelę in prędictis Eccleſijs pro celebratione diuinorum officiorum præſenti corpore aſcenduntur, finito officio ſunt extinguendę, & cuicumque medietas conſignanda eſt, vt approbante S.D.N. Vrbano VIII. de anno 1621. die 21. Martij Congregat. RR. DD. Vrbis Præfectorum declarauit.

CANONICI REGVLARES.

SVMMARIVM.

1 *Canonici Regulares non admittuntur ad concurſum.*
2 *Canonici Regulares in proceſſionibus poſſunt gerere Rocchettum ſuper pellieeum.*
3 *Canonici Regulares poſſunt omittere veſtem nigram, & ſtare cum Rocchetto.*

1 CAnonici Regulares non admittuntur ad concurſum, nec ad Parochialem curam, niſi Sedis Apoſtolicæ præcedat diſpenſatio, vt determinauit Sacr. Congregat. Epiſc. & Regul. de anno 1603. ſub die 1. Septembris.

2 Canonici Regulares in proceſſionibus publicis Rocchettum, & ſuper pelliceum geſtare valent, ſic inquam patet determinatum fuiſſe in Sacra Rituum Congregatione de anno 1628. ſub die 28. Auguſti.

3 Canonici Regulares tàm in publicis, quam in priuatis actibus omiſſa ſolum veſte ſuperiori nigra, poſſunt ſtare cum rocchetto ſine alio ſuper pelliceo, ita declarauit Sacra Congregatio Epiſc. & Regul. ſub die 1. Septembris in anno 1603. refert nouiſſimè hæc omnia Gauant. in man. Epiſc. hoc eodem verbo Canonici Regulares.

CARCER.

SVMMARIVM.

1 *Carcer debet retineri à qualibet Religione.*
2 *Carcer annalis irrogatur profeſſo vltra ieiunia, & pœnitentiam, prius quam vti incorrigibilis declaretur.*

1 CArcer proprius debet retineri à qualibet Religione ſaltem in omni Prouincia, iuxta declarationem Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Concilij Interpretum ſub die 21. Septembris de anno 1624. de qua in decret. de Regular. Apoſtatis, & eiectis §. 6. in tom. 4. Bullar. ſub conſtit. 26.

2 Carcer annalis vltra ieiunia, & pœnitentiam irrogandus eſt profeſſo priuſquam vti incorrigibilis iuxta iuris communis normam eijciatur ſublatis quibuſcumque ſtatutis etiam à Papa firmatis, ita quidem determinauit eadem Sacra Congregatio in cit. decret. regular. Apoſtat. & eiect. §. 6.

Digitized by Google

CARMELITÆ.

SVMMARIVM.

1 *Ordo Carmelitæ eſt de mendicantibus.*
2 *Ordo Carmelitæ à quo dependat.*
3 *Carmelitæ tenentur vti capis albis.*
4 *Carmelitæ ſunt exempti à quarta funeralium.*
5 *Carmelitæ nequeunt eligere Confeſſorem ex Bulla Cruciatæ.*
6 *Carmelitæ habent præcedentiam cum Fratribus B. Mariæ de Mercede.*
7 *Carmelitæ diſcalceati ſunt exempti ab alijs Carmelitis.*
8 *Carmelitæ diſcalceati in Italia ſunt ſeparati ab alijs in Hiſpania.*
9 *Carmelitæ celebrant officium S. Thereſiæ.*
10 *Carmelitæ diſcalceati reponuntur in vno de Ordinibus Mendicantium.*
11 *Carmelitæ diſcalceati poſſunt erigere noua Monaſteria, & vide num. 12.*

1 CArmelitæ Ordo eſt de quatuor Mendicantibus, eorumque prærogatiuis, & priuilegijs vtitur, iuxta tenorem Bullę Pij V. incip. Romanus.
2 Illius origo, ſiuè Regula dependet ab Alberto Patriarca Hieroſolymitano, & ab Honorio III. fuit approbata, vigore Bullæ eiuſdem incip. Vt viuendi licet mitigauerint in nonnullis Innocentius IV. in Bulla edita in ann. 1247. incip. Quæ honorem, & Eugen. IV. in altera Bulla emanata de an. 1431. incip. Romani.
3 Carmelitæ cappis albis vti tenentur, vt legitur in Bulla Bonifacij VIII. incip. Iuſtis promulgata in anno 1295. iuxta cuius tenorem indiſtinctè ſeruari praxis iam oſtendit.
4 Carmelitæ à funeralium quarta reperiuntur exempti vigore conceſſionis Pauli V. in particulari Bulla emanata de an. 1605. ſub die 20. Aug. incip. Decet.
5 Carmelitæ ex Bulla Cruciatæ nequeunt eligere Confeſſorem, quoniam talis facultas illis minimè prodeſt attenta Bulla Clement. VIII. incip. Romani.
6 Carmelitæ habent præcedentiam in Fratres Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, vt ſepoſito Bullæ Clement. VIII. tenore, quæ incipit Decet, declarauit pariter in anno 1604. Sacra Rituum Congregatio in cauſa Carmelit. & Merced ſub die 21. Auguſti.
7 Carmelitæ diſcalceati fiunt exempti, & ſeparati ab alijs Carmelitis, qui mitigati nuncupātur, eorumque priuilegijs, & conceſſionibus gaudēt, & ad Carthuſianorum Religionem pertranſire valent, vt in Bulla Gregorij XIII. incip. Pia.

Deſciuere tamen à reliquo ordinis corpore cum proprio Generali à Clemente VIII. ipſis conceſſo vigore Bullæ particularis emanatæ in anno 1595. de menſe Septembris.
8 Carmelitæ diſcalceati in Italia habent ſeparationem cum alijs in Hiſpania, licet omnes iiſdem fruantur priuilegijs, & ſub denominatione Beatæ Mariæ de Monte Carmelo laicorum erigere Confraternitates valent, vt in Bulla Clementis VIII. incip. In Apoſtolicæ.

9 Car-

9 Carmelitæ indultum habent celebrandi Officium Sanctæ Thereſiæ, iuxta conceſſionem Greg. XV. factam in anno 1621. vt in eius Bulla incipit Omnipotens §. 23.

10 Carmelitæ diſcalceati adhuc reponuntur in vno de quatuor Ordinibus Mendicantium, eorumque priuilegiis gaudent, & ad proceſſiones ire non obligantur, & ſi quoties præcedentia ante alias Religiones in illis omittur, eorumdem priuilegiis vlla præſcriptione obſunt ex vi Bullæ Clement. VIII. incip. Romanum.

11 Carmelitæ diſcalceati, vbique noua Monaſteria de Ordinariorum tãtum licentia ſtante Bulla Pauli V. incipit Ad Eccleſiæ erigere valent.

Sed S. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla quam edidit in ann. 1624. ſub die 28. Au-
12 guſti incip. Romanus Pontifex, huiuſmodi licentiam adhuc effectum non ſortitam reuocauit.

CARTHVSIANI.

SVMMARIVM.

1 *Carthuſiani fuerunt inſtituti à Sancto Bruno.*
2 *Ordo Carthuſianorum ſubeſt obedientiæ Domus Carthuſiæ.*
3 *Carthuſiani nequeunt extrahi à ſolitudine.*
4 *Carthuſiani habent prærogatiuas Mendicantium, & non Mendicantium.*
5 *Carthuſiani nequeunt adſtringi ad teſtificandum in iudicio.*
6 *Carthuſiani ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum.*
7 *Carthuſiani poſſunt recipi à Camaldulenſibus.*

1 CArthuſiani fuerunt inſtituti à Sancto Bruno, cuius Officium ſemiduplex fuit conceſſum, vt legitur in Bulla Gregorij XV. incipit Domini noſtri, eorum autem Ordo approbatus fuit ab Alexandro III. in Bulla incip. Cum vos, promulgata de anno 1176.

2 Carthuſianorum totus Ordo ſubeſt obedientiæ Prioris maioris Dominus Carthuſiæ, iuxta Bullam Iulij II. editam in anno 1508. incipit Dum ad fructus.

3 Carthuſiani à ſolitudine diſtrahi nequeunt, cum reperiatur prohibitum vigore bullæ Honorij III. de anno 1218. incip. Cum dilecti.

4 Carthuſiani habent communicationem, & extenſionem gratiarum prærogatiuarum priuilegiorum, & indultorum tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus quorumcumque aliorum Mendicantium, & non Mendicantium Ordinibus à quibuſcumque Poncificibus conceſſis, & in futurum concedendis, ita cantat Bulla Gregorij XV. promulgata in anno 1623. incip. Ad vberes.

5 Carthuſiani ad teſtificandum, & iurandum in iudicijs adſtringi nequeunt, ſic mandante Papa Honorio III. in cit. Bulla incip. Cum dilecti.

6 Cartuſiani à locorum Ordinariorum iuriſdictione, & ſuperioritate exemptionem habent per Bullam Bonifacij IX. latam in anno 1391. incipit Sacroſancta.

7 Carthuſiani poſſunt recipi à Camaldulenſibus, in Eremo degentibus po-

tita, quamuis non obtenta licentia ab eorum Superiore, iuxta tenorem Bullæ Eugenii IV. incip. Illa, & vide in verbo Camaldulenſes.

CASSINENSES.

SVMMARIVM.

1 *Caſsinenſes tenentur recitare horas canonicas.*
2 *Caſsinenſes ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum.*
3 *Caſsinenſes illegitimi promouentur ad ſacros Ordines.*
4 *Caſsinenſes nequeunt cogi ire ad proceſsiones vltra ſolitum, & num. 5.*
6 *Caſsinenſes eligunt conſeruatorem.*
7 *Caſsinenſes poſſunt abſolui ab eorum Abbatibus.*

1 CAſſinenſes horas canonicas recitare tenentur, vigore Bullæ Pauli V. vt in Bullario 33. in ordine ſuarum.
2 Caſſinenſes Monachi ab Ordinariorum iuriſdictione, & ab exactioni-
3 bus ſunt exempti, & acquirunt, ac ſi eſſent in ſæculo, illegitimi ad ſacros ordines, & Religioſos gradus, & dignitates promouentur, & extra congregationem ad teſtificandum adſtringi nequeunt, ita legitur in Bulla de an. 1436. emanata per Eugenium IV. incip. Regularem.
4 Caſſinenſes vltra ſolitum ad publicas accedere proceſſiones cogi nequeunt vt declarauit Sacra Rituum Congregatio 10. Iunii 1602. in vna Placentina.
5 At in Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Cauæ vti ſubiecto immediate Sedi Apoſtolicæ Monachi Caſſinenſes ibi reſidentes nunquam ad proceſſiones adſtringi poſſunt, vt declarauit Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Interpretum Congregatio de anno 1579. ſub die 13. Auguſti.
6 Caſſinenſes eligunt ſibi Conſeruatores cum magna poteſtate, & immenſa facultate, vigore Bullæ Eugenii IV. emanatæ in anno 1436. incipit Militanti.
7 Caſſinenſes poſſunt abſolui ab eorum Abbatibus de quibuſcumque cenſuris, & pœnis, vt legitur in Bulla Pij V. lata in anno 1571. incip. Dum.

CASVS RESERVATI.

SVMMARIVM.

1 *Caſus reſeruati fuerunt taxati, & præſcripti Regularibus.*
2 *Regulares vtriuſque ſexus nequeunt abſolui à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ per Confeſſarium electum vigore Bullæ Cruciatæ.*

1 CAſus reſeruati fuerunt taxati, & præſcripti ſingulis Regularibus per Clementem VIII. in Bulla promulgata de anno 1593. ſub die 26. Maii, vbi mandatur non eſſe reſeruandos alios à Prælatis ſuperioribus, niſi in Capitulo Generali, vel ſaltem Prouinciali de patrum vocalium conſenſu, & matura diſcuſſione.

2 A caſi-

3 A caſibus reſeruatis Bullæ in Cœnæ Domini abſolui nequeunt Regulares vtriuſque ſexus per Confeſſarios ab eis electos vigore Bullę Cruciatæ, iuxta Breue Clement. VIII. vt per Sacr. Eminentiſſ. Cardinal. Concil. Interpretum fuit declaratum de anno 1627. ſub die 4. Decembris in vna Portugaliæ, & Caſtellæ.

CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ Religionum pertinentes ad inquiſitionem, cognoſcuntur ab Inquiſitore.*
2 *Cauſæ militum Hieroſolymitanorum à quo cognoſcuntur.*
3 *Ordinarij tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum Regulares debitores cogere ad ſoluendum debitum valent.*
4 *Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14. an deroget text. in c. 1. de priuil. in 6.*
5 *Declaratio Sacræ Congregationis Eminentiſsimorum Concilij Interpretum reportatur.*

1 Cauſæ Religionum ad Officium Sanctæ Inquiſitionis pertinentes, debent cognoſci ab Inquiſitoribus, & non ab ipſorum Regularium Superioribus, vt in anno 1606. ſancitum fuit à Paulo V. vigore particularis Bullæ incip. Romanus.

2 Cauſæ Militum Hieroſolymitanorum, eorumq; ſubditorum cum omnibus annexis, & connexis, ac dependentibus per Magnum Religionis Magiſtrũ, & Conuentũ, aut deputatos ab illis terminandæ ſunt, & quando ſecus habes in Bulla Pij V. edita in anno 1560. incip. Circumſpecta.

3 Cauſæ ciuiles mercedum, & miſerabilium perſonarum, ex quibus Regulares extra Monaſterium degentes exiſtunt debitores, poſſunt cognoſci ab Epiſcopis locorum Ordinarijs, qui valent illos tanquam Apoſtolici delegati cogere, & compellere ad ſoluendum debitum, quamuis certum Iudicem à Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant nihil obſtantibus exemptionibus Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 14. & ad materiam Guttier. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 10. Cened. canon. quæſt. lib. 1. q. 26. num. 33. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub. 12. cap. 13. à num. 29. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 547. p. 1. & deciſ. Cur. Archiep. Neap. 14. part. 4. nouiſſimè Vulpes in praxi iudic. fori Eccleſiaſt. cap. 42. num. 24.

Cœterum fatigoſus Barboſa recenter in ſuo tract. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 105. nu. 23. part. 3. mouet difficultatem, ſi præfata Conciliaris diſpoſitio deroget in totum, c. 1. de priuileg. in 6.

4 In cuius dubii ſolutione pro meliori dict. capitul. intellectu aduertendum duxit illum procedere, quoties exemptionis priuilegium eſt loco certo circumſcriptum, & ideò extra illum ſic exemptus contrahens, vel delinquens coram loci Ordinario conuenitur, at ceſſare quando ſunt exempti non ratione certi loci, ſed perſonarum, quia vbicumque contraxerint, vel res ſita ſit, vel quia patrauerint crimen coram Ordinarijs conueniri non debet, nec

ſub d.text.comprehenduntur,Couar.pract.quæſt.capit.11.num.5.Rodri-gul.quæſt.63.artic.3.tom.2.Aldret.in alleg.pro omnimoda Regular.exempt. cap.8.nu.17.part.1.apud quem nonnulli ſunt in opinione Regulares eſſe abſolutè ſub Ordinarij iuriſdictione in caſu d. text. & vltra eos in alijs Concilij caſibus, videlicet in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, & in certis cauſis ciuilibus niſi habeant certum Iudicem à Sede Apoſtolica in partibus deputatum, quos duos caſus intelligit de Regularibus extra clauſtrum degentibus.

Reportat benè verum idem Aldret.cit. par.1.cap.7.nu. 2. ſuper hoc Sacram Eminentiſſimorum Congregationem ita determinaſſe videlicet.

5 Sacra Cardinalium Congregatio Concilij Tridentini Interpretum declarauit, neque Conſtitutionem in generali Concilij Lugdunen.editam, quæ incip. Volentes,neque decreto eiuſdem Concilij ſeſſ.7.de reformat. cap. 14. comprehendi Regulares,ideoque iuxta eorum priuilegia coram ſuis Superioribus,vel Conſeruatoribus eſſe puniendos.

CELEBRANS.

SVMMARIVM.

1 *Regularis, vel ſecularis celebrans miſſas,vel confeſsiones audiens, eſt irregularis, ſi Sacerdotium non obtinuerit.*
2 *Celebrans abſque gradu Sacerdotij foro laicali ſubijcitur.*
3 *Promotus ad Præsbyteratum ante ætatem,qua pœna puniatur.*
4 *Praxis in hac Ciuitate Neapolis.*

1 CElebrans miſſas,vel confeſſiones audiens etiam Regularis in gradu Sacerdotii non conſtitutus, fingendo ſe Sacerdotem,nedum eſt irregularis,ad text.in cap.1.& 2 de cler.non ordinat.miniſtrant ſed pariter vigore Bullæ
2 Clem. VIII. incipit.Et alias, à Iudicibus Sanctæ Inquiſitionis, vel locorum Ordinariis à foro Eccleſiaſtico abiiciuntur, & ab ordinibus Eccleſiaſticis, ſic quos habuerint, ritè degradati Curiæ ſæculari traduntur, per Iudices ſeculares debitis pœnis plectendi.

Et vigore recentiſſimæ Bullæ Sanctiſſ.D.N.Vrbani VIII. incip. Apoſtolatus
3 officium, de anno 1627 ſtatutum eſt, vt qui impoſterum ad ſacrum Præsbyteratus ordinem non promotus miſſam celebrare, aut ſacramentalem confeſſionem audire præſumpſerit, ætate minoris annis vigintiquinque non excuſetur,quominus eidem Clementis Conſtitutioni ſubiiciatur, dummodo vigeſimum ſuæ ætatis annum compleuerit.

4 Cuius diſpoſitio nouiſſimè fuit practicata in hac Ciuitate Neapolis in perſonā cuiuſdam Fratris Pauli delle Vergini Ordinis S. Luciæ dello Monte, qui ex tali cauſa ab Illuſtriſſimo Inquiſitore fuit traditus Curiæ ſeculari, & poſt aliquot dies in foro magno laqueo fuit ſuſpenſus.

CEL-

C E L L Æ.

S V M M A R I V M.

1 *Cellas poteſt reſeruare Superior ad ſuum arbitrium.*
2 *Cellæ ſeparatæ nequeunt haberi à Regularibus.*
3 *Cellæ Fratrum Minorum de Obſeruantia ſunt viſitandæ.*
4 *Cellæ quando diſtribuantur anterioribus in profeſsione.*

1 CEllæ omnes poſſunt reſeruari ad arbitrium Superioris claue ad hoc fabre facta, inde Regulares illas ita claudere non debent, quia ſemper à Superiore aperiri nequeat, prout ſic reperitur ſancitum à Clement. VIII. in decret.pro reformat.Regular.incip.Nullus omnino. §.24.vt in Bullar.fol.mihi 272.tom.4.

2 Cellæ ſeparatæ à nemine Regularium etiam Superiorum poſſunt haberi, ſed quiſq; vnica cæteris propinqua nudis parietibus lecto,& menſa humili vniformique ſupellectili contẽtus eſſe adſtringitur, niſi aliud officij neceſſitas ſuadeat præcedente Superioris facultate, ita patet in mox allegato decreto Clem. VIII.§.26.& vide Lezan.in ſumma quæſt.Regular.tit.de obligat.Regular.cap. 10. ſub num.20.pag.129.& cap.18.n.77.pag. 253.

3 Cellæ Fratrum Minorum de Obſeruantia ſub pœna ſuſpenſionis ab officio ſunt ſingulis menſibus per locorum Guardianos viſitandæ, in quibus ſi aliquid paupertatis repugnans,reperiatur, auferendum erit ex diſpoſitione S. D.N.Vrbani VIII. vigore Bullæ incipit. In ſupremo, promulgatæ de anno 1625. ſub die.20.Nouembris.

4 Cellæ ſi vacare contingerint, ſunt diſtribuendæ Monialibus antetioribus in profeſſione, itaut illæ volentes veniant cæteris præferendæ,vt declarauit Sacra Epiſcop. & Regular. Congregatio de anno 1615. ſub die 10. Aprilis in vna Modanen.

C E N S V R Æ.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſuræ publicatæ à locorum Ordinarijs,à Regularibus ſunt publicandæ.*

1 CEnſuræ publicatæ à locorum Ordinarijs, & nedum à Papa mandantibus Epiſcopis, ſunt publicandæ à Regularibus in eorum Monaſterijs, nec non ſeruandæ, iuxta ſanctionem Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25.cap. 12. de Regular.

CHORVS.

SVMMARIVM.

1 *Nullus Regularis eſt exemptus à ſeruitio chori.*

1 CHori à ſeruitio nullus Regularis ſub cuiuſcumque priuilegij ſuperioritatis, etiam Generalatur prætextu dicitur exemptus niſi pro tempore, quo quis in proprij officij munere reperiatur occupatus, cum Lectoribus, & Prædicatoribus ijs ſolum diebus, quibus ipſos legere, vel prædicare contingerit Superiores diſpenſandi conceditur facultas, ita cautum eſt in decreto pro reformat. Regular. Clement. VIII. incip. Nullus, vt in Bullar. tom. 4. fol. mihi 270.

CISTERCIENSES.

SVMMARIVM.

1 *Ciſtercienſes vnde habuerunt inſtitutionem, & reformationem.*
2 *Ciſtercienſes Abbatiæ fruuntur prærogatiuis, & gratijs ſui Ordinis.*
3 *Ciſtercienſes ſunt exempti à quocumque ſolutione onerum.*
4 *Ciſtercienſes an habeant ſucceſſionem ſuorum monachorum.*
5 *Ciſtercienſes vtuntur omnibus priuilegijs non reformatorum.*
6 *Ciſtercienſes reformati transferentes ſe ad aliam Religionem, ad primam reddire amplius nequeunt.*

1 CIſtercienſes, qui habent inſtitutionem à D. Roberto, & illuſtrationem, ac propagationem à D. Bernardo, vt in Bulla Sixti V. incip. Pontifex, habuerunt reformationem, & ſtatuta à Benedicto XII. vt in particulari eiuſdem Bulla incip. Fulgens, ſub regula Diui Benedicti viuunt, illamque obſeruant iuxta tenorem Bullæ Eugen. III. incip. Sacroſancta.

2 Ciſtercienſes Abbatiæ Claræ Tumbæ cum eorum bonis fruuntur prærogatiuis, & gratis ſui Ordinis, licet Abbas talis Conuentus non ſit religioſus, ſed commendatarius perpetuus, ſiquidem monachorum iam virget ſtatus, vel aliquam recipit mutationem ita declarauit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatio in anno 1627. ſub. die 8. Maij.

3 Ciſtercienſes habent exemptionem à quorumcunque onerum etiam charitatiuorum ſolutione, & locorum Ordinariorum iuriſdictioni minimè ſubſunt vigore Bullæ Innocentij VIII. promulgatæ in Anno 1486. incipit Romani eorumque Monaſteria talijs, & impoſitionibus grauari non poſſe, mandauit Gregor. IX. in Bulla incipit Quia, & hoc in Anno 1234.

4 Ciſtercienſes habent ſucceſſionem ſuorum monachorum non tamen in feudalibus, vt legitur in Bulla Innocentij IV. incip. Deuotionis, quæ fuit edita de anno 1246.

5 Ciſter-

5 Ciſtercienſes reformati, qui ſunt exempti ab omni ſuperioritate non reformatorum, nec ad illorum inſtituta obligantur, ex Bulla Clementis VIII. incip. Paſtoralis, vtuntur prærogatiuis, & priuilegijs nedum ipſorum non reformatorum vt in Bulla Sixti V. incip. Super ſpecula, ſed pariter fruuntur gratijs, & conceſſionibus elargitis, quarūcunq; Religionum, & quatuor Ordinum Mendicantium, nec coram alijs, niſi Congregationis Iudicibus vocari valent, iuxta tenorem Bullæ Pauli V. incip. Diuina, promulgatæ in anno 1606. imò ipſis Mendicantibus præcedunt, vt in Bulla Clementis VIII. incip. Regis.

6 Ciſtercienſes reformati ad aliam Religionem ſe transferentes, regredi eam haud amplius valent, ſic ſtatuitur idem Clementis VIII. in anno 1604. in ſua Bulla incip. Pro noſtro.

CLAVSTRA.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres nequeunt ingredi clauſtra Regularium ſub excommunicationis pęna.*

2 *Regulares admittentes mulieres ad clauſtra, ipſo facto ſuſpenduntur, quod ampliatur procedere etiam ad clauſtra monialium, vt num. 3.*

4 *Mulieres quando poſſunt ingredi clauſtra.*

1 Clauſtra Regularium ingredi non poſſunt mulieres ſub pœna excommunicationis ex vi Motus proprij Pij V. incip. Regularium perſona-
2 rum, vbi etiam contra Regulares illas admittentes infliguntur pęna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto, & priuationis officiorum, & inhabilitatis ad obtinenda, & Gregor. XIII. in Bulla incip. Vbi Gratiæ, addit priuationem dignitatum, & beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, & excommunicationem Pontifici reſeruatam, Rodriquez tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 48. art. 1. Sanchez in ſumma cap. 17. lib. 6. vbi plura.

3 Amplia pariter ad clauſtra monialium, quamuis adſit licentia niſi tamen interueniat earundem conſenſus expreſſus capitularis, & conceſſus per ſuffragia ſecreta, iuxta Bullam S. D. N. Vrbani VIII. incip. Sacroſanctum, quam promulgauit de anno 1624. ſub die 27. Octobris.

4 Erit tamen licitus ingreſſus, quando in eis Miſſæ, vel diuina Officia, aut Proceſſiones in ei celebrantur, vel fidelium cadauera ibi ſepeliantur, vel ſi ex ſimili cauſa tantus concurſus perſonarum ſit, quod cōmodè ingredi, & egredi non valeant per portam Eccleſiæ, dummodo recto tramite accedant ad portam clauſtri Monaſterij, & locorum Ragularium, vt ex Bulla Pij V. incip Decet Romanum Pontificem, latius exanclat Lezana in ſumma quæſt. regular. tit. de oblig. regul. &c. cap. 19. num 12.

Digitized by Google

CLAVSTRALES.

SVMMARIVM.

1 *Clauſtrales non poſſunt tranſire ad non clauſtralem.*

1 CLauſtrales minimè valent tranſire ad non clauſtrales, ſic determinauit Sacra Congregatio apud Quarant. in ſumma Bullar. verbo Monaſteria, verſ. quod ad tranſitus.

CLAVSVRA.

SVMMARIVM.

1 *Regularis non poteſt exire clauſuram abſque ſocio, & Superioris licentia.*
2 *Termini, & limites clauſuræ ſunt omnia loca Monaſterij.*
3 *Moniales profeſſæ clauſuram obſeruare, recuſantes nequeunt ab alijs Monaſterijs recipi.*
4 *Epiſcopus poteſt perquirere in Monaſterijs monialium, ſi clauſura obſeruatur.*
5 *Epiſcopus tenentur procurare, vt reſtituatur clauſura monialium violata.*
6 *Epiſcopus non poteſt ingredi clauſuram monialium ad explorandum nouitiæ voluntatem.*
7 *Sacerdos adminiſtrans Euchariſtiam, an Monaſterio monialium abſque ſocio ingredi debet.*
8 *Clauſuram monialium ingredi non licet.*
9 *Monialis vt poſſit exire clauſuram, quæ ſunt neceſſaria, & vide num.* 11. *& an ſufficiat ſimilis cauſa num.* 10. 12. 17. 18. *&* 21.
13 *Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles.*
14 *Ratio vbi eadem, idem ius comprehenſiuè ſuccedit.*
15 *Bona minorum ex quibus diſtrahi poſſunt.*
16 *Filij ex quibus cauſis exheredari valeant.*
19 *Moniales tempore belli exire poſſunt de Monaſterio.*
20 *Medicorum relationi quando ſtandum ſit.*

1 CLauſuram exire prohibetur Regularis abſque ſocio, & licentia, ac benedictione Superioris, qui illam non concedit niſi ex cauſa probata, & iniuncto ſocio non petito, ſic prouiſum extitit in decret. Clement. VIII pro reformatione Regularium, incipit Nullius, §. 19. vt in tom. 4. Bullar. f. mihi 270.
2 Clauſuræ termini, & limites complectuntur omnia Monaſterij loca ita ut ianua clauſa continetur, ad quam ſęculares non admittuntur, vt ex Bulla Gregorij XIII. incip. A Deo ſacris virginibus tutatur. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in pra-
3 xi fori Eccleſ. reſolut. 187. tom. 4. Clauſuram obſeruare Moniales tacitè vel expreſsè profeſſæ tenentur, & illam obſeruare recuſantes non poſſunt in quibuſcumque Monaſterijs recipi, patet ex Bulla Pij V. incip. Circa paſtoralis
edita in

edita in anno 1566. de cuius materia latè Canon. Nouar. fratre in ſumma Bul-lar. tit. de clauſura.

4 Clauſura ſi obſeruetur, licet perquirere Epiſcopo etiã in Monaſterijs monialium Regularibus ſubiectis, nec impediri poteſt, vt declaraſſe Sacram Cõgregationem Eminentiſſimorum poſt cęteros quos ſecum venit nouiter probat Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 102. num. 7. part. 3. D. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 189. num. 2. tom. 4. illamq; etiam monialium exemptarum ad libitum viſitari poſſe ab Epiſcopo abſque ſuorum Superiorum præſentia, eadem Sacra Congregatio decidit in anno 1617. die 22. Aprilis vna Vercellen. Sellius in ſelect. canon. cap. 8. num. 25.

5 Clauſura monialium violata, quod reſtituatur, procurare tenetur Epiſcopus, vt in Bulla Gregorij XV. incipit inſcrutabilis, vbi etiam cauetur, poſſe punire contradictores, & delinquẽtes circa huiuſmodi clauſuram monialium, quamuis Regularibus ſubiectarum.

6 Clauſuram monialium ingredi non licet Epiſcopo pro exploranda nouitiæ voluntate, vel alio ſimili actu gerendo, ſed ſtare ante cancellorum feneſtella obligatur, ſic a Sacra Congregationis Auditorio determinatum fuiſſe recenſet Campanil. in ſuo diuerſor. iur. Canon. cap. 16. num. 15. rubr. 12. & poſt eum Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 100. ſub num. 6. par. 3.

7 Clauſuram monialium ingredi valet abſque ſocio adminiſtraturus Sacramentum Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, vel Extremæ Vnctionis, ita de anno 1583. Sacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatio determinando cenſuit ſub die 13. Septembris, licet recta via diuerſiculo ire debeat, nec aliam Monaſterij partem diuagari etiam occaſione viſitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum adminiſtratio non eſt neceſſaria, vt deciſum in Sacra Congregatione dicit Aldan. in compend. iur. canon. lib. 1. tit. 25.

8 Clauſuram Regularium etiam mulierum ingredi non licet, & licentiæ forſitan ad fauorem aliquorum conceſſæ ſunt reuocatæ vigore Bullæ Pauli V. quarum vna incip. Facultatem, vt in Bullario nouo tom. 3. conſtitut. 52. eiuſdem, altera incip. Monialium, vt in eodem Bullar. tom. 3. conſtit. 74. & motus proprij S. D. N. Vrbani VIII. incip. Sacroſanctum, vt fusè apud Nouarium fratrem in ſumma Bullar. tit. de clauſura fol. 161. vbi plura coaceruat.

9 Clauſuram vt poſſit exire Monialis vigore Bullæ Pij V. incip. Decori, tres ſunt cauſæ: Prima, nempè magnum incendium. Secunda, infirmitas lepræ. & Tertia, infirmitas epidemiæ, de quibus præ cæteris nouiter Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 192. par. 4. Sanchez in ſumma lib. 6. cap. 15.

10 Sed num ex ſimilibus cauſis liceat pariter de clauſura ipſis exire, affirmatiuam partem in facti contingentia agnoui veriorem, & quia exaraui Allegationes directas Sanctiſs. D. N. Vrbano VIII. quas ſatis commendat, & ſequitur recenter Diana reſol. moral. part. 3. tract. 2. de dubijs Regular. reſolut. 105. placuit illas hic inſerere, & ſunt, quæ ſequuntur.

Beatiſſime Pater.

MArchio Fuſcaldi Regni Neapolitani Magnus Iuſtitiarius, poſt pedum oſcula chriſtiana, fraterna pietate, & charitate ductus Sāctitati Veſtræ humiliter preces porrigit, quod dignetur concedere, vt Soror Maria Catherina Spinella eius germana, profeſſa in Monaſterio ſub titulo Trinitatis Ciuitatis Neapolis, iam diù varijs morbis vexata, taliter quod inſaniæ, & furoris, ſpecies tranſcendit, poſſit, & valeat clauſtrum derelinquere, & ad fraternos lares valetudinis, & ſalutis cauſa recuperandæ, & conſeruandæ ſe conferre, vel ſaltem ad aliud Monaſterium conuolare.

Quæ ſupplicatio nè iniuſta, & nimis audax ex clauſuræ rigiditate videatur, liceat pro iuſtificatione aliqua ex Canonicis ſanctionibus, & Theologorum cōncluſionibus pro tali effectu in medium afferre, ad hoc vt Sanctitas Veſtra magis piè, & paterno affectu (iuxta morem) huiuſmodi gratiam, imò iuſtitiam concedere queat.

Quare (genibus flexis petita prius licentia, prout debet) fas ſit ei ſupponere,
11 quod vt monialis è Monaſterio licitè egredi poſſit, requiritur facultas Superioris cum iuſta, & graui cauſa, eò quia cum monialibus clauſura ſtrictiſſimè indicetur, par eſt, vt facultas egrediendi, non niſi de graui cauſa à legitimo Superiore approbanda concedatur, vt colligitur ex cap. periculoſo, de ſtat. regular. in 6. ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 5. & ex Bulla Pij V. & Gregorij XIII. circa id emanatas, de quibus apud Quarant. in ſumm. Bullar. in verbo Monaſteria monialium, & Nald. in ſumma in verbo clauſura.

Iuſta autem, & ſufficiens cauſa ad hunc effectum de iure antiquo vigore ſupracitati cap. periculoſo, cenſetur infirmitas ob quam monialis, nequit cum alijs abſque graui periculo, vel ſcandalo commorari; in Tridentino verò loco iam ante relato, quæ nam ſit iuſta cauſa non determinatur, ſed iudicio Epiſcopi loci Ordinarij relinquitur, in Bulla autem Pij V. tres tantummodo cauſæ concedendi prædictam facultatem exprimuntur. Prima eſt magnum incendium, Secunda eſt infirmitas lepræ, Tertia verò infirmitas epidemiæ, ſua cuius nomine intelligitur morbus contagioſus, qui alios inficere ſolet, vt eſt peſtis, morbus gallicus, morbus Sancti Lazari, & ignis Sancti Antonij, vt communiter ſentiunt omnes Doctores.

Sed licet hæc omnia ſint vera, tamen nec negari poteſt moniali concedi
12 poſſe facultatem exeundi non ſolum ob tres adductas cauſas, verum etiam ob alias ſimiles; nam licet clauſuræ relaxatio ſit odioſa tanquam contra regulæ obſeruantiam, & ſpiritualem monialium ſalutem, nihilominus non ſolum in caſibus præcitatis, ſed etiam in conſimilibus relaxatio clauſuræ non aduerſatur Regulari Obſeruantiæ, maximè vbi agitur pro ſalute tuenda; ita inquam ſcripſerunt Nauarr. in comment 4. de regularib. num. 48. & in cap. ſtatuimus 19. quæſt. 3. num. 49. Azor inſtit. moral. par. 1 lib. 12. ca. 8. quæſt. 1. verſ. tertio, Io. de la Cruz de ſtat. relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4. Ceruantes in l. Tauri num. 59. Rodriq. qq. regul. tom. 1. quæſt. 34. artic. 5. Lamaſ. in method. curat. in append. Suarez tom. 4. de relig. lib. 1. cap. 9. num. 3. & ſeq. Sorb. in compend. priuileg. in

verb.

verb.clauſura, & in verb. ingreſſus Monaſteriorum monialium numero. 6. verſ. & ſic etiam, Suarez de relig.tom.4.tract.1.lib.1.cap. 9. Bonacin. de legib. diſput.1.quæſt.1.punct.9.num.6. Perrin.in priuil.tom.2.conſtitut.6.Pij V.§ 4. num.24. Sanchez in ſumma lib.6.cap.15.num.37.tom. 2.Barboſ. in tract. de offic.& poteſt. Epiſc. alleg.102. à num.16.par.3. & Ego ipſe Nouarius in tract. de elect. fori,ſect.2.in præfat.ſub num.7. & in eandem opinionem concurrere videtur Ceued. in collect. ad ius canon. collect. 31.p.3 verſ.crede, eſt tamen in caſibus omnino ſimilibus præfatis tribus caſibus exceptis in allegata bulla Pij V. exemplificans in inundatione aquarum, prout ſic dicit ſeruatum in facti contingentia de anno 1582. in Ciuitate Cæſaraugustana.

Quorum ſanè ſententia non caret ratione, nam licet in Piana bulla adſint verba taxatiua in illis tribus caſibus ante ſignatis, nempè magni incendij, lepræ, & epidemiæ, tamen ex identitate rationis eius diſpoſitio bene extenditur ad alios ſimiles, & equales morbos.

13 Dictio enim taxatiua non excludit caſus ſimiles, in quibus eadem ratio, aut vrgentior militat, vt ex multis probat Euerard.in topic. legal. loco à natura dictionum taxatiuarum num.4. Gomez.tom.1. variar.reſolut. tom.1.cap.11. num.22. Padill.in Authent.res quæ num.18.de legat. quia tunc non fit extenſio legis, ſed terminorum, etiam quod ſimus in materia ſtricta, Rebell.de iuſtit.& iure quæſt.6.ſect.4.num.20.part.1.lib.1. Perez in tract. de anniuerſar. & cappellan. lib.1. cap.5. num.24. Cardoſ. in praxi Iudic. & Aduocat. in verb. lex, num.24. indè ſtatutum conprehendit omnes, & ſingulos caſus, in quibus ea-

14 dem, vel maior ratio viget, vt tutatur Salicet. dicens de communi in l. 2. nu. 21. C de noxal. vbi enim eadem eſt ratio, idem ius ſtatim ſuccedit tanquam comprehenſiuè, ad text.in l.item veniunt.§.ait ſaratus, ff.de petit. hæredit.cum alijs concordantibus, de quibus latius Tiraquell in l ſi vnquam, in verb.libertis, C.de reuocat.donat.à num.45. quia ratio regulat omnem diſpoſitionem, illamq; reſtringit, & ampliat ad caſum, in quo pia ratio conuenit, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff.de legib.2.Card.Mantic.de coniectur. vltim. volunt. lib.6. tit.14.num. 23.

Et ideo videmus, quod licet in l.ob ęs alienum, C. de præd. & alijs rebus mi-

15 norũ, ob ſolum æs alienum poſſint prædia minorum diſtrahi, tamen Gloſſ. ibid. in verb. alienum communiter recepta tradidit id, quoque fieri poſſe ob ſimiles alias cauſas, & licet in l.fin.C.de reuocand. donat. decernatur ob ſolas cauſa ibis enumeratas, poſſe reuocari donationem, tamen communis DD. cõcluſio ſuſtinet, poſſe quoque ex alijs æquè ſimilibus id fieri, vt latius conſtat ex Molin lib.1.de primog.cap.9. num.32. Gomeſ. tom.2. variar. cap. 4. num. 14. Suarez in theſaur. recept.ſentent.in verb.donatio num. 226. & ſimiliter cum Auth. vt cum de appellat.cognoſc.§ aliud quoque capitulum, decidatur ob ſo-

16 las quatuordecim cauſas ibi expenſas, poſſe filium exheredari, ſentiunt omnes DD. poſſe id quoque ex cauſis ſimilibus fieri, vt per Couarr. in cap. Raynutius, num.16.de teſtament. Menoch.de ſucceſſ.lib.2.§.17.num.101. Villalob. in commun.opin.lit.E.num.143. Facchin.in controuerſ.iur.lib.6.cap.78. Plaza de delict.lib.1. num.15. Clar.in §. teſtamentum quæſt. 41. & hoc aſſerunt loquentes de his adeo odioſis legibus, & pęnalibus, qui ſunt concedentes licentiam

tiam

Digitized by Google

tiam exheredandi filios,& reuocandæ donationis perfectæ, ergo à fortiori dicendum eſt in caſu bullæ Pij V. quamuis enim fauorabile ſit reſtringere clauſuram monialium,at illam reſtringere in caſibus, in quibus vitæ periculum euidenter videntur ſatis impium erit.

Quibus ſic iactis fundamentis per optimè deducitur ſupplicationem hanc 17 eſſe maximopere iuridicam, ſiquidem iuſtè concedi poteſt moniali licentia è clauſtro egrediendi,medendi cauſa morbi, ita perículoſi, ita vt diſperetur ſalus ea non egreſſa,cum & caſus iſte vrgentior ſit exceptis in dicta bulla Pij V. cum de monialis vita tuenda agatur, & leges Eccleſiaſticæ (qualis eſt iſta de monialium clauſura) minimè cum vitæ periculo obligant, inde ſiquidam monialem inuaderet ipſam interfecturus,eſſetq; opus egredi ad vitam tuendam licitum ei eſſet egredi, ergo licebit ob ſimile vitæ periculum præſeruare morbo contingenti nihil enim refert ſiue ab extrinſeco, ſiue ab intrinſeco, vitæ periculum immineat,cum in vtraque idemmet vitæ tuendæ naturale ius ſuffragetur, tanto fortius, quia nullo iure poſitiuo naturale propriæ vitæ tuendæ ius auferri poteſt, clem.paſtoralis,§.cæterum,de ſentent.& re iudic. l. [vt] vim, & ibi communi calculo DD.ff.de iuſtit.& iure.

Et hinc legimus Gregorium XIII. fęlicis recordationis indulſiſſe cuiuſdam Cœnobij monialibus liberum egreſſum, quoties morbo ita periculoſo laborant, vt Medici iudicarent neceſſarium egreſſum ad tuendam vitam, ex quo ſanè patet hanc eſſe iuſtã egrediendi cauſam, prout de hoc meminit Nauarr. in comment.4.de regular.num.49.& 50. vbi in ſpecie voluit,& approbauit,quod 18 monialis laborans morbo & ſi non contagioſo, dummodo ſit periculoſus, ita vt niſi exeat, curari nequeat,ſitque vtique moritura, poſſe tutè à Monaſterio exire, & concedendam eſſe licentiam, quod etiam ſequitur Suarez de relig. tom.4.lib.1.cap.9.num.9. Graff. decif. aur. part. 1.lib.4. cap. 23. num.17. Sorb.in compend.priuileg.regular.in verb.clauſura,Azor. inſtit.moral.part.1. lib.1.cap.8. quæſit.1. Layman.in method.curat.in append. §.10. Sanè enim piè præſumendum eſt,quod ſi Pius V.Pontifex in hoc caſu eſſet interrogatus, ſic reſpondiſſet: cum vtiq; tenendum ſit illam fuiſſe mentem præfati Pontificis Maximi, vt in tali caſu fas eſſet egredi, alias enim ſat impietatis haberet,quam omninò alienam ab huiuſmodi viris ipſa pietate pijs eſſe affirmandum eſt, Pontifex inquam tanquam Pater beneuolus, & Paſtor fidelis propriorum filiorum, ſuarumq; ouium necem non permittit.

19 Inde tempore belli poſſe moniales è Monaſterio exire, ſeque in locum tutum recipere, dum viget periculum,quod niſi egrediatur, graui damno afficiantur; reſoluunt Azor.inſtit.moral.par.1.lib.13.cap.8.quæſt.1.Guttier.can. quæſt.cit.cap.14. num.9.Nauarr.d. comment.4. num. 48. Sanchez in ſumma d.cap.15.num.44. Bonac.de clauſur.quæſt.1. punct.9.num.7. Quare cum præfata ſoror Maria ſi in clauſura dicti Monaſterij perſeuerat, vtique cum expreſ-20 ſo periculo vitæ id agit ex Medicorum iudicio, & relatione, quibus ſtandũ eſt tanquam peritis in arte, ad tex. in l.ſemel, C. de re milit.lib.12.§. quod autem de non alienand.collat.2. Alexand. conſ. 141.col. penult.Abb.in cap.tenor notab.2.de re iudic. Maſcard.de probat.concluſ.897. Pheb. deciſ. Rotæ Luſit. 78.num.5.tom.1. Actius in tract.de infirmit.cap.37. & Nos diximus in tract.

de

de elect. & variat. fori, quæſt. 9. num. 2. ſect. 2. propterea Sanctitas Veſtra tanquam iuſtus Iudex, & benignus Pater, gratiam, & iuſtitiam in relaxando clauſuram concedere dignetur, vel alio opportuno remedio pro ſalute iſtius vtetur, prout virtus Spiritus ſancti gratia inſpirabit in re tam neceſſaria, quæ moram abſque damno irreparabili vitæ minimè patitur.

21 Eo fortius quia ob nullas cauſas valde graues, ore non autem ſcriptis dicendas, exitus huius monialis eſt quoque vtilis Monaſterio in communi quo in caſu licitam eſſe egreſſionem extra clauſtra probat Guttierez canonicar. quæſt. cap. 14. & niſi eadem Soror Maria è dicto Monaſterio exeat, eſt in diſcrimine amiſſionis animæ, quod multum eſt conſiderandum, cum anima cunctis rebus ſit anteponenda l. ſancimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & vbi agitur de ſalute animæ, non attenduntur apices Iuris, Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 164.

Vnde pro licentiæ conceſſione in caſu de quo agitur concludere ſatis conſonum videtur, prout & ita à Sanctitate veſtra elargiri ex eius pietate ſperatur, & ita genibus flexis petit, & iterum pedes oſculatur.

Et hæc currenti (vt aiunt) calamo nomine, & pro parte dictæ monialis ad inſtantiam præfati Marchionis mihi infraſcripto V. I. D. Sanctitatis veſtræ pedibus proſtrato adduxiſſe ſufficiat.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

CLAVIS.

SVMMARIVM.

1 *Superior in quolibet Monaſterio debet tenere claues omnium cellarum, & quare, num. 2.*

3 *In praxi quomodo obſeruatur.*

4 *Claui cuſtodiæ ſanctiſſimi Sacramenti debet eſſe apud Sacerdotem.*

1 CLauis cellarum omnium Religioſorum in quolibet Monaſterio à Superiore debet haberi, vt ad libitum aperire, & viſitare valeat, vide in verbo Cella.

3 Imò in praxi ſeruatur apud Regulares, claues penès quoſlibet eſſe eiuſdē qualitatis, vulgò *dell'iſteſſe guardie*, ita ut vna aperiat in alia.

4 Clauis Cuſtodiæ ſanctiſſimi Sacramenti penès Sacerdotem, cui illius adminiſtrationis cura eſt demandata, ſtare debet, nec Monialibus committenda eſt vt in anno 1604. in vna Valiſoletana Epiſc. & Reg. Sacra Congregatio determinauit, & ita indiſtinctè obſeruatur hanc in Ciuitate Neapolis.

CLERICI REGVLARES.

SVMMARIVM.

1 *Clerici Regulares Theatini fuerunt approbati à Sede Apoſtolica, tria vota emittunt, &*

Digitized by Google

quibus priuilegijs fruuntur, num. 2.
3 *Conſuetudo Theatinorum in veſperis, qua ſit.*
4 *Clerici Regulares S. Pauli Decollati fuerunt approbati à Clemente VII. tria vota emittunt, num. 5.*
6 *Præfectus Generalis Clericorum Regularium per triennium eligitur.*
7 *Clerici Regulares non coguntur accedere ad proceſſiones.*
8 *Clerici Regulares an poſſint tranſire ad Carthuſianos.*
9 *Clerici Regulares Matris Dei Lucæ fuerunt approbati à Clemente VIII.*
10 *Clerici Regulares ex conceſſione Pauli V. emittunt votum paupertatis.*
11 *Clerici Regulares Minores fuerunt approbati à Paulo V.*
12 *Clerici Regulares miniſtrantes infirmis fuerunt approbati à Sixto V. & non ſubijciuntur iuriſdictioni Ordinariorum, num. 13. & infirmis ſeruiunt, & illorum Superioribus non ſubſunt, num. 14.*
15 *Clerici huiuſmodi ad Sacerdotium deſtinati eorum expenſis viuere poſſunt.*
16 *Iſti Clerici nequent tranſire ad Carthuſianos.*
17 *Clerici Scholarum piarum à Clemente VIII. fuerunt erecti, & à Paulo V. confirmati.*
18 *Præfectus Clericorum Scholarum piarum vnus ſit, & pueros doceat abſque ſtipendio.*
19 *Iſti Clerici vtuntur omnibus priuilegijs Mendicantium.*
20 *Iſti Clerici an poſſint mutare eorum conſtitutiones.*
21 *Clerici Scholarum piarum ſunt exempti à proceſſionibus.*
22 *Clerici Regulares Somaſcha cooptati fuerunt in numerum Religioſorum à Pio V. & repoſiti in Regula Sancti Auguſtini, & emittunt tria vota.*
23 *Iſti Clerici ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum.*
24 *Tales Clerici in quauis Eccleſia celebrare poſſunt, quorumcumque fidelium confeſſiones audire, & Sacramenta miniſtrare præter in diem Paſchatis.*
25 *Habens priuilegia Mendicantium, & facultatem ſepeliendi cadauera in Academijs, Collegijs, Seminarijs, & ſimil.*

1 CLerici Regulares Theatini fuerunt approbati à Sede Apoſtolica, tria
2 vota ſubſtantialia emittunt ſunt exempti, & cunctis priuilegijs conceſſis Canonicis Lateranenſibus fruuntur, vt patet ex Bulla Clementis VII. incipit Exponi, necnon retinent priuilegia omnia conceſſa Clerici Regularibus de Somaſcha, & Patribus Societatis Ieſu nec ad proceſſiones accedere adſtringi poſſunt, vt in Bulla Pij V. incipit Ad immarciſcibilem, latius vide Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 41. num. 158.

3 Clerici Regulares Theatini habent conſuetudinem, vt ad Veſperas Hebdomadarius capiat Pluuiale ad Capitulum, non verò à principio Veſperarum, ita cenſuit Sacra Congregatio Rituum in Theatinorum 1607. de menſe Septembris, vbi etiam quod non ſit obſeruanda conſuetudo non faciendi commemorationem de Eccleſiæ Patrono, ſed tantum de Cruce in eorum inſtitutionis memoriam, quoniam vtriuſque commemoratio fieri debet.

4 Clerici Regulares S. Pauli Decollati, à Bulla Clementis VII. incip. Vota approbati fuere-

5 Et

5 Et tria vota ſubſtantialia emittunt, ſunt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrant, admittunt alios ad Religionem, per trie-
6 nium vnum Præfectum Generalem eligunt, & vt ſupra diximus gaudent omnibus priuilegijs Canonicorum Regularium Lateranenſium per Bullam Pauli III. incip. Dudum.

7 Non coguntur accedere ad proceſſiones, vt extat Bulla Sixti V. incipit Rationi congruit.

8 Tranſeunt ad Carthuſianos, præcedente Generalis licentia, iuxta Bullam Gregorij XIII. incip. In ſpecula.

9 Clerici Regulares Congregationis Matris Dei Lucæ fuerunt approbati à Clemente VIII. vt cernitur in eius Bulla edita ſub die 13. Octobris 1595. vbi diuerſa priuilegia conceduntur, & ab Ordinariorum Epiſcoporum iuriſdictione eximit.

10 Illis Paulus V de conſilio Eminentiſſimorum Cardinalium Sacr. Concil. Interpretum conceſſit, vt præter tria vota ſimplicia: caſtitatis, obedientiæ, & perſeuerantiæ, quæ ab eiſdem vigore litterarum Clementis VIII. emitti conſueuerant, ſimplex etiam paupertatis votum emittere valerent, prout in Litteris in forma Breuis ſub die 30. Iunij 1615. deſuper expeditis habetur, necnon Conſtitutiones à Sede Apoſtolica vt ſupra confirmatas, & gratias alias ab ea obtentas in ſuo robore relinquens huius Congregationis Superioribus conceſſit, vt Conſtitutiones illas pro ea parte tantum, quæ paupertatis voto erant cõtrariæ variare, mutare, aut etiam delere, & nouas, quæ eiuſdem paupertatis voto conſentaneæ eſſent, condere valerent, prout ex alijs Litteris in forma Breuis ſub die 14. Auguſti 1619. continetur.

Tandem Gregorius XV. de conſilio Sacræ Congregationis Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ huiuſmodi Congregationem in Religionem trium votorum ſolemnium approbauit vigore Litterarum in forma Breuis expeditarum de anno 1621. ſub die 3. Nouembris.

11 Clerici Regulares Minores fuerunt approbati à Paulo V. vt in eius Bulla incipit Decet, emittunt quatuor vota ſubſtantialia, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrant ſecundum vſum S.R.E. in communi diuina officia recitant, ac clericali habitu viuere debent iuxta Bulla Sixti V. incipit Sacræ, ac etiam Clericorum Regularium Theatinorum fruuntur priuilegijs, vt extat Bulla Gregorij XIV. incipit Romanus.

12 Clerici Regulares miniſtrantes infirmis, fuerunt approbati à Sixto V. in anno 1586. vt cernitur ex eius Bulla incip. ex omnibus, quatuor enim vota
13 emittunt, Ordinariorum iuriſdictioni non ſubijciunt, ad eorum Congregationem alias recipere poſſunt, ac etiam Officiales, & famulos, quorum regula ſub Sedis Apoſtolicæ protectione approbatur, & recipitur, & Generalis ſuper defectu natalium ſuorum Clericorum diſpenſat, iuxta Bullam Gregorij XIV. incip. Illius.

14 Qui quidem Clerici circa corporalia, & ſpiritualia infirmis ſeruiunt in hoſpitalibus, ac illorum Superioribus minimè ſubduntur, prohibenturque redituum hoſpitalium adminiſtratores procurare, & à miniſterio infirmorum etiam Sacerdotes non diſpenſantur, nec ante decennium expletum ius ſuffra-

gij habere poſſunt, iuxta Bullam Clementis VIII. incip. Superna.

15 Clerici huiuſmodi profeſſi ad Sacerdotium deſtinati in domibus Nouitiatuum, vel alijs diſtinctis domibus, donec ad Sacerdotium deſcendant, ex illarum reditibus viuere poſſunt, iuxta Bullam S.D.N. Vrbani VIII. incipit Sacroſanctæ, qui aliam Bullam incip. Romanus, decidit circa electionem Præfecti Generalis, Conſultorum, & arbitri Congregationis talium Clericorum.

16 Clerici tales niſi præcedat licentia Papę ad Carthuſianos tranſire nequeũt ex Bulla Pauli V. incip. Romanum.

17 Clerici Scolarum piarum authoritate Clementis VIII. fuerunt erecti, & confirmati per Paulum V. vigore ſuarum Litterarum in forma Breuis expeditarum de anno 1614. ſub die 4. Ianuarij habentq; licentiam emittendi vota ſolemnia in manibus Prælati eorum arbitrio eligendi, vt in Bulla Gregorij XV. incipit Apoſtolici muneris.

Quorum Congregatio à Paulo V. pręcedentibus alijs Litteris in forma Bre-
18 uis incipit Ad ea, fuit erecta, vt vnus Præfectus regat, & gubernet cum tribus ſimplicibus votis: paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ac gratis, & nullo ſtipendio, ſalario, mercede, aut honorario pueros accipiendi in gramatica, computo, ac etiam in Fidei rudimentis erudiendos, eos pijs, & bonis moribus decorandos, & tandem chriſtiano more educandos, laborem, operam, ſtudiũque conferre debeant, hæc verò Congregatio per Bullam Gregorij XV. incipit In ſupremo, in Religione trium votorum ſolemnium approbata fuit.

19 Viuntur tales Clerici communicatione omnium exemptionem, indultorum, & priuilegiorum quorumcumq; Ordinum Mendicantium per Bullam Gregorij XV. incip. Ad vberes.

20 Nec poſſunt mutare eorum Conſtitutiones niſi ex ſex partibus quinque concurrant, vt in Bulla eiuſdem Gregorij XV. incip. Sacri Apoſtolatus.

21 Sunt exempti à proceſſionibus, & alijs actibus publicis vigore Bullæ S.D.N. Vrbani VIII. incip. Debitum, qui mediante alia Bulla incip. Ad vberes, ipſis priuatiuè quoad alios conceſſit erigere, & nominare Scolas pias, cœteriſque eorum geſtare habitum interdixit.

22 Clerici Regulares Somaſche à Pio Quinto in Religioſorum numerum cooptati fuerunt, & ſub Regula Sancti Auguſtini repoſiti cũ poteſtate emittendi tria ſolemnia vota, vt legitur in eius Bulla incipit Iniunctum, eorumque Conſtitutiones fuerunt à Paulo Quinto confirmatæ, vt in eius Bulla incipit Cũ ad vtilitates, & prius à Clem. VIII. in eius Bulla incip. Decet.

23 Sunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum, nec poſſunt cogi ad perſonalia officia, Maioribus Eccleſijs, vel ad funera; habent facultatem celebrandi in
24 alienis Eccleſijs, quorumcunque fidelium confeſſiones audiendi, & Sacrũ Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrandi, excepto die Paſchatis, & ad arctiorem ſine Superioris licentia Religionem tranſmeare nequeunt regulariter, poſſuntque profeſſionis die eorum Confeſſario, excepta Bigamiæ, & homicidij voluntarij, irregularitate, ab omnibus abſolui iuxta Bullam eiuſdem Sixti V. incip. Equum.

25 Habent priuilegia Mendicantium, ex Bulla Pauli V incip. Ex quo, eiuſdẽ conceſſa facultate humandi cadauera decedentium in Academijs, Collegijs, Orpha-

Orphanotrophijs, Seminarijs, Congregationis curæ commiſſis in eiuſdem Congregationis Eccleſiæ, vt legitur in eius Bulla incip. Exponi. de ſupradictis omnibus latius perquiras Barboſ. in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. c. 41. quę poſt hæc ſcripta vidi.

CONCEPTIO B. VIRGINIS.

SVMMARIVM.

1 *In actibus publicis probibetur ediſſeri Beatam Virginem eſſe conceptam in peccatò originali, & quid fuerit nouiter diſpoſitum, vide num. 3.*

2 *Authores de Conceptione Beatæ Virginis Scribentes memorantur.*

4 *Dominicani quando poſſunt diſſerere de Conceptione Beatæ Virginis.*

DE Conceptione Beatæ Virginis Mariæ adeas bullas Pij V. incipit Super ſpecula, & Pauli V. incip. Regis, qui alias die 31. Auguſti 1617. prohi-
1 buit, nè in actibus publicis aſſeratur eandem Beatiſſimam Virginem in peccato originali fuiſſe conceptam, donec id à Sede Apoſtolica definiatur, vt legitur in Bullar. tom. 4. bull. 7. eiuſdem Pontificis, & apud Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 140. & Roderic. in compend. qq. re-
2 gular. reſol. 30. vbi de Conceptione huius Immaculatæ Virginis verba facit, de qua latius Comitol. reſpon. moral. lib. 6. quæſt. 40. Vaſquez in 3. part. D. Thom. diſp. 116. tom. 2. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 4. c. 34. quæſt. 3. Villalob. in ſumma par. 1. tract. 17. diffic. 25. & vide Concil. Trid. ſeſſ. 5. in fine.

Extat inſuper bulla Gregorij XV. promulgata in anno 1622. ſub die 24. Maij, vt in bullar. tom. 4. bull. 29. eiuſdem, qua cautum videtur in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis die 24. Maij 1622. ex cauſis eiſdem euitandi ſcandala, diſſenſiones, atque diſcordias in Populo Chriſtiano, & vt accepit in aliquibus Religionibus iam ortæ ſunt, & ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuè extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, mandans, & præcipiens omnibus, & ſingulis cu-
3 iuſuis ordinis, & inſtituti Regularibus, & alijs quibuſcumque tàm Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, nec de cętero donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica definitus, vel per Sanctitatem ſuam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus, & ſcriptis priuatis audeant aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeù tractare, exceptis tamen quibus à Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum, & in ſacroſancto miſſæ, ſacrificio, ac diuinis officijs celebrandis, eadem Sanctitas ſua, non alio, quam Conceptionis nomine omnes tàm ſæculares, quàm cuiuſuis ordinis Regulares vti debere voluit, & contra tranſgreſſores ſtatuit Ordinarios locorum, & hæreticæ prauitatis vbique locorum deputatos Inquiſitores procedere poſſe, & in eos tenere animaduertere, meminit recenter Lauor. de indulg. capit. 21. num. 129. part. 2. vbi numer. 33. recenſet eundem Gre-
4 gorium XV. vigore alterius bullæ incipit, Eximij, conceſſiſſe Fratribus Ordinis Prædicatorum licentiam, vt abſque vlla pęna licitè valeant in quibuſ-

cumq; priuatis eorum colloquijs diſſerere de materia Conceptionis Beatæ Virginis, quod etiam nouiſſimè recenſet Gauant. in manual. Epiſcopor. in verbo conceptio ſub num. 4.

Et de huiuſmodi Sanctiſſimæ Virginis Conceptione per plura nouiſſimè ediſſerit Reuerendiſs. Serranus Epiſcopus Picerni in tract. ſpeciali quem edidit de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis.

CONFESSARIVS.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius extraordinarius in certis caſibus datur ab Epiſcopo monialibus.*

2 *Confeſſarij monialibus non deputantur, niſi prius approbentur ab Epiſcopo loci Ordinario.*

3 *Confeſſarij extraordinarij monialium non audiant illarum confeſſiones, niſi ab Epiſcopo loci Ordinario approbentur.*

4 *Confeſſarij Ordinarij deputati ante publicationem Conſtitutionis abſque nouo examine confeſſiones poſſunt audire durante triennio.*

5 *Superiores Regulares deputati ante deputationem ipſius Conſtitutionis durante eorum officio audire confeſſiones monialium abſque Epiſcopi approbatione, ſecus ſi eliguntur poſt Conſtitutionem, nu. 6.*

7 *Regularis approbatus ad confeſſiones ſæculariũ nequit audire confeſſiones monialiũ.*

8 *Regularis approbatus ab Epiſcopo ad audiendum confeſſiones monialium vnius Monaſterij, non poteſt audire confeſſiones monialium alterius Monaſterii.*

9 *Confeſſores extraordinarii ab Epiſcopo approbati ad audiendas ſemel confeſſiones monialium, plures audire nequeunt.*

10 *Epiſcopus debet admonere Superiores Regulares, vt amoueant Confeſſores monialium, quod ſi non fecerint, poteſt ipſe amouere.*

11 *Confeſſarii monialium Ordinarii quouis triennio mutari debent.*

12 *Confeſſarii monialium ab eis nominati abſque cauſa amoueri nequeunt.*

13 *Confeſſarij monialium nequeunt eſſe habentes curam animarum.*

14 *Confeſſarij etiam Regulares ab Epiſcopo approbati, nequeunt audire confeſſiones extra Diœceſim.*

15 *Regulares in Monaſterijs, Collegijs, & Domibus Regularium valent audire confeſſiones ſecularium abſque Epiſcopi licentia.*

16 *Confeſſarij Regulares à locorum Ordinarijs approbatis abſque cauſa ad confeſſiones ſpectante ſuſpendi nequeunt.*

17 *Confeſſarij Regulares à prædeceſſoribus Epiſcopis examinati, à ſucceſſoribus examinari poſſunt, & ſi idonei non fuerint reprobari.*

18 *Confeſſarij Regulares approbati, ſed non examinati ab Epiſcopo loci Ordinario ſuſpendi poſſunt.*

19 *Confeſſarii Regulares exiſtentes in vno, & eodem loco non poſſunt inſimul ab Ordinario loci ſuſpendi.*

20 *Confeſſarij Regulares, quas obligationes habent, & facultatem retinent remiſſiuè.*

1 CONfeſſarius extraordinarius certis in caſibus dandus eſt ab Epiſcopo monialibus etiam exemptis, vt declaraſſe Sacram Congregationem, patet

patet apud Galet.in Margarita caſuum cõſcientiæ in verb.cõfeſſio,& in verb. monialis,Armendariz ad recopil.leg.Nauarræ lib.4.tit.28.l.1.§.1. de confitendo ſemel in anno num.17.D.Ricc.in praxi reſol.638.part.1.

2 Confeſſarij monialium etiam Regularibus ſubiectarum tàm ordinarij, quàm extraordinarij hodie non deputantur, niſi prius approbentur ab Epiſcopo loci Ordinario,ita nouiſſimè cautum eſt in Bulla Gregorij XV.incip.Inſcrutabili, ſuper qua Bulla Sacra Concilij Tridentini Congregatio nonnullas declarationes S.D.N.Vrbano VIII.approbante promulgauit, quas recenſet nouiter Illuſtr.Epiſ.Ricc.in dec.Cur.Arch.Neap.244. ſub n.12.p.4. & ſunt vt inf.

3 Confeſſores extraordinarios monialium nullatenus poſſe poſt Conſtitutionem illarum confeſſiones audire, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei

4 iudicentur,& approbentur;Ordinarios verò confeſſores ante Conſtitutionis publicationem deputatos poſſe durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in confeſſionibus ſanctimonialium audiendis abſque alio examine,& approbatione Epiſcopi,quod ſi contingat, vt eorum facultas à Sede Apoſtolica vltra triennium prorogetur,tunc debere eos ab Epiſcopo examinari,& approbari.

5 Superiores Regulares electos,ſeù deputatos ante ipſius conſtitutionis deputationem, quibus alioquin facultas competebat audiendi confeſſiones monialium ſibi ſubiectarum poſſe durante eorum officio pergere ſine alia Epiſcopi approbatione in confeſſionibus audiendis illarum tantum, quæ ſpontè, ac proprio motu id ab eis petierint;at verò eos, qui poſt Conſtitutionem eligen-

6 tur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, & dignitatibus, expleto iam tempore à Conſtitutionibus cuiuſcunque Ordinis, vel alias legitimè præfinito,ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe ſanctimonialium confeſſiones audire, niſi prius à Diœceſano Epiſcopo idonei iudicati,atq;approbati fuerint.

7 Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad confeſſiones perſonarũ ſęcularium, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones monialium ſibi ſubiectarũ,ſed agere quo ad hoc ſpeciali Epiſcopo approbatione.

8 Regularem ad audiendas confeſſiones monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatum minimè poſſe audire confeſſiones monialium alterius Monaſterij.

9 Cõfeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad monialium confeſſiones pro vna vice audiendas, haud poſſe pluries in vim approbationis eiuſmodi illarum confeſſiones audire, ſeù ab Epiſcopo toties eſſe approbandos,quoties caſus deputationis contingerit.

10 Epiſcopus cui licet ex rationabili cauſa, iuxta dictam Conſtitutionem Superiores Regulares admonere, vt amoueant Confeſſores monialium, atq; adminiſtratores bonorum ad earundem monialium Monaſteria pertinentiũ, iiſq;Superioribus id facere detractantibus, habetq; facultatẽ prædictos Confeſſores,& adminiſtratores admonẽdi quoties,& quãdo opus eſſe iudicauerit, non teneri eiuſmodi cauſam aſſignare Superioribus Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientiam Sacra Congregatio ſeriò onerauit.

11 Confeſſarij monialium Ordinarij ſingulis quibuſque triennijs mutari debent, ita cenſuit Sacra Congregatio ſub die 15. Februarij 1593. quæ id extendit nedum circa moniales ſubiectas Ordinario loci Epiſcopo, verum etiam Regularibus.

12 Confeſſarij monialium ab eis nominati minimè valent remoueri, niſi ex cauſa rationabili, vt determinauit Sacra Congregatio ſub die 11. Iulij 1626. teſtatur Sellius in ſelect. canon. cap. 30. num. 18.

13 Confeſſarij monialium eſſe nequeunt habentes curam animarum, Sacra Congregatio in vna Parmen. 10. Aprilis 1615. refert Aldan. in compend. iur. canon reſol. lib. 1. tit. 25. num. 11.

14 Confeſſarij etiam Regulares ab Epiſcopo approbati ad confeſſiones audiendas, nequeunt illas audire extra Diœceſim Epiſcopi approbantis, quamuis illi, qui confiteri velint, ſint eidem Epiſcopo ſubiecti, ita quidem determinauit Sacra Congregatio in vna Cremonen. 22. Maij 1610.

15 Confeſſarij Regulares in Monaſterijs, Collegijs, & Domibus Regularium degentes, in quibus Regularia inſtituta ſeruantur, valent abſque licentia Epiſcopi audire confeſſiones eorum ſæcularium, qui ſunt verè de familia, & commenſales commenſales, licet ſecus reſpectu illorum, qui Monaſterijs ſolum inſeruiunt, vt deciſum per Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cōcilij Interpretum, fatetur Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 4. tit. 28. l. 1. §. 1. de confitendo ſemel in anno num. 10. & ita in dies ſeruatur, probant etiam Fernandez in examin. theolog. moral. par. 3. cap. 9. §. 8. Homobon. in exam. Eccleſ. tract. 8. cap. 2. quæſt. 7. Leon. de poteſt. confeſſ. par. 2. recollect. 10. num. 46. vbi latè.

16 Confeſſarij Regulares alias à locorum Ordinarijs approbati, ab eiſdem ſuſpendi minimè valent, niſi ex noua cauſa ad confeſſiones ſpectante, vel ob inobſeruantiam edicti ab ipſis Ordinarijs prolati, ita Sacra Congregatio Epiſcopor. & Regular. declarauit in anno 1615. ſub die 20. Nouembris, & alias in Oriolen. 30. Auguſti 1630. & probat Leon. de pot. Confeſſ. p. 2. recol. 10. à n. 76.

Quam cauſam Regularibus aperire Ordinarij non tenentur, ſed tantum Pontifici Maximo, ſi ab illo expetatur, vt vigore Litterarum in forma breuis Epiſcopo Glenen. extitit reſcriptum in anno 1629. & die 30. Ianuarij à Sanctiſſimo D. N. Vrbano VIII.

17 Confeſſarij Regulares à prædeceſſoribus Epiſcopis examinati, & approbati ad confeſſiones ſæcularium audiendas à ſucceſſoribus, poſſunt iterum examinari, & ſi idonei reperti non fuerint reprobari, vt ex bulla Pij V. & declaratione Eminentiſſimorum Cardinalium autumant Zanard. in direct. theolog. par. 1. de Sacram. pœniten. cap. 24. §. 4. Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 70. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcep. lib. 7. præcept. 2. cap. 2. num. 30. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 70. nu. 5. par. 4. Sancius in ſelect. diſp. 48. moderniſſimè Dian. reſolut. moral. par. 3. tractat. 2. de dubijs Regular. reſol. 27. vbi quod id nequit fieri à capitulo Sede vacante ex particulari priuilegio Clemens VIII. quod antea præ cæteris aduerterat Mirand. in manual. prælat. tom. 1. quæſt. 45. art. 7. in fine.

18 Confeſſarij etiā Regulares vbi non fuerunt examinati, quoties approbati

fue-

fuerunt, valent ab Epiſcopo loci Ordinario ſuſpendi, & examinari, vt declaratum extitit per Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium ſub die 31. Iulij de anno 1615. in vna Vercellen. quod ipſe vna vice practicatũ vidi.
19 Confeſſarij Regulares exiſtentes in vno eodemque Monaſterio non poſſunt inſimul ab Ordinario loci Epiſcopo ſuſpendi, & eis audiendi confeſſiones poteſtas adimi, niſi prius Sacra Congregatione conſulta, vt eadem Sacra Congregatio declarauit de anno 1615. ſub die 20. Nouembris.
20 Confeſſarij Regulares quas obligationes habeant, & facultates retineant, fusè reportat Lezana in ſumma quæſt. Regular. cap. 19. quas hic tranſcribere non curaui.

CONFESSIONALIA.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſionalia Monialium debent collocari in Eccleſiis exterioribus earundem Monialium, & à Sacriſtiis, & locis occultis amoueri.*

1 Confeſſionalia Monialium ex Sacriſtijs, & locis occultis, ac remotis amoueri debent, & collocari in Eccleſijs exterioribus earundem Monialiũ, Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum ita declarauit ſub die 29. Nouembris 1605. refert Aldan. in compend. iur. canon. lib 1. tit. 25. num. 16. vbi pariter deciſum ab eadem recenſet in vna Fauentina ſub die 7. Martij 1617. quod ſi Moniales in hoc fuerint renitentes, poſſe, & debere illas interdici.

CONFESSIONES.

SVMMARIVM.

1 *Moniales ſingulis menſibus confiteri, & Euchariſtiam ſumere debent, pro quo Epiſcopi debent eſſe vigiles, & an hoc præceptum ſit obligatorium, num. 2.*
3 *Generalis non poteſt audire confeſſiones Monialium ſui ordinis abſque Epiſcopi licentia.*
4 *Confeſſiones ſæcularium audiri nequeunt abſque examine, & approbatione loci Ordinarij.*
5 *Confeſſarij Regulares non approbati ad confeſſiones ſæcularium, nequeunt audire confeſſiones Monialium tertij Ordinis, ſiuè Bizocarum.*

1 Confeſſiones peccatorum vt faciant ſaltem ſingulis menſibus, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, Moniales attendere debent diligenter Epiſcopi, & cæteri Superiores Monaſteriorum ſanctimonialium vigore Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 10.
2 Quod præceptum non eſſe obligatorium, reſoluunt Viuald. in candelab. aureo rubr. de confeſſ. num. 41. Suarez tom. 4. de pœnit. diſp. 36. num. 7. ſect. 5.

Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. ſub num. 73. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta lib. 2. præcept. 2. cap. 2. num. 18. vbi etiam explicat illum verſiculum Concilij (ſingulis menſibus) de quo pariter videas Homobon. in examin. Eccleſ. tract. 8. cap. 2. quæſt. 3. & Molfeſ. in ſumm. theolog. moral. tract. 7. cap. 10. num. 21. tom. 1.

3 Confeſſiones Monialium ſui Ordinis audire non permittitur Generali abſq; loci Ordinarij Epiſcopi ſpeciali deputatione, ita declarauit Sacra Congregatio ſub die 13. Nouemb. de anno 1627. refert Sell. in ſelect. can. c. 30. n. 18.

4 Confeſſiones ſæcularium audiri nequeunt ſine loci Ordinarij examine, & approbatione non obſtantibus indultis, & priuilegijs etiam per modum communicationis conceſſis Religionibus, Societatibus, Collegijs, Capitulis, Hoſpitalibus, Congregationibus, locis pijs, & quibuſuis ordinibus tàm Mendicãtium, quàm aliorum, cum illa fuerint reuocata de anno 1628. per ſpecialem Bullam S. D. N. Vrbani VIII. incip. Cum ſicut, & vide Concilij Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. de reformat. Rodriq. in compend. quæſt. Regular. reſolut. 32. Barboſ. præ cæteris de poteſt. Epiſcop. alleg. 25. à num. 45. part. 2.

5 Confeſſiones ſacramentales mulierum tertij Ordinis, ſeù Bizocarum, nõ poſſunt audire Confeſſarij Regulares non approbati ab Ordinarijs ad audiendas confeſſiones ſæcularium, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. de anno 1616. die 20. menſis Decembris.

COLLOCVTORIA.

SVMMARIVM.

1 *Collocutoria communia Monialium debent eſſe in loco claro, & aperto.*
2 *In Ianua collocutoriorum nihil permitti poteſt.*

1 Collocutoria communia in Monaſterijs monialium loco aperto, & claro debent retineri ad finem, vt moniales alloquentes commodè à ſingulis videri poſſint, ita Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. in vna Pauentina 7. Martij 1617.

2 Collocutoriorum in Ianua nihil permitti poteſt, quo intus aliquo modo claudi poſſit, eadem Sacra Congregatio vbi ſupra.

CONFRATERNITAS.

SVMMARIVM.

1 *Regulares Ordinis Sancti Dominici nequeunt erigere nouas Confraternitates ſæcularium.*
2 *Confraternitas ſæcularium in Eccleſiis Regularium exemptorum inſtituta ſubeſt iuriſdictioni Epiſcopi loci Ordinarij.*
3 *Regulares poſſunt aggregare Confraternitates propriorum ordinum in quibuſuis Eccleſiis, & quæ requirantur, vide num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*

Con-

1 Confraternitas noua ſæcularium non poteſt erigi à Regularibus Ordinis S. Dominici, vel Clericis Societatis Ieſu, niſi Epiſcopi Ordinarij loci præuia licentia, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. de anno 1616. ſub die 6. Decembris in vna Chinen.

2 Confraternitas ſæcularium in Eccleſijs Regularium exemptorum inſtituta ſubeſt iuriſdictioni Epiſcopi loci Ordinarij, ita Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. in vna Vercellen. de anno 1615. ſub die 17. Iunij, & Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij in vna Nucerina 20. Iunij 1622.

3 Confraternitatum aggregatio propriorum ordinum poteſt fieri à Regularibus in quibuſcumque Eccleſijs, ſiuè proprijs, ſiuè extraneis, ex Bulla Clementis VIII. promulgata in anno 1604. ſub die 7. Decembris incip. Quæcunque, quæ fuit confirmata à Paulo Quinto de anno 1610. vt in eius Bulla incip. Quæ ſalubriter, teſtatur nouiſſimè Lezana in compend. quæſt. Regular. tit. de obligat. & facult. Prælator. Regular cap. 18. num. 88. vbi reportat conditiones ſequentes aſſignatas à Clemente VIII. in dicta Bulla.

4 Prima eſt, vt in vno loco vnam tantum Confraternitatem, & Congregationem inſtituere poſſint.

5 Secunda, vt id fiat de conſenſu Ordinarij loci, & cum litteris eius teſtimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ pietas, & chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur.

6 Tertia, vt huic Confraternitati, & Congregationi erigendæ, inſtituendæ, ſeù aggregandæ, ea tantum priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta, quæ ipſi Ordini, & Religionis Inſtituto erigenti, inſtituenti, ac communicanti, ſeu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti, nominatim, & in ſpecie, non autem, quæ per extenſionem, ſeù communicationem ſibi quouis modo concesſa ſint, & alia quidem non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed expreſsè, & in ſpecie communicare valeant.

7 Quarta, quod ſtatuta harum Confraternitatum ſint prius ab Epiſcopo Diœceſano examinata, & pro ratione loci approbata, & eiuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus ſemper ſubiecta remaneant.

8 Quinta, vt ſeruetur formula inſtituendi Confraternitates approbata ab ipſo Pontifice.

9 Sexta, vt Miniſtri, & Officiales dictarum Confraternitatum non vtantur priuilegijs, & facultatibus, niſi præuia recognitione Ordinarij, qui adhibitis duobus de eiuſdem Eccleſiæ Capitulo illa, iuxta Sacri Conc. Trident. decreta promulganda decernat.

10 Septima, quod Miniſtri, & Officiales dictarum Confraternitatum poſſint excipere eleemoſynas iuxta modum, & formam per Ordinarium loci præſcribendam, remotis tamen menſis, peluibus, & capſis, quæ in Eccleſijs, & Oratorijs dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi conſueuerunt.

CONSECRATIO.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio Eccleſiæ eſt facienda ab Epiſcopo proprio, & quid ſi renuat, num. 2.*
3 *Priuilegium datum Regularibus, vt in caſu renuentiæ proprij Epiſcopi ad conſecrandas Eccleſias poſſint vti alio, non eſt reuocatum per Sacrum Concilium Tridentinum.*

1 Conſecratio Eccleſiæ eſt facienda ab Epiſcopo, cap. nemo, de conſecrat. diſt. 1. proprio ſcilicet, nec ab alieno niſi de licentia proprij, cap. tua fraternitas, & cap. aqua, de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. ita vt nec ab Abbate propria Eccleſia conſecrari valeat, Tambur. de iur. Abbat. diſp. 23. q. 7. to. 1.

2 Cæterum ſi proprius Epiſcopus pro Eccleſiæ conſecratione requiſitus à Regularibus renuat, viget priuilegium pro eis, vt quilibet alius Epiſcopus id peragere valeat, vt reſpectu Fratrum Minorum, & Carmelitarum nouiter probat Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſc. alleg. 27. par. 2. num. 11. vbi poſt Mirand. in manual. prælat. quæſt. 39. artic. 1. concluſ. 3. tom. 2. aſſeuerat huiuſmodi priuilegia non eſſe reuocata à Concil. Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap. 5. quatenus Pontificalia in alterius Diœceſi abſq; proprij Ordinarij licentia exerceri prohibeat cuiuſuis priuilegij ſub prætextu.

3 Itaut priuilegium conceſſum Regularibus, vt in caſu renuētiæ proprij Epiſcopi ad conſecrandas Eccleſias poſſint vti alio non eſſe reuocatum à Sacr. Concil. Trid. eiuſdem Sacr. Congreg. vna vice determinaſſe audio.

Et ita in diſcurſu habito cum nonnullis Religioſis Viris in facti contingentia dicebatur, & alias mecum confabulans aſſeuerabat Adm. Illuſtris, & Adm. R.P.D. Thomas del Bene Cler. Reg. inter Lectores Sacræ Theologiæ vbique primarius, & Sacrorum Canonum expers Amicus meus valdè dilectus, & omni honore dignus, qui cognitus ab Eminentiſs. Card. Boncompagno Archiepiſcopo huius inclitę Ciuitatis vndiq; digniſſimo, ad ſuæ Curiæ Archiepiſcopalis adiuuamen inter Officiales eiuſdem fuit electus.

CONSERVATORES.

SVMMARIVM.

1 *Regulares poſſunt eligere Conſeruatores.*
2 *Monachi Oliuetani habent Conſeruatores cum ampliſſima facultate.*
3 *Regulares debent eligere Conſeruatores in Diœceſibus, in quibus habent Monaſteria, & Conuentus.*
4 *Regulares poſſunt eligere in eorum Conſeruatorem Priorem, ſiuè Guardianum.*
5 *Conſeruator poteſt eſſe Abbas Oliuetanus.*
6 *Equites Hieroſolymitani eligunt Conſeruatorem in dignitate conſtitutum, qui munus recuſare nequit.*

7 *Con-*

7 *Conſeruatores poſſunt eligi à Religionibus illis carentibus.*
8 *Regulares ad eorum libitum poſſunt eligere Conſeruatorem.*
9 *Priuilegia, & iuriſdictiones Conſeruatorum Regularium, extenduntur ad plures Epiſcopatus.*
10 *Electio Conſeruatorum debet notificari locorum Ordinarijs.*
11 *Poteſtas Conſeruatorum defendendi Regulares viget.*
12 *Conſeruatoria Regularibus conceſſa non ſunt ſublata.*

1 CONſeruatores poſſunt Regulares eligere iuxta formam Bullæ Gregorij XV. incip. Sanctiſſimus in Chriſto Pater, de qua Nos plenè in Iure Pontificio nouo concl. vnic. de Conſeruatoribus, & Canonicus Nouarius frater in ſumma Bullar. eod. tit. & vide Conc. Triden. ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. Lezan. in ſumma quæſt. Regul. cap. 3. num. 11. vbi plura coadunat.

2 Quos quidem Conſeruatores cum ampliſſima facultate habent Monachi Oliuetani, ex Bulla Iulij II. incip. Militanti Monachi Sanctæ Iuſtinæ, ex Bulla Eugenij IV. eodem modo incip. Monachi Camaldulenſes, ex Bulla Leonis X. incip. Et Canonici Regulares lateranenſes, ex Bulla Sixti V. incip. Dum ad vniuerſos Fratres Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, ex Bulla Clementis VII. incip. Conqueſtione Patres Societatis Ieſu, ex Bulla Gregorij XIII. incip. Æquum, Clerici Regulares S. Pauli decollati, ex Bulla Iulij III. incip. Ad hoc. & cæteri Religioſi, vt patet apud eorum Bullas.

3 Conſeruatores eligere debent Regulares in ſingulis Diœceſibus, in quibus Monaſteria, ſeu Domos Regulares habent, ita Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum in vna Roſſanen. 15. Aprilis 1628. & in alia Lancianen. de anno 1633. ſub die 29. Ianuarij.

4 Conſeruatorem ſuum eligere vel deputare poſſunt Regulares vnius Conuentus, Monaſterij, vel Domus illum, qui fuerit Prior, ſeu Guardianus, aut quauis alia dignitate Regulari fungatur, Sacr. Congregat. Epiſcop. & Regular. in Turritana 8. Octobris 1617.

5 Conſeruator poteſt eligi Abbas Ordinis Oliuetani, ſi Epiſcopus in Synodo eum deputauerit Iudicem Synodalem, Sacr. Congreg. Concil. die 2. menſis Martii 1619. & refert Sellius in ſelectis canonicis cap. 12. n. 4.

6 Conſeruatores eligunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos Equites Hieroſolymitani, electique munus recuſare non poſſunt, Pius IV. in Bulla incip. Circumſpecta, Kalendas Iulij 1560.

7 Conſeruatores poſſunt eligi à Religionibus illis carentibus per communicationem priuilegiorum, cum alijs eos habentes, ſtante diſpoſitione cap. fin. de offic. deleg. in 6. vbi habentur ea verba, quod plerumque à Sede Apoſtolica Conſeruatores veniunt ſub comminatione priuilegiorum, ita voluit Sacr. Cōgregat. ſub die 12. Septembris de anno 1620. vt teſtatur Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 4. tit. 8.

8 Conſeruatores non obſtante quod infra quatuor menſes iuxta tenorem Bullæ Gregorij XV. non fuerint electi, adhuc hodie ad libitum Regularium iuxta formam dictæ bullæ eligi poſſunt, ita determinauit Sacr. Congregatio de an. 1627. ſub die 18. Septembris, vt apud Sellium in ſelect. canon. cap. 12. num. 7.

9 Con-

4 Conuerſæ, quæ ad Monaſteriorum pauperum ſubleuamen ad conquiritandas eleemoſinas mittuntur 45. ætatis annum excedant, & extra clauſuram minimè pernoctent niſi in caſu neceſſitatis, & tunc hoſpitio recipiantur in edibus proximiorum, aut aliarum matronarum, Sacr. Congreg. Epiſcopor. & Regular. in Bononien. 1593. refert idem Aldan. d. tit. 10. num. 5.
5 Conuerſæ moniales ad qnæſtuandum mitti poſſunt, ſi aliter moniales ſu-
6 ſtentari non poſſunt dummodo ad minus 45. ætatis annum excedant, non ſint pulcræ, nec modo aliquo extra Monaſteria pernoctent, & in iſtis Monaſterijs, quæ niſi dictas conuerſas ad quæſtuandum mittant, manu teneri non poſſunt, deinde puellis monaſticum habitum non tradi, nec educationis cauſæ illæ in eis introduci abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, ita decidit Sacra Congregat. Epiſcopor. & Regular. de anno 1615. ſub die 14. Aprilis in vna Bononien. & recenſet idem Aldan. in compend. iur. canon. cit. tit. 10. n. 2.
7 Conuerſi, qui profeſſionem trium votorum emittunt, gaudent priuilegijs aliorum Regularium ex conceſſione Sixti IV. Carmelitis facta, vt habetur in comp. priuileg. verb. oblati, quod etiam idem Sixtus IV. Auguſtinianis conceſſit, Mirand. in manual. tom 1. quæſt. 29. artc. 6. Lezan. in ſumma qq. Regular. c. 3. num. 18.

CONVERTITÆ.

SVMMARIVM.

1 *Conuertitę ſtatim ingredientes Monaſterium profeſſionem emittere poſſunt.*
2 *Conuertitę in eorum Monaſterijs, virgines ad habitum monachalem habere nequeunt.*

1 Conuertitæ eo ipſo, quod ingrediuntur Monaſterium, valent emittere profeſſionem, iuxta Bullam Pontificis ante Concilium emanatam, quæ non eſt ſublata per Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 15. quoniam vt in cap. 18. eiuſdem Concilij præſeruantur earum conſtitutiones, igitur tanto fortius hoc priuilegium Pontificis, ita decidit Sacra Congregatio de anno 1620. ſub die 11. Ianuarij, referunt Aldan. in compend. iur. can. reſol. lib. 2. tit. 8. nu. 16. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 42. num. 113.
2 Conuertitæ non poſſunt habere in eorum Monaſteriis virgines ad habitum monachalem, vel ad educationem, Sacra Congregat. Epiſcoporum, & Regularium ita cenſuit de anno 1620. ſub die 11. Ianuarii, & ita praxis obſeruat in hac Ciuitate Neapolis.

CRVCIATA.

SVMMARIVM.

1 *Regulares, & Moniales ſub prætextu Bullæ Cruciatę nequeunt ſibi eligere Confeſſarios, qui à caſibus reſeruatis abſoluant.*

1 Cru-

1 CRuciatæ Bullæ ſub prætextu non licet Regularibus maſculis, ſiuè fœminis eligere ſibi Confeſſarios, & ab eis obtinere abſolutionem de caſibus reſeruatis, etiam Bullæ Cœnæ Domini ob fælicis memoriæ Clem. VIII. Breue, penès Coſt. in Bull. Cruciat. quęſt. 107. & Suar. de relig. lib. 2. cap. 16. tom. 4. ſic cenſuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Interpretum de anno 1627. ſub die 4. Decembris in vna Portugalliæ, & Caſtellæ.

CRVX.

SVMMARIVM.

1 *Crux in proceſſionibus publicis à Regularibus defertur cum velo.*
2 *Capuccini in Ciuitate Salerni poſſunt erigere crucem, quamuis prius militabant ſub cruce Conuentualium.*

1 CRux in proceſſionibus publicis debet à Regularibus deferri cum velo, ſeù pallio appenſo, non autem diſcoperta, vt defert, Clerus ſęcularis, ſic declarauit Sacra Congregatio Rituum de anno 1617. 14. Ianuarij in vna Neapolitana, & hoc reſpectu Canonicorum Regularium.

2 Crux propria hodie poteſt erigi à Capuccinis in proceſſionibus in Ciuitate Salerni quamuis antea ipſi militarent ſub cruce Conuentualium, ita patet ex declaratione Sacr. Congreg. Rituum in vna Salernitana ſub die 30. Aprilis in anno 1616. & ex ſpeciali Indultu Pauli V. in eius Bulla incipit Paſtoralis officij, de qua in tom. 5. Bullarii, Crux propria ad formam. Bullæ Gregorii XIII. incipit Et expoſcit, poteſt deferri à Capuccinis.

CVRA ANIMARVM.

SVMMARIVM.

1 *Regulares exercentes curam animarum debēt poni ad arbitrium ſuorum Superiorum, & non Epiſcopi.*
2 *Regulares curam animarum exercentes non deputantur, niſi præuio Epiſcopi examine.*
3 *Regulares ſubiiciuntur iuriſdictioni Ordinariorum in concernentibus animarum curam.*
4 *Milites Hieroſolymitani ſubiiciuntur iuriſdictioni Ordinarii circa curam animarum.*
5 *Epiſcopi tanquam Apoſtolicę Sedis Delegati poſſunt viſitare, & corrigere loca, & perſonas exercentes curam animarum tantum in Eccleſiis Hoſpitalibus S. Ioannis.*
6 *Bulla Clement. VIII. recenſetur.*

1 CVram animarum Regulares exercentes, poni debent ad arbitrium Superiorum ipſorum Regularium, non autem ad arbitrium Epiſcopi ita decreuit Sacra Congregatio Concilii penes Gonzal. in reg. 8. cancell. gloſ. 5. §. 3. num. 34. Piaſeg. in praxi Epiſcop. cap. 3. num. 46. part. 2.

2 Curam

2 Curam animarum exercentes Regulares non deputantur niſi præuio examine per Epiſcopum, aut eius Vicarium faciendo, ſic cenſuit eadem Sacra Congregatio, vide Concil. Trid. ſeſſ. 26. de Regular. cap. 11. & Sbrozz. in tract. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 111. num. 9. & 10. & ita ſeruatur in praxi Vulpes recenter in praxi Iudicial. fori Eccleſiaſt. cap. 42. num. 6.

3 Curam animarum ſi habeant Regulares ſubijciuntur iuriſdictioni Ordinariorum Epiſcoporum in ijs, quæ huiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, ita vt omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni illorum ſubſint, ita ſtatutum eſt vigore Bullæ Gregorii XV. incip. Inſcrutabili, ad cuius ornatum plura Canonicus Nouarius frater meus in ſumma bullar. tit. cura animarum, & iunge Concil. Trident. ſeſſ. 25 de regular. cap. 11. Antonin. Maceraten. reſol. 18. lib. 1. Leon. in theſaur. fori Eccleſiaſt. cap. 18. part. 2. & quæ fuſius adnotauimus in praxi noui Iuris Pontificii concl. 3. de viſitat. vbi erit vi-
4 dendum, vbi ampliauimus etiam reſpectu Equitum Hieroſolymitanorum, qui circa hanc animarum curam ſunt ſubiecti locorum Ordinariis, Rota in recent. deciſ. 473. tom. 1. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 176. part. 2. & part. 4. in praxi Equitum Hieroſolymitanorum militarium, probat nouiſſimè ſupradicta Vulpes in praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici cap. 42. num. 6. & 7. vbi etiam, quod Epiſcopus eandem iuriſdictionem habet viſitandi loca, & perſonas militiæ, & Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolimitani, in quibus exerce-
5 tur cura animarum, per Bullam Pii V. incip. Expoſcit, qua cauetur Epiſcopos tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatos poſſe viſitare, & corrigere loca, & perſonas exercentes curam animarum tantum in Eccleſiis dicti Hoſpitalis, & illam confirmauit Gregorius XIII. per alteram Bullam incip. Conſueuit Sedes, vbi mandat, nè Ordinarii ſe intromittant in viſitatione, & correctione militum, niſi in concernentibus animarum curam, & ſacram adminiſtrationem, quas Bullas confirmauit pariter Clemens VIII. in Bull. incipit Paſtoris Æterni, vbi hæc ſunt appoſita verba videlicet.

6 Volumus autem, quod Fœlic. record. Pii V. die 22. Septembris anno 6. ac Gregorii XIII. prædeceſſorum noſtrorum literis ſub Anulo Piſcatoris 25. Nouembris anno nono ſuorum Pontificatuum expeditis in ſuo robore, & efficacia permanentibus præſentes literæ non comprehendant neque Eccleſias, neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concil. Tridentini omnino ſeruari debeant.

CVSTOS.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtos Fratrum Reformatorum in capitulo Prouinciali ſolum vocem actiuam habet.*

1 Cuſtos Fratrum Reformatorum in capitulo Prouinciali ſolus vocem actiuam tantum habet ex Bulla Gregorij XV. incip. Onerosa edicta, ſub die 1. Septembris 1621. vbi etiam quod Cuſtos tantum interuenire poteſt ad Capitulum Prouinciale, & non Fratres Obſeruantes Reformati.

DECI-

DECIMÆ.

SVMMARIVM.

1 *Regulares qualiter non tenentur ſoluere decimas.*
2 *Omnes ferè Religiones ſunt exemptæ à ſolutione decimarum ex priuilegio.*
3 *Conſuetudo Patriæ, & Religionum eſt obſeruanda in ſolutione decimarum.*
4 *Moniales S. Claræ non tenentur ſoluere primitias, ex priuilegio.*
5 *Moniales non tenentur ſoluere decimam ex reditibus, qui vix ad earum victum ſufficiunt.*
6 *Prædia obnoxia à ſolutione decimarum tranſeunt ad Regularium Monaſteria cum ſuo onere, & ſic tenentur ſoluere Rectoribus Eccleſiarum, n. 7.*
8 *Parochus eſt manutenendus in poſſeſſione exigendi decimas de prædijs acquiſitis à Regularibus, donec doceant de ſufficienti priuilegio.*

1 DEcimas ſoluere qualiter de iure communi Regulares non teneantur, ſtat cautum in cap. ex parte, & cap. nuper, de decimis, cap. quæſti, & cap. decimas 16. q. 1.

At ſingulæ ferè Religiones ex ſpecialibus priuilegiis à Sũmis Pontificibus nè decimas ſoluere teneantur, fuerunt exẽpti, vt latiori calamo poſt cæteros illa recenſet adamuſſim, Tamburin. in tract. de iur. Abbat. diſp. 15. q. 18. tom. 1. & nouiter magis ſummatim eo tamen non citato recollexit Barboſ. in tractat. de iure Eccleſiaſtico vniuerſali lib. 3. de tit. de decim. cap. 26. à nu. 21. vbi nuncupatim de priuilegio conceſſo pro Monachis Congregationis Caſſinen: alias S. Iuſtinæ de Padua eſt priuilegium Eugen. IV. ſub data 7 Kalend. Martii 1434. relatum per Fr. Eman. in collect. Bullar. dicti Pontific. Bulla 7. & pro Monachis Congregationis S. Benedicti Valliſoleti eſt priuilegium Clement. VII. ſub data 8. Decembris 1530. de quo in eodem Bullario nouo tom. 2. Bull. 7. eiuſdem Pontificis, & pro Monachis Eremi Camaldulenſis, & Congregationis S. Michaelis de Murano eſt priuilegium Leonis IX. ſub data 4. menſis Iulij 1513. §. 29. relatum in eodem Bullario nouo tom. 1. Bull. 2. eiuſdem Pontific. & pro Monachis Beatæ Mariæ Montis Virginis, adeſt priuilegium Celeſtini III. ſub data 4. Nouembris 1097. relatum in eodem Bullar. nouo. tom. 1. Bull. 3. eiuſdem Pontific & de Silueſtrinis adeſt priuilegium Innocentii IV. ſub dat. 5. Kalend. Iulii 1247. relatum in eodem Bullario nouo. tom. 1. Bull. 5. eiuſdem Pontific. & pro Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede, adeſt priuilegium Gregorii XI. ſub dat. 6. Kalend. Iulii 1373. relatum in eodem Bullario nouo tom. 1. Bull. 3. eiuſdem Pontific. & pro ordine Sancti Antonii Viennenſis adeſt priuilegium Clementis VII. ſub dat. Kalen. Decembris 1523. relatum eodem Bullar. nouo tom. 1. Bull. 2. eiuſdem Pontific. & pro Cruciferis adeſt priuilegium Vrbani III. ſub dat. 7. Kalend. Aprilis 1187. relatum in eodem Bullar. nouo tom. 1. Bull. 1. eiuſdem Pontific. & pro Fratribus Prædicatoribus adeſt priuilegium Gregorii XI. ſub dat. 2. nonis Martii, Pontificatus ſui anno 4. relatum in eodem Bullario nouo Bull. 7. eiuſdem

Pontific.

Pontific. & pro Fratribus Conuentualibus Ordinis Sancti Franciſci adeſt priuilegium Sixti IV. ſub dat. prid. Kalend. Decembris 1474. & pro Canonici Regularibus S. Saluatoris adeſt priuilegium Iulii II. ſub dat. 4. nonis Aprilis 1512. relatum in eodem Bullario nouo. tom. 1. Bull. 30. eiuſdem Pontificis, & pro Monachis Sancti Baſilii adeſt priuilegium Gregorii XIII. ſub dat. 8. Kalend. Iulii, & pro Ordine Minorum S. Franciſci de Paula adeſt priuilegium Iulii II. ſub dat. 5. Kalend. Auguſti 1506. relatum per Laurent. de Peirinis tom. 1. Bull. 2. eiuſdem Pontificis §. 19. & pro Carthuſianis eſt priuilegium Martini V. ſub dat. 8. Kalend. Octobris 1420. relatum in eodem Bullario nouo. tom. 2. bull. 1. eiuſdem Pontificis.

3 Sed non reticeam dicere, quod modernè Lezan. in ſumma quæſt. regular. tit. de regular. immun. cap. 3. ſub num. 14. annuit quoad hoc attendendam eſſe conſuetudinem Patriæ, & Religionum, citat bullam Sixti IV. incipit dum attenta.

4 Decimas nec primitias ſoluere tenentur Moniales Sanctæ Claræ, ex priuilegiis Sixti IV. Leonis X. Clementis VII. & Pauli III. confirmatis à Gregor. XIII. quibuſcumq; Terris, & poſſeſſionibus, quas per ſe, vel per Colonos, vel per alios ſeruos excoli, & colere faciunt, nec ipſe, vel earundem poſſeſſionum coloni ad talium ſolutionem à quocumque cogi valent, ita recenſet Rodriq. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 44. artic. 5. & tom. 3. quæſt. 34. artic. 16. Rota deciſ. 240. part. 4. diuerſ. Burat. deciſ. 704. Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. d. diſp. 15. quæſt. 18. num. 29.

5 Decimas ſoluere non tenentur Moniales, quarum reditus, & prouentus Eccleſiaſtici adeò ſunt tenues, & exiles, vt de illis ſuſtineri nequeant, ſed pro habenda vitæ ſuſtentatione ſunt coactæ mendicare, & elemoſinas quære, vt ex quadam Extrauaganti Bonifacii VIII. incip. Decimas patefacit Mirand. in manual. Prælator. tom. 2. quæſt. 49. art. 13. & nouiſſimè reportat Barboſ. in tract. de iure eccleſiaſt. vniuerſal. d. cap. 26. de decim. num. 36. lib. 3.

6 Decimarum ſolutioni obnoxia prædia ad Regularium Monaſteria tran-
7 ſeunt cum onere ſuo, & conſequenter Regulares tenentur illas ſoluere Parochialium Eccleſiarum Rectoribus ad inſtar erant obligati laici, priuſquam bona ipſa in Monaſterii proprietatem tranſiuerint, vt iudicatum per Sacram Congregationem pluries nempè in Ripana, Vrbanaten. & Firman. 18. Decembris 1627. & alias in Callien. 1. Septembris 1629. recenter probat Aldan. in cõpend. canon. reſolut. lib. 3. tit. 9. num. 25. aſſerens ab eadem Congregatione in Pi-
8 ſauren. 13. April. 1630. determinatum, Parochum eſſe manutenendum in poſſeſſione exigendi decimas ratione prædiorum acquiſitorum à Regularibus donec doceant de ſufficienti priuilegio.

D E F V N C T V S.

S V M M A R I V M.

1 Cadauera defunctorum in alterius Parrochia exiſtentia, & in Eccleſiis fratrum ſepelienda, prius benedictionem Parrochi in eius Parochiali, & vltimum vale recipere tenentur.

2 Corpora

2 *Corpora defunctorum directè deferri poſſunt ad Eccleſiam, in qua ſunt ſepelienda, non obſtante conſuetudine in contrarium, quando ſoluitur ius.*

3 *Corpora defunctorum ſi deponuntur in Eccleſia Parrochiali, vt transferantur ad Eccleſiam Parrochialem, Parrocho nihil debetur.*

4 *Corpora defunctorum, quæ deferũtur ad Eccleſiam Regularium, Parochus poteſt declarare per quam viam ſint deferenda.*

5 *Corpora defunctorum non ſunt leuanda à Regularibus, non vocato Parocho.*

1 DEfunctorum cadauera in alterius Parochia exiſtentia, vt in Eccleſijs Fratrum ſepelienda prius ad Eccleſiam Parrochialem ad benedictionẽ, ac vltimum vale à Parrocho recipiendum deferri debent, ſed ſi proprius Parrochus ab eiſdem fratribus moneatur prius, & inquiratur, ac expectetur, ipſeque venire recuſet, tunc ipſi fratres poſuerunt ſupradicta cadauera ab ædibus defunctorum, ad ſuas Eccleſias recto tramite deferre ipſo Parocho etiam inuito, ita cenſuit Sacra Congregatio in vna Nepenſina ſub die 11. Decembris de an. 1615. refert nouiſſimè Aldan. in compend. canon. reſolutorio lib. 4. tit. 17. ſub n. 21.

Sed non reticeam dicere eandem Sacram Congregationem Rituum in vna Vmbriaticen. 25. Februarij 1606. & in altera Polignan. 21. Maij 1618.
2 determinaſſe, defunctorum corpora poſſe directè deferri ad Eccleſiam, in qua ſepelienda ſunt non obſtante conſuetudine, quod prius deferantur ad Eccleſiam Matricem, dummodo Curato ſoluantur iura ſepulturæ, & ſolita emolumenta.

3 Defunctorum corpora ſi deponantur in Parochiali, vt inde transferantur ad Eccleſiam Regularium, in qua eligerunt ſepulturam, nihil debetur Eccleſiæ Parrochiali, exceptis iuribus Parrochialibus, vt decidiſſe Sacram Congregationem Rituum in vna Placentina de anno 1619. die 23. Martij nouiſſimè probat Sellius in ſelect. canon. cap. 92. num. 2.

4 Defunctorum corpora, & ſi aſportanda ſint ad Monaſteria Regularium, ad Parrochum ſpectat declarare, per quam viam ſint aſportanda, & omnia neceſſaria vſque ad ianuam Eccleſiæ dictorum Regularium, in quibus ſepelienda ſunt, ita voluit Sacra Congregatio in vna Caſtelanaten. ſub die 3. Ianuarij de anno 1594. vt meminit Aldan. in compend. canon. reſolut. d. tit. 11. num. 28 quod habui in facto in cauſa cuiuſdam Parrochi, & conſultus huiuſmodi declaratione vſus, tunc fui voce.

5 Defunctorum corpora minimè ſunt leuanda à Regularibus non vocato, & expectato proprio defunctorum Parocho, vel niſi aliter eiuſdem accedat conſenſus, aut venire expreſsè renuat, prout ſic determinauit Sac. Rituum Congregatio de anno 1619. in vna Catanien. Ciuitatis Platiæ ſub die 12. Octobris, & per prius in alia Vercellen. Terræ Creſcentori 26. Februarij de anno 1621. & ita in dies practicatur.

DE LIN-

Digitized by Google

DELINQVENS.

SVMMARIVM.

1 *Regularis degens extra Monaſterium, & delinquens punitur ab Ordinario loci, & amplia vt num.10. & declara vt n.11.*
Etiam ſi ſit Eques Hieroſolimitanus, n.2.
3 *Bulla Sixti V. incip. Cum primum, explicatur.*
4 *Bulla Clementis VIII. in materia adducitur.*
5 *Religioſus deprehenſus in delicto, qualiter ad carceres Epiſcopi reduci valeat.*
6 *Declaratio Eminentiſſimorum Concilii Interpretum refertur, & vide alias num. 9.*
7 *Epiſcopus differens capere informationem contra Regularem captum in ſcandaloſo crimine, & vexans illum carceribus excommunicationem non euitat.*
8 *Eminentiſſimus Cardinalis Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolitanus, & Felix Tamburellus eius Vicarius cum laude commemorantur.*
12 *Membra Monaſteriorum fruuntur ipſorum priuilegijs.*

1 DElinquens Regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu ſubijcitur loci Ordinario, tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ita vt ab illo viſitari, puniri, & corrigi valeat, Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.6 de reform.cap.3.

2 Cuius diſpoſitionem procedere etiam reſpectu Equitum Hieroſolymitanorum, probarunt præ cæteris Nauarr. conſ. 12. de Regular. Azor. inſtit. moral. lib. 13. cap. 4. quæſt. 3. part. 1. Campanil. in diuerſ. iur. canon. cap. 13. num. 22. rubr. 12. Illuſtriſſ. Epiſcopus Riccius in collect. deciſ. 503. nouiſſimè Tamburrin. in tract. de iure Abbat. diſputat. 15. quæſit. 7. tom. 1. num. 7. vbi
3 quod præallegato Concil. Trident. textui minimè obeſt Bulla Sixti V. incipit, Cum primum 12. in ordine qua aliquibus ibidē nominatis Cardinalibus committit cauſas Religioſorum degentium extra clauſtra, tum quia illa delegatio fuit temporalis, tum etiam quia ſolum loquitur de Religioſis vagantibus, Concilium autem de delictis poſt egreſſum.

4 Immo annuit vlterius extare Bullam Clement. VIII. ſuper executione Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. contra Regulares non ſubditos Epiſcopo intra clauſtra degentes, & extra ea ita notoriè delinquentes, vt populo ſcandalo ſint, ac contra eorum Superiores illos punire negligentes, aut impunitos ad alia ſuorum ordinum loca tranſmittentes, vel tranſmiſſos ad locum, in quo deliquerunt non reuocantes, cuius tenorem ibidem reportat.

Licet vigore Concilij ſeſſ. 25. d. c. 14. taliter delinquens Epiſcopo inſtante à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuerè puniendus veniat, de qua punitione certiorandus ſit Epiſcopus, qui alias in caſu contrarij poſſet ipſe Epiſcopus punire, Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. deciſ. Curiæ Archiep. Neap. 202. part. 4. Armendariz in addit. ad recop. leg. Nauarræ leg. 7. de relig. lib. 2. tit. 18. à nu. 59. cum ſeq. Piaſeg. in praxi Epiſc. cap. 3. n. 43. & ſeq.
5 p. 2. autumans, poſſe Regularē deprehenſum in delicto deduci ad carcerem

Epiſcopi, & capta informatione ſuper crimine, dũmodo ſine mora capiatur cum copia proceſſus ad ſuũ Superiorẽ puniendum remitti cum præfinitione termini, addo nouiſſimè Vulpes in praxi Iudic. fori Eccleſiaſtici cap. 42. num. 23. vbi quod Curia Epiſcopalis debet quamprimum informationem capere, & eodem die quo fuit captus, vel ſequenti ad Superiorem ſuum cum copia proceſſus illum remittere; ſicque deciſum à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatione annuit hiſce ſub verbis.
6 Quando extra clauſtra Regularis delinquit notoriè dubitatum fuit, an detinendus ſit in carceribus Epiſcopi, donec proceſſus in Curia Epiſcopali conficiatur, eoque compilato inſtante Superiore, remittendus ſit ad Superiorem vna cum his probationibus, quæ habentur Congregatio reſpondit ſtatim remittendum eſſe etiam poſito, quod Superior nullam inſtantiam faceret.
7 Quod ſi Epiſcopus differret capere informationem, & Regularem petentem remitti carceribus vexaret, tunc non euitaret excommunicationem, per Gloſ. & Abbat. in clem. frequens, in verbo capiunt, de exceſſib. prælator. putauit Genuenſ. in praxi Curiæ Archiepiſc. Neap. cap. 19. quod maxima cum
8 dexteritate, & ſatis piè vidi ſeruatum per Reuerendiſs. De Felicem Tamburellum Vicarium Generalem Eminentiſſimi Cardinalis Boncompagni Archieſcopi noſtri ſemper celebrandi.

Et circa hanc materiam ſatis arident nonnullæ aliæ Declarationes Eminentiſſimorum Concilij Interpretum promulgatæ ſub die 19. Septembris 1625. quas reportat Barboſ. in collect. ad cap. fin. de ſtat. monachor. & ipſe pariter hic recenſere non grauabor, & ſunt vt infra.
9 Cum cap. 14. de regular. ſeſſ. 25. det normam Epiſcopo procedendi in caſtigando delicta Regularium, qui degunt intra clauſtra, & extra ea notoriè cũ ſcandalo delinquunt; dubitatur an Epiſcopus ſtatim habita notitia delictorum, poſſit capere informationem, & illam ad ſuperiorem Regularis remittere, vt nequeat de illo delicto ignorantiam præſumere.

Congregatio reſpondit poſſe.

Dubitatur etiam, an ſufficiat, quod Epiſcopus vna vice Superiorem Regularem moneat, eique terminum præfigat ad caſtigandum ſubditi delictum.

Congregatio reſpondit ſatis delictum Epiſcopus ſemel inſtet Superiori Regulari, eique tempus præfigat ad eiuſdem Concilij præſcriptum.

Deinde dubitatur, eo quod eodem capit. 14. Superiori Regulari præcipitur, quod Epiſcopum certiorem faciat de punitione intra tempus ab eodem Epiſcopo præfixum, an ſufficiat, quod Superior Regularis ad Epiſcopum mittat copiam tantum ſententiæ, vel debeat remittere omnia acta ſuper delicto actitata ad effectum, vt Epiſcopus videre poſſit, ſi in hoc adimpleta fuerint verba Concilij d. cap. 14. vt ſeuere puniatur necnè.

Congregatio reſpondit non ſufficere, vt Superior Regularis ſententiam, aut etiam acta ad Epiſcopum tranſmittat, ſed opus eſſe, vt de punitione ipſam, & ſententiæ executione Epiſcopum certiorem faciat.

Denique dubitatur, an quod conceditur Epiſc. in præfato Capitulo ſuper Regulari, qui intra clauſtrũ Monaſterij degit, & extra ea notoriè cũ ſcandalo delinquerit, intelligatur etiam, cũ delictũ cõmiſſum fuerit intra Eccl. vel Clauſtra.

Congre-

Congregatio reſpondit, facultatem Epiſcopo attributam in Regulares notoriè, & cum ſcandalo extra clauſtra delinquentes vendicare ſibi locum, etiam cum Regulares notorie, & cum ſcandalo intra Eccleſiam delinquunt, non ita ſi intra clauſtra.

10 Amplia autem principalem ſupra poſitam concluſionem, vt Regularis manens extra clauſtram de licentia Superioris etiam in domo deputata ad erectionem Monaſterii, niſi in dicta domo ſit Regularis obſeruantia, vt ſaltem viuatur ſub Superiore, puta Priore, Guardiano conuentualiter Regularis delinquens poſſit puniri ab Ordinario, vt ex deciſione Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Concilij Interpretum, probant Piaſeg. in praxi Epiſcop. d. cap. 3. num. 42. part. 2. Campanil. in diuerſ. iur. canon. d. cap. 13. ſub num. 22. rub. 12. Vulp. in praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici d. cap. 42. ſub num. 21. Tamburrin. de iure Abbat. d. diſp. 15. quæſit. 7. ſub num. 7. tom. 1. vbi addudit Rotam deciſ. 223. num. 5. & his addo Barboſ. in tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 105. num. 19. part. 3.

11 Qui autem probat num. 17. quod Regularis ſi maneat de Superiorum licentia ſub Regulari obſeruantia in aliquo membro, vel grangia ſui Monaſterij pro Religionis ſeruitio, & delinquat non ab Ordinario, ſed à ſuo ſuperiore puniri debet ſecundum formam Concilij d. cap. 14. ſeſſ. 25. & eandem opinionem pariter veram agnoſcunt Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. deciſ. 281. num. 4. part. 4. Tamburrin. de iure Abbat. diſput. 15. d. quæſit. 7. nu. 9. vbi adducit Perin. tom. 1. priuil. ordin. Minimor. in annot. ad Conſt. 11. Sixti IV. nu. 29.

Aſſignant rationem, nam dum huiuſmodi Superior poteſt illi concedere licentiam Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 4. & præfata loca ſint membra
12 dependentia à dictis Monaſterijs, cenſentur eodem iure, & priuilegijs ſuorum Monaſteriorum fruuntur, ad text. in cap. recolentes, §. cæterum, de ſtatu monach.

DIMISSORIÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dimiſſorias literas concedere ſuis ſubditis quando poſſint Superiores.*

2 *Dimiſſorias concedere profeſſis, vt valeant à quocumque catholico Antiſtite recipere ordines nonnullæ Religiones habent in priuilegium.*

1 Dimiſſorias literas concedere poſſunt Superiores Regulares ſuis ſubditis Regularibus, qui præditi qualitatibus requiſitis ordines ſuſcipere voluerint ad Epiſcopum tamen Diœceſanum nempè illius Monaſterij, in cuius familia ab ijs, ad quos pertinet is Regularis poſitus fuerit, & ſi Diœceſanus ab fuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes ad quemlibet alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit examinetur quo ad doctrinam, dum ipſi Regulares non diſtulerunt de induſtria conceſſionem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus, vel affuturus vel ordinationes habiturus eſſet, verũ cum à Superioribus Regularibus Epiſc. Diœceſano abſente, vel ordinationes non habẽte literæ dimiſſoriæ dabuntur in

cis, vtique huiuſmodi cauſa abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo nõ habendarum, exprimenda eſt, quod qui non fecerint officij dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuè, & paſſiuè priuationem, ac alias pœnas incurrunt, Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium die 15. Martij 1596. & ita referunt præceteris Piaſeg. in praxi Epiſcop. cap. 1. num. 14. par. 1. Molfeſ. in ſumma theolog. moral. tract. 2. cap. 2. nu. 23. tom. 1. Campanil. in diuerſor. iuris canonici rubr. 11. ca. 13. n. 37. Barboſ. qui cæteros concordantes adducit in tract. de poteſt. Epiſcop. alleg. 8. n. 18. p. 2.

2 Dimiſſorias concedere profeſſis, vt à quocumq; Epiſcopo ordines etiam ſacros ſuſcipere valeant nonnullæ Religiones habent in priuilegium, vt de ſua Illuſtriſſima, & Sanctiſſima Religione Teatinorum fidem perhibet Antonin. Dian. reſolut. moral. tract. 2. de dub. Regular. reſolut. 7. part. 3. vbi contra Peregr. in comment. Conſtit. dictæ Relig. part. 1. cap. 4. lit. A. §. 1. inſurgi fouendo in tali caſu Prælatos Religionis huiuſmodi priuilegium habentis poſſe concedere dimiſſorias etiam Nouitijs, vt à quocumque Epiſcopo ordinari valeant, adducit ad eius fauorem Vecch. in praxi nouitior. diſputat. 11. dub. 8. num. 3. Sanchez in ſumma libr. 6. cap. 10. num. 22. Tiber. in inſtruct. pro ordinand. cap. 7. quæſt. 50. Tamburrin. de iur. Abb. diſp. 2. quæſt. 27. num. 2. tom. 2. Suarez de relig. tom. 3. lib. 5. cap. 16. num. 17. qui pariter teſtatur reſpectu Nouitiorum in ſpecie ſuam Eminentiſſimam Religionem Societatis Ieſu ob omnibus extollendam, & in mundo ſatis proficuam, id in priuilegium habere, annuens illo gaudere cæteras Religiones habentes commu[...] dicta Religione.

DISPENSARE.

SVMMARIVM.

1 *Abbates ſubditis ſuis ſuper interſtitiis diſpenſare poſſunt, ac ordines minores conferre.*

2 *Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare ſæcularibus ſibi confitentibus in votis reſeruatis Epiſcopis, & vide num. 3.*

4 *Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare coniugibus inceſtuoſis poſt contractum matrimonium ſuper petitione debiti, ex priuilegio.*

5 *Confeſſores Regulares ex priuilegio poſſunt diſpenſare de votis extra confeſſionem.*

6 *Generalis, & prouincialis poſſunt diſpenſare cum Regularibus illegitimis ad Prælaturas in Capitulo Generali.*

7 *Prælati Regulares nequeunt diſpenſare regulariter ſuper Bigamia.*

8 *Religioni Societatis Ieſu eſt conceſſum priuilegium diſpenſandi ſuper Bigamia.*

9 *Prælati Regulares cum Religioſis ſubditis quo ad ordines ſuper irregularitate orta ex occulto homicidio.*

10 *Diſpenſare non licet, vt puella ſumat habitum ante duodecimum annum completum.*

1 Diſpen-

1 DIſpenſare in interſtitijs licet Abbatibus in omni caſu quo ad primam tonſurã,& minores ordines ſuis ſubditis regularibus conferre poſſunt, ita declarauit Sacra Congregatio, & probat Mirand.in man. Prælator. quæſt. 38.artic.7.concl. 3.tom.1.Sorb.in compend. mendicant. in verbo ordines ſacri,verſ. quando vero Abbates, Barboſ. de poteſt Epiſc. allegat. 18. ſub num. 3. part. 2. Campanil. diuerſ. iuris canon. rubr. 12. cap. 13.num.42. etiam eo caſu quo Abbates ſuos ſubditos regulares cum dimiſſorijs remittunt ordinari ab Epiſcopis,Villalob.in ſumma tract.11.difficult.12.nu.4.tom. 1.Rodriq.in compend.quæſt.regular.reſol.1 num.22.

2 Diſpenſare poſſe Regulares Cõfeſſores cum ſęcularibus ſibi confitentibus in votis reſeruatis Epiſcopis, autumant Mirand. in manual. prælat. tom. 1. quæſt. 48. artic. 3. Rodriquez, quæſt. regular. 63 tom. 1. tum ex priuilegio Eugen. IV. conceſſo Monacis S. Benedicti, & altero eiuſdem conceſſo Monacis S. Benedicti Valliſoletani, tum etiam ex priuilegio Innocentii VIII. conceſſo minoribus exceptis votis peregrinationis vltra duas dietas, & tandem ex priuilegio conceſſo à Martino V.

At tu audias nouiter Lezan.in ſumma quæſt regul.cap.19.ſub num.22.qui contrarium tutatur hiſce verbis.

3 Veruntamen non video ſolidum fundamentum in priuilegiis adductis,ad hoc quod Confeſſores Regulares vtantur prędicta facultate diſpenſandi cum ſecularibus in votis.

In primis enim priuilegium illud Eugen.IV.conceſſum Benedictinis obſeruantiæ.Italiæ obſcurè ſatis loquitur ad intentum.

Proinde Rodriquez vt ſupra dicat nihil valere, ad illud licet oppoſitum tenet Mirand.etiam vt ſupra.

Deindè priuilegium aliud eiuſdem Eugen.IV.conceſſum Benedictinis Valliſoletanis,præter quod mihi conſtat, an per Bullam an verò viuę vocis oraculo conceſſum ſit,habet quandam limitationem, ſcilicet quod Confeſſarij poſſint vti prædicta conceſſione ſolum in ſuis Eccleſijs,& non alibi; vt aduerterunt Rodriquez vt ſupra,Caſarubius in compend.priuileg.Mẽdic. verb. abſolutio quo ad ſeculare 2.num.16.

Habet quoque aliam limitationem, ſcilicet pro tribus, aut per quatuor Confeſſarijs ſolum vt videre eſt in eodem Caſarubeo, præterea conceſſio illa Innocent.VIII.fuit ſolum viuę vocis oraculum,& non authenticum,vt refert Caſarubius vt ſupra num.12.

De priuilegio illo Martini V. non mihi conſtare potuit,an per Bullam, an vero viuæ vocis oraculo conceſſum ſit,& ita conſulerem ab hac facultate abſtinendum,prout ſimili conſuluit circa aliam conceſſionem Cordub. in annotat. ad compend.priuileg. Mendic.verb.diſpenſatio §.17.

4 Cœterum quando conſtaret de huiuſmodi poteſtate licebit Regularibus vigore priuilegij diſpenſare in votis etiam extra confeſſionem, Villalob.in ſumma tom.2.tract.34.different. 29.num.7. Laiman.in theolog. moral. lib. 4.tract. 6. cap. 10. num. 21. Sancius in ſelect.diſp. 14.num.2.Sanchez in ſum. lib. 4. capit. 54. num. 16. tom.1. Antonin.Dian. qui alios ſecum vehit tract.2. de dub.Regular.p.3.reſol.9.vbi tutatur in praxi,& probabiliſſimã hãc recitat

opinionem contra Peregrin. in ſchol. ad priuil. Relig. Theatin. tit. commutatio. § 3. vlterius progrediens non eſſe neceſſarium, vt Regularis diſpenſans ſit Confeſſarius vouentis, quia ſufficit ex priuilegio Confeſſarium eſſe ex approbatis ab Ordinario, Henriquez in ſumma lib. 7. de indulgent. cap. 30.

5 Diſpenſare cum coniugibus inceſtuoſis poſt contractum matrimonium ad petitionem debiti licere Confeſſoribus Regularibus ex priuilegio Martini V. conceſſo Benedictinis, & confirmato à Iulio III. & ex viuæ vocis oraculo Pij V. qui tale priuilegium Fratribus Minoribus relaxauit, inter cœteros probarunt Mirand. in man. prælat. tom. 1. quæſt. 47. artic. 1. Rodriquez quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 63. art. 1. dummodo tamen à ſuis Superioribus fuerint ad id deputati, Rebell. de iuſtit. & iure part. 2. lib. 3. quæſt. 19. num. 16. Cruz de ſtatu relig. lib. 2. cap. 6. dubio 9. concl. 1. & 2. Sanchez in ſumma tom. 1. libr. 4. cap. 43. num. 10. Antonin. Diana tract. 2. de dub. Regular. part. 3. reſolut. 14. vbi alios reportat.

Sed aduertendum putauit Lezan. in ſumma quæſt. regular. d. cap. 19. ſub num. 25. quod cum omnia viuæ vocis oracula abrogata ſint hoc tempore à S.D.N. Vrbano VIII. nihil iam valet prædictum viuæ vocis oraculum Pii V. vnde ex vi illius non habent Confeſſores Regulares tale priuilegium diſpenſandi cum coniugatis inceſtuoſis, habebunt tamen illud ex Martino V. & Iulio II. adductis Benedictini, & qui cum illis habeat communicationem priuilegiorum, niſi fortè tales conceſſiones ſint etiam viuæ vocis oracula, vndè tutius putat huiuſmodi conceſſionibus non vti, Cordub. in collect. priuileg. Mendic. circa quandam ſimilem conceſſionem Innocent. VIII. in verbo diſpenſatio §. 17.

6 Diſpenſare cum Regularibus illegitimis ad prælaturas poſſunt in Capitulo Generali, vel Prouinciali Prælati communes, ſcilicet Generalis, & Prouincialis, vt legitur in Bulla Gregor. XIV. tali modo, vt extra Capitulum Generale, vel Prouinciale, ſeù intermedium id minimè concedatur, & vide Rodriq. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 13. artic. 6. & 9.

7 Diſpenſare regulariter, quamuis non ſit conceſſum Prælatis Regularibus
8 ſuper Bigamia, tamen Sanctiſſimæ Religioni Societati Ieſu eſt datum priuilegium, vt Generalis illius valeat cum ſubditis diſpenſare in bigamia, vt in compendio eiuſdem Religionis hoc in verbo diſpenſare §. 5. & 6. iuxta conceſſionem Sixti IV. factam Carthuſienſibus, necnon in compend. Diui Hieronymi in verbo ordines ſacri §. 6. legimus eſſe diſpenſabilem à Prælato ad ſacros Ordines Bigamum de longinquis partibus, & ignotum.

9 Diſpenſare poſſunt Prælati etiam Conuentuales cum Religioſis ſubditis quo ad ordines ſuper irregularitate orta ex cauſa voluntarij homicidij occulti, ex bulla Martini V. Compend. Mendic. in verbo diſpenſare §. 24. vbi Additio Rodriq. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 24. art. 12. & 16. vbi artic. 13. quod ſi homicidium fuerit caſuale, quamuis ſit notorium poſſet diſpenſare, quod habui in facto annis elapſis conſultus à Prouinciali cuiuſdam Religionis.

10 Diſpenſare non licet, vt puella, quæ duodecimum annum non compleuit, poſſit habitum in Monaſterio ſuſcipere, ita determinauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Interpretum, vt refert

Ar-

Armend. in addit. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. numero 43.

DISPOSITIO BONORVM.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio bonorum qualiter facienda ſit Nouitijs.*

2 *Forma Concilij de qua in cap. 16. ſeſſ. 25. de Regularib. non obſeruatur, vbi Nouitij Societatis Ieſu diſponere volunt.*

3 *Sic etiam quando diſpoſitio fieret ex cauſa remunerationis.*

4 *Diſpoſitio bonorum facta ab exiſtente, adhuc in ſæculo prætextu, & intuitu ingreſſus Religionis eſt valida, licet Concilii forma non obſeruetur.*

1 DIſpoſitio bonorum temporalium fieri non poteſt à Nouitijs, cum primum recipiunt habitum, ſed antè duos menſes antè profeſſionem cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, vt in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 16. vbi irritatur, ſi aliter facta ſit, vt fuſè apud Mirand. in manual. prælator. quæſt. 33. tom. 1. Mar. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. fin. caſu 6. Sanch. in ſumma lib. 7. quæſt. 1. cap. 5. tom. 2. Vecch. in praxi obſeru. in admittend. ad Relig. ſtat. Nouit. diſp. 8. a dub. 7. cum ſeq. R. S. Fauſto in theſaur. Religioſor. lib. 5. à quæſt. 178. cum infinitis ſeqq. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. collect. deciſ. 454. Molfeſ. in comment. ad conſuet. Neap. part. 3. de renunciat. quæſt. 16. & copiosè per multa adducens in praxi conducibilia Barboſ. de poteſt. Epiſcopi alleg. 99. part. 3. vbi num. 32. aduertendum duxit præfatum Concilii locum
2 non procedere reſpectu Nouitiorum Societatis Ieſu, quibus eſt licitum renunciare bonis in fauorem Societatis, vel cuiuſcumque non ſeruata tali forma, nec expectato bimeſtro ante profeſſionem, vel vota biennij, ex Conſtitutione eiuſdem Societatis, quæ omnino à decreto Concilii d. ca[illegible] ſeſſ. per hæc, ac Summos Pontifices Pium Quintum, & Gregorium X[illegible] ap- probantur, & ita enunciarunt Molin. de iuſtit. & iure diſp. 139. trac[illegible] man. Sà in aphoriſm. in verb. Religio il quinto Rodriq. regular. quæſt. tom. 2. quæſt. 47. art. fin. Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 4. num. 41. quos antea ſecum venerat Sanchez in ſumma cit. cap. 5. num. 9.

3 Et ipſe addo ceſſare pariter Concilii formam, de qua ſupra, quoties diſpoſitio tenderet ex cauſa remunerationis, vt ſtrenuè probaui forenſ. q. 54. p. 1. vbi erit videndum nam, non pigebit.

4 Necnon iunge aliam limitationem, quoties diſpoſitio facta eſſet ab exiſtente, adhuc in ſæculo, eti ã pretextu, & intuitu ingreſſus Religionis, prout ſic in proprijs terminis declaraſſe Eminētiſſimorum Concilii Interpretũ Congregationem fatetur Menoc de arbitr. Iud. lib. 2. caſu 436. ſub num. 3. in nouæ edit. Armēdariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7 de Relig. numero 20. & 25. Garcia de benefic part. 11 cap. 9. num. 15. recenter poſt alios probant Illuſtriſſ. Epiſcopus Riccius in deciſ. Curiæ Archiepiſc. 295. circa finem part. 4. & noviſſimè Vulpes praxi iudic. fori Eccleſiaſt. c. 42. n. 13.

Qua Eminentiſſimorum declaratione exiſtente non ſunt audiendi, contrarium attentare, qui conati ſunt, vt præceteris Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæſt. 2. Spin. in ſpec. teſtam. gloſ. 12. num. 5. Cancer. variar. reſol. lib. 2. cap. 8. num. 81.

DONATIO.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, & munera ſunt interdicta Regularibus vtriuſque ſexus, præter quam exculentorum, & poculentorum, quod ſi ſecus egerint, officijs priuantur.*

2 *Donatio facta à virgine Monaſterio, in quo diu permanſit educationis cauſa eſt valida.*

1 DOnatio, & munerum largitio Regularibus vtriuſque ſexus eſt interdicta, præterquam exculentorum, & poculentorum, nèdum per ſe, ſed etiam per alios, quod ſi ſecus egerint, cenſentur priuati officijs, & redduntur inhabiles ad obtinenda, priuanturque voce actiua, ac paſſiua, poterintque accuſari, immo inquiri actione furti, & de ſimoniæ labe, vt in Bulla Clement. VIII. incip. Religioſæ, promulgata in anno 1594. de qua præ cæteris plura cumulãdo ſunt videndi Valer. in different. inter vtrumque forum, in verbo munera, fusè Illuſtriſs. Epiſcop. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 80 & ſeq. part. 4. & deciſ. Curiæ Archiep. 227. part. 3. luculenter Bonac tom. 1. tit. de larg. muner. ſect. final. diſp. 3. & amplè Antonin. Dian. reſol. moral. tit. de paupert. Relig. reſ. 1. cum infinit. ſeqq. vbi varios exnodat articulos.

2 Donatio facta à virgine Monaſterio, in quo diù permanſit in habitu nouitiæ cum licentia permanendi educationis gratia benè valet, cum non ſit monialis, ita quidem reperio determinaſſe Sacram Eminentiſſimorum Cõcilij Interpretum Congregationem Cardinalium de anno 1627. ſub die 31. Iulij in vna Fauentina, quod anno elapſo habui in facto dum eſſem requiſitus de voto à quodam Illuſtriſſimo Archiepiſcopo.

DOS.

SVMMARIVM.

1 *Dos monialium debet ſolui in pecunia, nec aſſignari in ſtabilibus, aut in cenſu.*

2 *Dos monialium debet reponi in poſſe facultoſi viri, & cum obligatione.*

3 *Dos monialium penès illorum conſanguineos, ſeù affines, non debet reponi.*

4 *Dos Nouitiæ intra tempus probationis decedenti, ſi ſoluta reperitur hæredibus eſt reſtituenda.*

1 DOs monialium ſolui debet in pecunia, nec aſſignatio ſtabilium, aut cenſuum permittitur, ita declarauit Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in anno 1588. ſub die 28. Aprilis in vna Camerinen. Aldan. in compend. can. reſol. lib. 3. tit. 10. n. 20.

2 Dos

2 Dos monialium in poſſe probi, & facultoſi viri reponi debet in loco, in quo Mercatores, aut Banchi non exiſtunt cum obligatione, vt ad omnem ordinem monialium omni ſecluſa exceptione illam ſoluant; eadem Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ſic cenſuit de anno 1594. die 15. Martij in alia Camerinen. Aldan. in compend. reſol. d. tit. 10. n. 23.

3 Dos monialiũ penès illorum conſanguineos, vel affines, relinqui non debet, ſed priuſquam puellæ induantur habitu, actualiter depoſitanda eſt in poſſe Mercatoris, vel alterius perſonæ idoneæ fide, & facultatibus, niſi adſit Bancum in loco ad finem, vt illic ò ſecuta profeſſione in emptionem bonorum ſtabilium, & annuorum reddituum implicetur, ſic quidem cenſuit eadem Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1615. in vna Luſitana, Aldan. loc. cit. num. 22.

4 Dos Nouitiæ intra tempus probationis decedentis, ſi iam Monaſterio ſoluta reperiatur, venit reſtituenda hæredibus vna cum fructibus, ſi quos fortaſſe Monaſterium recepiſſet, licet debeāt deduci victus, ac veſtitus, Armendariz in recopil. leg. Nauarræ l. 7. de Relig. num. 30. tit. 18. lib. 2. vbi ita iudicatum à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Cardinalium Congregatione autumat, & ita practicatur.

EDVCATIO.

SVMMARIVM.

1 *Puellæ ex cauſa educationis permanere poſſunt in Monaſterijs.*
2 *Quæ conditiones ſint neceſſariæ, vt puellæ valeant ex educationis cauſa permanere in Monaſterijs, & vide num. 3. vbi copia literarum Sacræ Congregationis adducitur.*
4 *Puellæ nequeunt educari in Monaſterio Conuertitarum.*
5 *Puellæ vbi nequeunt ſumere habitum, nequeunt educari.*
6 *Puellæ vt admittantur ad educationem, requiritur conſenſus monialium.*
7 *Parentes puellarum nequeunt dietim mittere ipſis victum, ſed in pecunia ſoluere.*
8 *Puellæ minores ſeptennio, & maiores vigeſimoquinto non poſſunt recipi in Monaſterijs educationis cauſa, verum Epiſcopus dat terminum ad deliberandum an velit exire, vel non, & n. 9.*
10 *Mulieres nuptæ non recipiuntur in Monaſteria monialium, limita propter maritorum ſæuitiam, & non ipſarum culpa habeant iuxtam cauſam timendi, vt nu. 11.*
12 *Declaratio Congregationis adhunc finem reportatur.*
13 *Viduæ ex licentia Epiſcopi non poſſunt ingredi Monaſteria monialium, ſi in habitu laicali permanere velint, & vide declarationem Congregationis num. 14.*

1 EDucationis cauſa in Monaſterijs monialium puellas ſtare poſſe non eſt ambigendum, ex Sacræ Congregationis Concilij de-
2 terminatione, qua cautum eſt, nullo Concilij decreto prohiberi, quominus puellæ in Monaſteria ante Concilium conſueuerint huiuſmodi puellas recipere, & quæ à Superiori bus Monaſteriorum ſcriptam licen-

licentiam impetrent, atque Abbatiſſæ, & reliquarum monialium conſenſus acceſſerit, & quod ipſæ puellæ eo modo in Monaſteria, qui pudori, ac modeſtiæ conueniat, nullamque ſecum famulam adducant, nec in eo manere poſſint niſi vſque ad ætatis ſuæ annum 25. & quod ex eo dum exeunt, eandem ſeruent clauſuram, quam moniales ipſæ, & ſi ſemel exierint nullam habeant ad eam reuertendi facultatem, refert poſt alios Illuſtriſſ. Epiſcop. Ricciusin praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 203. & 204. part. 4. ex litteris eiuſdem Congregationis ad Epiſcopum Hieracenſem, quarum tenor eſt, vt ſequitur.

3 Reuerendiſſime Domine, ex Sacra Congregatione Cardinalium Tridentini Concilij Interpretum, Amplitudinis Tuæ nomine quæſitum eſt, an puellæ in Monaſterijs monialium educationis cauſa permanere poſſint, ij verò ſic cenſuerunt ad te ſcribendum iam dudum ab eandem Congregatione ſtatutũ eſſe nullo Concilij decreto prohiberi, quominus puellæ in Monaſterijs monialium educentur, ſi tamen eadem Monaſteria ante Concilium huiuſmodi puellas recipere, ſic à Superioribus Monaſteriorum ſcriptam licentiam impetrarint, atque Abbatiſſæ, & reliquarum monialium conſenſus acceſſerit, tum verò hæ ipſæ puellæ eò veſtitu in Monaſteria intromittantur, quæ virginali pudori, & modeſtiæ conueniant, nullamq; ſecum famulam adducant, nec manere in eis poſſint niſi vſque ad ætatis ſuæ annum vigeſimumquintum, atque in eiusdum erat, eandem ſeruent clauſuræ legem, quæ moniales ipſæ, & ſi ſemel exierint, nullum habeant ad eam reuertendi facultatem; proinde Congregatio his litteris impartiendam tibi hanc facultatem duxit, vt quotieſcunque in hac tua Ciuitate, & Diœceſi Hieracenſi id expedire Amplitudo Tua iudicauerit, poſſit permittere puellas in monialium monaſteria, in quibus piæ, & honeſtæ inſtituantur introduci, adhibitis tamen conditionibus ſupraſcriptis, & bene in Domino valebis. Romę die vltimo Auguſti 1575. Amplitudinis Tuæ vti Frater Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti.

4 Educatio puellarum fieri non poteſt in Monaſterio Conuertitarum, Sacra Congregatio ſic cenſuit ſub die 2. Martij 1619. teſte Gauant. in manual. Epiſcopor. in verbo monialium educatio actiua, pag. mihi 155. col. 1. etiam referentis per eandem Congregationem deciſum de anno 1588. quod vbi pro-
5 hibitum eſt admitti puellas ad habitum monacalem ibi, nè admittantur ad educationem, & inſuper determinandum eſſe numerum puellarum educandarum, ex decreto eiuſdem Sacræ Congregationis emanato in anno 1603. ſub
6 die 27. Maij, & quod requiratur conſenſus monialium ſigillatim, vt puellæ admittantur, ex eadem Sacra Congregatione 4. Ianuarij 1608. nec non
7 vt minimè permittatur iiſdem dietim à parentibus victum tranſmitti, ſed certam ſoluendam eſſe pecuniam, vt cenſuit Sacra Congregatio 27. Maij de anno 1613.

8 Educationis cauſa puellæ recipi non poſſunt in Monaſterijs minores ſeptẽnio, & maiores vigeſimoquinto, vt deciſum à Sacra Congregatione, tradunt Zerol. in praxi Epiſc. in verb. moniales §. 11. Galet. in margarit. caſ. conſcient. in eodem verb. § quinto, Illuſtriſſ. Epiſcopus Riccius in praxi fori Eccleſiaſt.
9 reſol. 641. part. 1. quod ſi elapſum ſit vigeſimiquinti anni tempus poterit

ab

Digitized by Google

ab Epiſcopo dari terminus, intra quem deliberet, ſi velit exire, vel habitum monacalem ſuſcipere, ſed non per hoc ante expleto dicto tempore in aliquã labitur cenſuram, prout ſic declaraſſe Sacram Eminentiſſimorum Congregationem patet apud Campan. in diuerſ. iur. canon. d. cap. 16. num. 29. & apud Leon. in theſ. fori Eccleſ. cap. 16. num. 54. par. 2. eos reportat Barboſ. de poteſt.
10 Epiſcop. allegat. 102. numer. 65. vbi num. 66. autumat, mulieres nuptas ad Monaſteria monialium recipi non debere, & à Sacra Congregatione reiectam fuiſſe petitionem cuiuſdam Comitiſſæ id prætendentis, ex Mirand. in manual. prælat. quæſt. 2. artic. 8. concl. vnic. de clauſur. monial. ſubiungens, vt fœminæ, quæ ſunt in diſcordia cum maritis, eorumq; timent ſeuitiam, ſi extra culpam ſint, quamdiù iuſtam cauſam timendi habuerint, debent, ſi ſint in Monaſterijs tolerari, & in poſterum huiuſmodi mulieres non poſse recipi, & ita deciſum ait à Sacra Congregatione, vt præter ibi adductos per eum nouiſſimè addo Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 207. part. 4. vbi verba declarationis ſupradictæ recenſet, quæ ſunt vt infra.

12 Sacra Congregatio cenſuit in hæc verba, Mulieres, quæ ſunt in diſcordia cum marito, & eius ſeuitiam timent, ſi extra culpam ſint, quamdiù iuſtam cauſam timendi habuerint, debent ſi ſint in Monaſterijs tolerari, in poſterum verò huiuſmodi mulieres non debent recipi, ſi verò mulier aliqua venerit in ſuſpicionem marito, quò timet ne ab eo aliqua vis ei inferatur, debet permitti, vt poſſit ingredi Monaſterium monialium, ſi modo Conſtitutiones Monaſterij non repugnent, & accedat conſenſus Superioris Abbatiſſæ, & monialium, & cauſa ceſſante ingreſſus, debet inde exire, & ſi ſemel exierit, nunquam poſtea in idem Monaſterium ingredi poterit, & tenetur ad clauſuram, ſicut aliæ moniales, & ſtare ſine ancillis, &c. ita à Sacr. Congregat. declarat. 132.

13 Et reſpectu viduarum illas ex licentia Epiſcopi non poſſe, monialium Monaſteria ingredi, vt in habitu laicali ibi permaneant, etiam ſi toto tempore vitæ ſuæ illic degere, & nunquam exire velint, poſt alios deciſum probant Campanil. in diuerſ. iur. canon. d. cap. 16. num. 30. & 31. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. dict. allegat. 102. num. 67. part. 3. vbi quod in iſtis non adeſt cauſa neceſſaria.

Sed circa id benè erit, videre ſequentes eiuſdem Sacræ Congregationis declarationes, quæ alijs ſub verbis complectuntur.

14 Viduæ, quæ mortuis viris, honeſtatis cauſa ſe contulerunt in Monaſterium modo ſint bonæ exiſtimationis, & famæ, legibuſque monialium pareant, tolerari debent, niſi moniales fieri velint.

Viduæ nobiles quibus permittitur ingredi Monaſterium his conditionibus vti debent, vt nullas ſecum ducant ancillas, & eo animo ingrediantur, vt nolint inde amplius exire, & dum apud moniales ſunt, his clauſuræ finibus, & legibus teneantur, quibus ipſæ moniales.

EIE-

EIECTI A RELIGIONE.

SVMMARIVM.

1 *Eiecti à Religione ob delicta, ſuper quibus Epiſcopus diſpenſare non licet, poſſunt ab Epiſcopo Diœceſano ordinari, num. 2. ſed hodie prohibetur, num. 3. & extra Religionem degentes ſunt ſuſpenſi ab Ordinibus, num. 4.*

5 *Eiectus à Religione, celebrans, fit irregularis.*

6 *Eiecti nequeunt celebrare abſq; prænia Pontificis licentia.*

7 *Eiecti à Religione, ſi minoribus ordinibus ſint initiati in habitu clericali incedere tenentur.*

8 *Sententia expulſionis eiecti à Religione locorum Ordinariis à Generali eſt notificanda.*

9 *Eiecti à Religione ſubſunt obedientiæ Ordinarij loci.*

10 *Superiores nequeunt concedere licentias teſtimoniales, eiectis, reijciendo ad Sedem Apoſtolicam.*

11 *Bona eiectorum à Religione ſpectant ad Cameram Apoſtolicam.*

12 *Eiecti à Religione, vt ad illam reducantur, Superiores tenentur inuigilare.*

13 *Eiectus à Religione non tenetur ſe corrigere, vt ad illam admittatur.*

14 *Eiectus vt incorrigibilis nequit venire aduerſus renunciationem factam tempore ingreſſus.*

1 Eiecti à Religione ob delicta, quæ irregularitatem, aut aliam inhabilitatem non inducunt, ſuper quibus Epiſcopis diſpenſare non licet, ab
2 Epiſcopo Diœceſano originario recipi, & presbyterio ordinari, quamuis poſſent iuxta aliquorum opinionem, vt præ cæteris ex recentioribus Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 12. c. 15. num. 7. D. Barthol. à S. Fauſto in theſau. relig. lib. 6. quæſt. 185. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 185. p. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 4. num. 21. par. 2.

3 Tamen hodie ex determinatione Sacræ Congregationis de mandato Sã-
4 ctiſs. D. N. Vrbani VIII. in decret. impreſſ. de Regularibus Apoſtatis, & eiectis ſub die 21. Septembris 1624. illi extra Religionem degentes ſunt perpetuo ſuſpenſi ab ordinum exercitio, & eſt ſublata Ordinarijs locorum facultas dictam ſuſpenſionem relaxandi, ac moderandi, vt legitur in d. decret. in verſ. item vt eiecti, quod decretum habes per extenſum apud Canonicum Nouarium fratrem in ſumma Bullar. tit. de eiectis à Religione, ad cuius or-
5 natum animaduertit, eiectum à Religione celebrando irregularem euadere, nec in illo comprehendi Nouitios ob aliquod crimen eiectum, nec Religioſum eiectum, ſi iterum recipiatur, vel ad aliam laxiorem Religionem de licentia tranſeat, cum decretum loquatur contra degentes extra Religionem, addo Bonac. de clauſur. quæſt. 2. punct. 12. §. 6.

6 Tali modo vt hiſce temporibus eiecti huiuſmodi nequeant celebrare, niſi præcedente Pontificia diſpenſatione, prout ſic declarauit Sacra Congregatio Epiſcopor. & Regular. in vna Vliſbonen.

7 Eiecti à Religione vigore dicti decreti de Apoſtat. & eiect. in verſ. ſic verò eiecti, quouſque in ſæculo ſtant, ſi in Ordinibus etiam minoribus conſtituti ſint, tenentur incedere in habitu clericali, & ita pariter cenſuit de anno. 1628. ſub die 1. Aprilis Sacræ Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum.

8 Eiecti vbi fuerint Religioſi à Religionis cætu expulſionis ſententia Ordinario loci iuriſdictionis à Generali notificanda eſt, vt de illa notitiam habeat; ſic apertè legitur in d. decret. de Apoſt. & eiect. verſic. proindeq;

9 Eiecti à Religione ſubſunt obedientiæ Ordinarij loci, ita patet in eodem decret. de Apoſtat. &c. in illis verbis: (Atque Ordinarij loci iuriſdictioni, & obedientiæ ſubſint.) & probauimus in praxi noui Iuris Pontificij concl. 2. ſub rubrica de eijciendis, & eiectis à Religione.

10 Eiectis à Religionibus Superiores nequeunt concedere litteras teſtimoniales ad Apoſtolicam Sedem reijciendo, vel mandando aliam ingredi Religionem, vt in eodem citato decreto de Apoſtat. &c. in verſ. præterea ſtatuit, licet dandæ ſint illis literæ dimiſſoriæ ſententiam eiectionis continentes, Aldret de diſcipl. relig. cap. 29. num. 23.

11 Eiectorum à Religione bona hodie ſpectant ad Cameram Apoſtolicã, ex Bulla Gregor. XII. incip. Officij noſtri partes, de qua apud Nald. in ſumm. in verbo Religioſus nu. 35. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. decıſ. Cur. Archiep. 245. p. 4. Sanctai cit. de Apoſtat. cap. 33. num. 9. & Nos latius diximus in praxi Iuris Põtificij noui concl. vnic. de bonis regular. Apoſtatarum, & eiectorum, vbi videas.

12 Eiecti à Religione vt ad illam reducantur, quando ſalua ordinis diſciplina admitti poſſunt, inſingulare tenentur Superiores; & illos annuatim quærere debent, cap. fin. de regular. & ita cenſuit Sacra Congregatio, vt in cit. decret. de Apoſtat. & eiect. ibi: (Ac poſtremo cenſuit eſſe innouandam, vt Suæ Beatitudinis authoritate innouat Conſtitutionem fęlic. recordat. Gregorij IX. relatam in cap. fin. de Regular. ac præterea declarat eam Conſtitutionem in ijs vendicare ſibi locum ſeruandamq; eſſe, qui iuſtè, diffinitiueque, ac iuris ordine ſeruato expulſi fuerint, dummodo tamen in expulſis huiuſmodi ſit ſpes euidens emendationis ex litteris teſtimonialibus Ordinarij) vide latius in noſtro Iure Pontificio nouo concluſ. 3. de eiectis à Religione.

13 Sed Religioſum expulſum legitimè non obligari ſe corrigere, vt iterum in illam admittatur ex recentioribus putauerunt, Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 35. diffic. 39. num. 2. Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 17. quæſt. 1. & cap. 16. quæſt. 1. Antonin. Dian qui alios citat part. 3. reſol. moral. tract. de dub. regular. reſol. 60. contra Molin. de iuſtit. & iure tom. 1. diſp. 140. tract. 2. Philiarc tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 21. Graff. deciſ. caſ. conſcient. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 47. & cæteros.

14 Eiecti a Religione tanquam incorrigibiles non audiuntur, ſi velit venire aduerſus renunciationem bonorum factam ex cauſa ingreſſus Monaſterij, ita nouiſſimè Rota diuerſ. Romana deciſ. 109. in moderniſſimis, in editione Veneta de hoc anno 1636. vbi quod taliter eiectus non poteſt venire contra renunciationem factam, & conſequi vtilitatem ex ſuo delicto, imò remanet

manet votum paupertatis, allegat Nauarr.tom.2.de regul. num 35. Azor. inſtit.moral.lib.12.cap.16.quæſt.4. Sanchez ſuper decalog. tom.2. lib.6. cap.9. num.34 & 45.

EIICERE.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Religionum poſſunt eijcere à Religione Regulares profeſſos.*

2 *Prælati vt poſſint eijcere Religioſos à Religione, id agere debent cum conſilio, & aſſẽſu Patruum ex grauioribus, & vide num. 3.*

4 *Generalis habet facultatem eligendi ſex Patres ſibi bene viſos ad effectum reijciendi Religioſos à Religione.*

5 *Nemo eijcitur à Religione, niſi ſit incorrigibilis.*

6 *Religioſus tempore profeſſionis ſi interrogatur, an in ſeculo ſcãdaloſum crimen perpatrauerit, & negatiuè reſponderit, & quod cum effectu fecerit, eiicitur à Religione.*

7 *Moniales nequeunt eiici e Monaſterio ex cauſa incorrigibilitatis, & niſi puniantur, poſſunt ad aliud transferri.*

1 Eiicere à Religione Regulares profeſſos, licet Prælatis Religionum, cũ id ſupponantur in cap.fin. & cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu monach. & ita extare plura Religionum priuilegia, patet apud Compend. priuileg. Mendicant.in hoc verbo eijcere, & apud Cordub.in reg. D.Frãciſci cap.2. quæſt.21 punct.1.

2 Eijcere vt valeant Prælati Religioſos à Religione debent id agere de conſilio, & aſſenſu Patrum ex grauioribus in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus eligendorum, vt in decret. de Apoſtat. & eiect. circa principium.

3 Verum in hoc aduertas, quod cum difficile viſum fuerit Generales quocumq; iuerint illos ſecum deferre, ad ſupplicationem Sacra Congregatio cenſuit reſpondendo: poſſe Generalem in qualibet Prouincia, in qua id opus fuerit aſſumere ſex ex Diffinitoribus illius pro iſto effectu, Peirin. tom.3. priuil. Minim. in Conſtit.X.Sanctiſs.D.N.Vrbani VIII. Lezan. in ſumma quæſt. regular.cap.23.num.5. vbi ait conſonare decretum Capituli Generalis eius Or-
4 dinis in anno 1625. Romæ celebrati, vbi facultas Generali committitur eligendi ſex Patres ſibi benè viſos ad hunc effectum, vt habetur par.4 Conſtit. cap.20. §.14.

5 Eijci à Religione his nouiſſimis temporibus nullum poſſe Regularem niſi titulo incorrigibilitatis, conſtare ex verbis Decreti de Apoſtat. & eiect. ibi: (In poſterum è Religionibus nullum legitimè profeſſus eijci poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis.) firmat Lezana in ſumma quæſt. regular. cap.23. num.4. & vide infra in verbo incorrigibilis.

6 Eijci tamen à Religione poſſe Religioſum in profeſſionis tempore rogatum, ſi in ſæculo ſcandaloſum patrauerit crimen, & negantem, ſi deinde apertè ſciatur fuiſſe conuictum, vel diffamatum, grauiſſima, & ſcandaloſa com-

miſiſſe

miſiſſe delicta, patet ex Bulla Papæ Leonis X. vt in Compend. priuil. Mendicant. in verbo eijcere, §. 6.

7 Eijci ſimpliciter non poſſunt moniales ex Monaſterio ex cauſa incorrigibilitatis, ſed niſi ibi puniantur, poſſunt ad aliud transferri vigore Bullæ Vrbani IV. de qua apud Rodriq. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 49. art. 1. & Mirand. in manual. prælat. de monial. q. 3. artic. 2.

E L E C T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Electio Superiorum eſt facienda per vota ſecreta, aliàs eſt nulla.*
2 *Electio eſt nulla, ſi in Bullis confirmationis exprimerentur nomina eligentium.*
3 *Suffragia debent præſtari voluntariè.*
4 *Votare ſecretò parit maiorem libertatem, & minorem inconuenientiam.*
5 *Electio facta per vota non ſecreta ex ignorantia Concilij non valet, nec Epiſcopus diſpenſare poteſt.*
6 *Electio eſt nulla, ſi publicetur vnicum ſuffragium tantum.*
7 *Abbatiſſa quando eligitur, vota oretenus accipi non poſſunt à ſuis Superioribus cum duobus teſtibus, & electionem Superior confirmare nequit.*
8 *Epiſcopus vna cum Vicario, vel altero aſſumpto oretenus poteſt accipere vota monialium in electione Abbatiſſæ, vel alterius Superiorisſæ.*
9 *Electio eſt nulla, quoties aliqui ex Electoribus recipiunt vnicam ſchedulam vnico nomine ſcriptam, & nomen electi notum ſcriba reponunt in capſa.*
10 *Electio Regularium ita debet fieri per vota ſecreta, vt fieri nequeat per viam compromiſſi, vel inſpirationis.*
11 *Electio ne dum debet eſſe ſecreta, ſed alio requirit, vt num. 12.*
13 *Abbatiſſa quando eligitur ex tripartito numero monialium duæ partes concurrere debent, niſi loci conſuetudo aliud expoſcat, & in caſu diſcordia Epiſcopus gratificare poteſt.*
14 *Moniales eligere volentes in caſu diſcordiæ, Superior ipſarum votum proferre nequit in electione Abbatiſſæ.*
15 *Electio ad Prælaturas, officia, & alios gradus eſt facienda de perſonis, quæ poſſunt obſeruare Regulas, & Ordinis Conſtitutiones.*
16 *Exceptio inualidationis electionis debet proponi tempore confirmationis, alias eſt nulla, vt num. 17. & 18.*
19 *Electio Correctoris, facta à duobus, eſt valida.*
20 *Duo ſufficiunt ad faciendum Capitulum.*
21 *Canonici ſi priuantur iure eligendi, excepto vno, ille ſolus poteſt facere electionem Prælati.*
22 *Clericus remanens in Eccleſia Collegiata retinet omnia iura ipſius Eccleſiæ.*
23 *Cardinales ſi exiſſent à Conclaue, & vnus tantum remaneret, ille ſolus Papam eligere poſſet.*
24 *In Conuentibus vbi non adſunt pluſquam duo Electores culpa Prouincialis, illi duo poſſunt eligere, cum non debeant priuari beneficio electionis.*

25 Con-

25 *Confirmationi vniuerſaliter facta contrauenire nequit.*
26 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*
27 *Nullum ſtatutum reperitur, quod prohibeat electionem Correctoris, poſſe fieri à duobus.*
28 *Quæ electiones poſſunt fieri vbi non ſunt, niſi tantum tres vocales.*
29 *Exiſtente ſtatuto, vt electio fiat à tribus, an poſſit fieri à duobus, & n. 30. nec tale ſtatutum obſeruatur, n. 32.*
31 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
33 *Lex Papæ non poteſt abrogari abſque ipſius ſcientia.*
34 *Conſuetudo vt inducatur contra Canones, requiritur ſcientia, & expreſſus Papæ conſenſus.*
35 *Papa non habet poteſtatem à Populo, ſed immediatè à Deo.*
36 *Populus non inducit conſuetudinem cõtra Canones, ſed authoritas Papæ permittẽtis.*
37 *Statutum expreſsè contrarium ſanctis Canonibus, an ſit validum.*
38 *Conſuetudo vt habeat vires, quæ requirantur, & quæ quando eſt contra ius, n. 39.*
40 *Teſtes deponentes de immemorabili debent eſſe quinquaginta annorum, & de quibus deponere debent, num. 41. & 44.*
42 *Teſtis deponens de vno, & alio de alij non probat.*
43 *Teſtes non reddentes rationem eorum dictis, non probant.*
45 *Electiones factæ, vt inualidentur, eſt neceſſaria clauſula eam derogans.*
46 *Lex Papæ vt reddat actum nullum, requirit clauſulam derogatoriam.*
47 *Clericus fideiubere pro laico prohibetur, tamen ſi de facto fideiubeat, obligatur, n. 46.*
49 *Electio eſt valida, ſi vnus eligentium votum ſuum publicaret.*
50 *Electio à duobus non præſumitur, poſſe fieri diſcretè.*
52 *Lex nunquam fruſtra loquitur.*
53 *Correctio legum in dubio non eſt facienda.*
54 *Paria ſunt aliquem non eſſe electum, & non adminiſtrare officium.*
55 *Nomina debent habere conſequentiam, conſonantiam, & effectum, alias non dicuntur nomina.*
56 *Eccleſia dicitur viduata ſuo Sponſo, ſi habeat Epiſcopum nominatum non exiſtentem in exercitio ſuæ Diœceſis.*
57 *Vniuerſitas non dicitur habere Syndicum, ſi ille non poteſt, vel nolit adminiſtrare.*
58 *Corrector dicitur, qui poſſeſſionem Conuentus cepit, & adminiſtrauit.*
59 *Vſus contrarius legi dicitur abuſus.*

1 ELectio quorumcunq; Superiorum eſt facienda per vota ſecreta, alias electio eſt nulla, ad text. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 6. de quo præ cæteris. Leiua in exam. Epiſc. lib. 6. cap. 28 à num. 11. cum ſeq. Azor. Inſtit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 10. quæſt. 2. Leo. in theſaur. fori Eccleſiaſt. part. 1. cap. 4. num. 32. cum ſeq. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in collect. deciſ. 751. Caſtellin. de elect. cap. 4. vbi num. 61. ita ſtrictè hoc decretum eſſe intelligendum ſcribit,
2 vt ſi poſt electionem factam in Bullis confirmationis, ſeù patentibus exprimerentur nomina eligentium, electio eſſet nulla, & ita ait decisum.

Quæ ſane diſpoſitio maxima cum ratione eſt condita ad finem, vt abſque
3 timore, quiſque quod ſenſerit loquatur, & voluntariè ſuffragia preſtare valeat

valeat, Frangip. in direct. Eccleſ. diſcipl. tit. de Decan. Collegiat. Eccleſ. num. 32.
4 quoniam votare ſecreto maiorem libertatem, & minorem inconuenientiam parit, quam publicè votare, Bouad. in polit. lib. 3. cap. 7. nu. 38.
5 Ita quod electionem factam per vota non ſecreta ex ignorantia Concilij minimè valere, nec Epiſcopo diſpenſare licere, probatur decisum per Sacram Congregationem Molfeſ. in ſumma theolog. mor. trac. 6. c. 16. nu. 156. tom. 1. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neap. 197. nu. 7. par. 4. quam declarationem ſub expreſſis verbis Nos repoſuimus in praxi noui Iuris Pontificij concl. 1. de elect. num. 3.
6 Nec electio valida reddetur, ſi vnicum tantum ſuffragium publicetur, Rota in Treueren. Abbatiæ 20. Nouembris 1624. coram Illuſtriſſ. D. Coccino, F. Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 31 n. 4. de quo vide num. 49.
7 Et in electione Abbatiſſarum vota oretenùs accipi non poſſe à ſuis Superioribus cum duobus teſtibus, nec poſſe proximum Superiorem huiuſmodi electionem irritam, vt patefactam confirmare, & reualidare abſq; Sedis Apoſtolicæ authoritate, nouiſſimè demonſtrat Illuſtriſſ. Præſul. Ricc. collectan. dec. 2579. vert. in electione, licet idem in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 637.
8 part. 1 autumet in electione Abbatiſſarum, vel alterius Superioriſſæ, poſſe vota ſingularum monialium ab Epiſcopo vna cum Vicario, aut altero viro aſſumpto oretenus accipi, quamuis quinque illa ſciant, ſi tamen id ſit iuxta formam ſtatutorum Religionis, & ita decisum referunt Galet. in margherit. caſ. conſcient. in verbo Abbatiſſa, Garcia de benefic. part. 5. cap. 4. num. 189. Caſtellin. in tract. de elect. cap. 4. nu. 4.
9 Et electionem eſſe nullam, quoties aliqui ex Electoribus vnicam recipiunt ſchedulam vnico nomine ſcriptam, & & nomen electi notum ſcribæ, vel alteri reponũt in capſula, ſimiliter qui accipiunt de manu ſcribæ duas ſchedulas, & vnam quam voluerint reponunt, alteram ſcindunt, quia ſcriba potuit reuelare talem, qui non habuit niſi vnam ſchedulam, vel talem, qui non habuit duas, voluit Rota in Treueren. Abbatię S. Maximi 20. Nouembris 1624. coram Illuſtriſſ. D. Coccino meritiſſimo Decano, & decisum per Sacram Congregationem enunciant Garcia de benefic. dict. cap. 4. num. 193. Fr. Sigiſmund. à Bonon. de elect. dub. 31. nu. 6. Caſtellin. in eiuſdem nominis tract. cap. 5. nu. 25. Illuſtriſſ. Epiſc. Riccius d. deciſ. 97. num. 8. par. 4. qui alia coaceruat in hac materia.

Electio Regularium ita debet fieri per vota ſecreta, vt fieri nequeat per viam compromiſſi, vel inſpirationis, vt decisum habes apud Rodriq. in ſumma cap. 102. n. 2. p. 1. Caſtellin. de elect. cap. 7. num. 7. Garcia de benefic. alleg. c. 4. num. 204. Fr. Sigiſmund. à Bonon. de elect. dub. 2. num. 7.
11 Electio nèdum hodie ſtante conciliari diſpoſitione debet eſſe ſecreta;
12 verum etiam requirit formam, cap. quia propter, de elect. vt lepidiſſimè probatum eſt à Rota in cit. Treueren. Abbatiæ S. Maximi, & in alia Menten. Monaſterij 5. Iunij 1521. coram doctiſſimo viro D. Coccino Decano, quas habes apud Caſtellin. in tract. de elect. cap. 4. in fine, & penès Maſſobr. in praxi habend. concurſ. ad parrochial. prælud. 8. à num. 31. cum ſeq. & meminit nouiter Illuſtriſſ. Ricc. in praxi reſolut. 28. part. 4. & hanc partem agno-

uerunt veram Zerol. in praxi Epiſcop. in verbo Abbatiſſa §. 6. part. 1. Rodriq. in ſumma cap. 102. Azor. inſt. moral. part. 1. lib. 13. cap. 10. quæſt. 2. Fr. Sigiſmund. à Bonon. de elect. dub. 27. num. 10. & 11. & Ego ipſe in Iure Pontificio nouo cit. concl. 1. num. 5. de elect. ita quod non audiatur Mirand. in man. prælat. quæſt. 3. art. 15. concluſ. 2. to. 2. quatenus contrariæ inhæſit ſententiæ, cum communem in ipſum habeat opinionem à Rotæ Auditorio roboratã, addo nouiſſimè Barboſ. in tract. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. de elect. in genere cap. 19. a nu. 153. cum ſeq. vbi pleniſſimè hanc electionis materiam declarat.

13 In electione Abbatiſſæ duas partes concurrere debere ex tripartito monialium numero, niſi alia fuerit loci conſuetudo, & in caſu diſcordiæ licere Epiſcopo vnam nominare, quam magis idoneam iudicauerit, declaratum à Sacra Congregatione Epiſcopoporum in Aſſiſien. 20. Nouembris 1585. nouiſſimè teſtatur Aldan. in compend. reſolut. iur. canon. tit. 28. num. 26. & per prius deciſum fatetur Piaſeg. in praxi Epiſcopal. cap. 3. num. 57. part. 2.

Licet in caſu diſcordię inter moniales volentes eligere nequire Superiorem ipſarum, vel ſcrutatorem proferre votum in Abbatiſſæ electione, deciſum atteſtetur recentiſſime Lauor. var. lucubrat. tit. 14. cap. 24. n. 42.

15 Electio ad prælaturas, officia, & gradus eſt facienda de illis perſonis, quæ poſſint, & conſueuerint Regulas Ordinis, & Cõſtitutiones obſeruare, præſertim, quæ ſpectant ad ſeruitium chori, ac veſtitum, & victum communem, ex Decreto Clement VIII. innouato, & approbato à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Congregatione de mandato S. D. N. Vrbani VIII. in Decret. de Apoſtat. & eiect. vbi ſic pręcipitur omnibus cuiuſcumq; Ordinis Regularibus.

Cęterum quia in hac materia electionis annis longè elapſis exaraui quaſdã Iurium Allegationes placuit illas hic reponere, & ſunt tenoris ſequentis videlicet.

Allegationes Authoris in hac materia Electionis.

OMiſſis amicitiæ fimbrijs, & ſecluſo Aduocationis ſcuto veritatem (prout ſoleo) iuſtè ſectando illiq; (piè, vt meę imbecilles vires ſuppetunt) inhærendo in hac de qua agitur cauſa, ſemoto priuato affectu, cum Amicus Plato, Amicus Socrates, ſed magis Amica veritas, teſte Ariſtot. eſſe debeat, & paribus exiſtentibus amicis Sanctum ſit veritatem in ore proferre; vt enunciat Soccin. in l. ſi me, & Titium num. 3. ff. ſi cert. petat. firmiter aſſeuero iuſtitiam vigere pro Reuerendis Patribus Correctoribus Conuentuum Campaniæ Sancti Elpidij, & Cauæ.

16 Ad cuius indagationem præmitto exceptionem inualiditatis electionis prætenſæ hodie non poſſe allegari, dum illa erat allegãda tempore confirmationis factæ, ad hoc vt vires habere potuiſſet, cum in Iure ſit cautum in

17 electione, ſiue eius confirmatione eſſe faciendam tempore confirmationis, vel paulò poſt, alias contradictio deinde facta nullum parit effectum, l. penul. §. fin. ff. de decur. lib. 10. Crauett. conſ. 854. num. 7. Anna alleg. 15. Paſcal. in tract. de patr. poteſt. cap. 10. num. 7. part. 4. de Franch. deciſ. 609. Caput. in tract. de regim. Reipubl. cap. 12. num. 12. itaque dum hodie prætenſio inuali-

18 ditatis electionis opponatur poſt decem menſes, de ea nulla erit habenda ratio,

ratio, tanquam exceptio non præpoſita in tempore à iure requiſita.
Sed dato, & non conceſſo, quod hodie adhuc eſſent in tempore opponendi
huiuſmodi exceptionem recolendum eſt pro iuſtitia ipſorum de iure Sacro-
19 rum Canonum validam eſſe electionem Correctoris factam à duobus,
20 cap. nullus, de elect. & elect. poteſtat. quoniam duo ſufficiunt ad faciẽdum
Capitulum, vt poſt Abb. & gloſ. aſſerunt Maſcard. de probat concluſ. 184. nu.
9. Rodriquez quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 53. art. 11. in princ. Raguccius in
tract. de voc. can. in cap. quæſito 1. num. 3. & penès ipſos reſidet tota pote-
ſtas, quæ eſſet alias in mille patribus localibus, ſi fortè ibi affuiſsent, quoniam
capitulum in vno poteſt reſidere, quamuis ab vno incipere non poſſit, & in eo
conſiſtit nomen, & memoria Capituli, cap. fin. & ibi gloſ. 75. diſtinct. gloſ.
in cap. cum Prouinciales 64. diſtinct. Bart. in l. grege, ff. de leg. 1. Palma in di-
uerſor. iur. commun. & Regni gloſ. 11. num. 33. vbi num. 35. ait, quod ſi Ca-
21 nonici priuentur iure eligendi, excepto vno, is ſolus poteſt procedere ad
electionem Prælati, ex gloſ. in cap. 2. verſ. pauciores, de poſtul. prælat. firmans
22 num. 36. quod ſi vnus Clericus remanſit in Eccleſia collegiata, retinet om-
nia iura ipſius Eccleſiæ collegiatæ, vt Innoc. in cap. poſtulaui in princ. de iure
patronat. qui idem affirmat in cap. cum à nobis, num. 6. de elect. ſequitur Ang.
in l. ſicut §. in decur. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin. in tantum, quod ſi
23 Eminentiſſimi Cardinales exiſſent à Conclaue, & vnus tantum remane-
ret, poſſet ille ſolus Papam eligere, & legitima erit electio, vt ſcribit gloſ. in
Clement. Roman. §. porro, in verſ. omnes de elect. quia in ipſo ſolum reſidet
authoritas, & ius eligendi.
24 Quare cum in Conuentibus iſtis non aderant alij Electores, culpa Patris
Prouincialis non prouidentis de alijs, non per hoc ipſi, qui remanſerunt de-
berent priuari electionis beneficio, cum in ipſis totum ius Conuentus reſide-
ret, & ideo rationabiliter eligere potuerunt, & valet electio facta.
Quod eo magis verum redditur, dum authoritate Reuerendiſſimi Patris
Generalis Delegati Apoſtolici omnia acta ſint, & electio facta fuerit com-
muniter nemine diſcrepante confirmata in capitulo definitorio, quæ qui-
25 dem confirmatio vniuerſaliter facta operatur, vt hodie contra illam ve-
26 nire non poſſunt ex regula, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non
poteſt, cap. quod ſemel, de reg. iur. in 6. per confirmationes ſiquidem electio-
nis factæ fuit acquiſitum ius electo, & ideo electio hodie reuocari non poteſt,
nec aliqua exceptio inualiditatis opponi debeat, vt decidit Bart. in l. abſenti,
col. 1. ff. de donat. quem ſequitur Caſtrenſ. ibidem col. 1. & plenè Raphael Cu-
man. Abb. conſ. 47. de Franch. in deciſ. 539. qui ita ait deciſum per Sacrum
Conſilium Neapol.
27 Quo ad ſtatutum contra allatum dicitur nullũ tale reperiri, quod prohi-
beat electionem Correctoris fieri à duobus, vel iam factam iubeat, irrita-
ri; nam ſi aduerſarij loquũtur vltimo Capitulo Romano, patet ibi ſolũ decla-
28 rari, quæ electiones poſſunt fieri, vbi non ſunt niſi tres tantum vocales, &
dicitur ab illis non poſſe fieri electionem diſcreti, ſed ſolum electionẽ Corre-
ctoris, & Commiſſi, & aſſignatur cauſa, cur verò loquãtur Patres de Cõgre-
gatione triũ, & non duorum; ratio fortè fuit, quia videbatur à tribus omnibus
F 2 ele-

electio fieri poſſe etiam diſcreti, cum in ea Congregatione licet electio diſcreti, quæ de vno Collegij neceſſario fieri debet reſpectu duorum eligentium non ſit libera, cum vnus alteri cogetur dare votum, eſt tamen libera reſpectu Patris Correctoris volentis eligere vnum de duobus, quod dubium non erat de congregatione duorum, quare oportuit declarare etiam in congregatione trium non poſſe fieri diſcreti electiones, eo quod maior pars libera non ſit, non tamen valet inferre ab hac negatiua, ibi non ſit mentio congregationis duorum; ergo duo tantum non poſſunt eligere Correctorem, quandoquidem plenam libertatem habeat eum eligendi ex tota ſphera Prouinciæ.

Imò ex abundanti etiam exiſtente expreſſo ſtatuto, vt electio fieri debeat per tres, ad hoc vt valida reddatur, id minimè poteſt, ſiquidem cum de iure
30 Sacrorum Canonum valida ſit electio facta à duobus, vt ſupra firmaui-
31 mus; & comprobatur nam in ore duorum, vel trium, ſtat omne verbum, Couarr. in cap. cum eſſet, num. 3. de teſtam. Sot. de iuſtit. & iure lib. 5. quæſt. 7. art. 2. Treutler. ſelect. par. 1. diſput. 1. Coler. deciſ. Germ. 120. ſequitur, vt tale
32 ſtatutum non ſit obſeruandum, quia de directo contraueniretur diſpoſi-
33 tioni, cap. 1. de elect. quod cum ſi lex Papæ nō poteſt abrogari ſaltem abſq; illius ſcientia, & egregiè probat Driedon. de libert. chriſtian. lib. 1. cap. 2. in fin. Vaſquez in D. Thom. 12. quæſt. 97. & ibi Petr. de Lorca in tit. de legib. diſputat. 29. in princ.

34 Idemque etiam dicitur de conſuetudine, quæ ſupponitur, nam ad inducendam conſuetudinem contra Canones, prout in caſu noſtro requiritur ſcientia, & expreſſus Papæ conſenſus, etiam quantocumque temporis ſpatio illa fuerit ſeruata, Archidiac. in cap. de beneficijs num. 2. circa medium de præbend. in 6. vbi Io. Andr. poſt princ. Gemin. num. 2. & Franch. num. 3. & 4. Sanct. Antonin. in ſumma part. 1. tit. 16. cap. 11. §. 2. ante finem, Salas de legib. diſput. 19. num. 62. Verall. deciſ. 204. num. 3. part. 3. Rota in Romana Concordiæ Sancti Petri 12 Februarij coram Eminentiſſimo Caualerio, cuius cō-
35 cluſionis ratio eſt, nam Papa non habet poteſtatem à Populo, ſed immediatè à Deo, & ideo non eſt Populus, qui inducit conſuetudinem contra Ca-
36 nones, ſed authoritas Papæ permittentis, Abb. in cap. fin. nu. 8. de conſuet. Salas de legib. q. 97. tract. 14. diſp. 19. ſect. 6. num. 59.

Quæ & magis de plano ſuccedunt, cum fœlicis memoriæ Paulus Papa III. in Bulla confirmationis Capituli Generalis Paulæ dicat illa ſtatuta confir-
37 mare niſi aduerſentur; vnde cum hoc ſtatutum expreſsè ſit contra Sacros Canones de illo nulla erit habenda ratio.

38 Quinimò vt conſuetudo allegata poſſit habere vires, deberet conſtare de tribus coniunctim, nempè de temporis diuturnitate, de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur, & de illius frequentia, & taliter quod appareat, interueniſſe tacitum conſenſum maioris partis monachorum, Curt. iun conſ. 184. num. 1. latè Dec. conſ. 215. ſub num. 2. Crau. conſ. 134. Puteus dec. 364. lib. 1. Creſcent. deciſ. 1. de ſubfeud. & quando eſt contra ius, prout eſt in caſu noſtro, debet eſſe immemorabilis, Iaſ. in l. de quibus col. fin. ff. de legib. Dec. conſ. 141. Rocch. de Curte in cap. fin. de conſuet. vnde requirit altiorem,
40 & clariorem probationē, Bellam. deciſ. 65. nā teſtes debent ad minus eſſe quin-

Digitized by Google

quinquaginta annorum. Verall. deciſ. 71. part. 3. & debent deponere cum omnibus requiſitis, de quibus per gloſ. communiter receptam, & à Rota ſepiſſimè comprobatam in cap. 1. verbo memor. vbi Archidiac. Gemin. Frãch. & alij de præſcript. in 6. videlicet de viſu per quadraginta annos, de auditu.
41 à maioribus, quod ita viderunt ſuo tempore, & quod nec ipſi, nec eorum maiores viderunt, vel audierunt, aliquid in contrarium, & de publica voce, & fama ante motam litem, Couar. in reg. poſſeſſ. part. 2. § 3. num. 7. Mileus in ſuo repert. in verbo teſtis, Bald. de preſcript. quæſt. 2. in 2. par. n. 24. par. 3. Mohedan. deciſ. 253. & ſepius voluit Rota in vna Tulen. iuriſdictionis 22. Maij. 1596. coram Eminentiſſ. Cardinali Pamphilio in Pamphilonen. decimarum 21. Maij 1603. coram eodem, & in Valentina decimarum 14. Nouembris 1593. coram R. P. Penia.

Et quilibet teſtis debet deponere de omnibus requiſitis, de quibus ſupra,
42 alias ſi vnus de vno deponat, & alius de alio non fit coniunctio, neque valet depoſitio, vt voluit Rota in Hiſpalen. decimarum de Tribuxena 20. Maij 1594. coram Eminentiſſ. Cardinali Mantica, & debent à teſtibus dicta requiſita expreſsè recenſeri, alias ſi dicant articulum verum non probant, niſi reddant
43 rationem eorum dicti, Verall. deciſ. 71. num. 3. & deciſ. 297. part. 3. & Rota in vna Iacen. Parrochialis 27. Iunij 1603. coram Eminentiſſimo Cardi-
44 nali Pamphilio, itē quod fuerint facti intuitu conſuetudinis, & ad effectum inducendi illam, Dec. conſ. 215. nu. 3. Neuizz. conſ. 9. nu. 31.

Quæ omnia cum deficiant in caſu noſtro, merito non debemus curare de allegata conſuetudine.

Et licet ſtatutum eſſet in viridi obſeruantia, quod aduerſatur electionibus factis à duobus, dum illud ſimpliciter loquitur electionem fieri poſſe à tribus, & expreſsè non diſponat, quod alias electio facta non valeat, & ſic non vtitur aliqua clauſula irritanti, quæ quidem neceſſaria eſt, ad hoc vt electiones factæ poſſent inualidari, cap. quo ad ſuper his, in fin. de conſanguin. & affinit. cap. ſuper eo, in princ. de cognat. ſpiritual. Roman. conſ. 322. num. 12. Alex. conſ. 41. num. 13. & 14. Socc. ſen. conſ. 87. num 6. lib. 3. Iaſ. conſ. 85. num. 8. & 9. lib. 3. Salas de legib. q. 96. tract. 14. diſp. 16. ſect. 10. num. 29. quam difficultatem præſentiens Summus Pontifex, meritò illam appoſuit in cap. quia propter, de elect. ibi aliter electio facta non valeat, mandauerat ibi Papa, qualiter electio fieri deberet, & deinde in fine tali vſus eſt clauſula ad effectũ, vt electio alio modo facta vana, & eluſoria redderetur; prout in puncto illius text. dicunt Compoſtel. n 20. Andr. num. 37. in verb. non valet, Innocent. n. 6. in eod. verbo, Guglielm. Mandag. in tract. de elect. cap. 22. vbi addit. lit. B. quod cum deficiat in ſtatuto, de quo loquimur, meritò electio facta valida reputari debet, & talis ſtatuti quo ad inualiditatem electionis nulla ratio eſt habenda;
46 nam ſi in lege à Papa promulgata, ad hoc vt actus reddatur nullus, requiritur clauſula irritans; ergo quanto magis à fortiori in ſtatuto facto ab inferiore, erat neceſſaria huiuſmodi clauſula ad effectum inualidandi huiuſmodi electionem, ita quod loquendo de huiuſmodi ſtatuto, poſſumus vti regula illa, vt multa iam facta tenent, quæ fieri prohibentur, l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. vbi latè Iaſ. cum adductis per Car-

dinal Tuſc. concluſ. 12. lit. T. pro quo confert illud, quod videmus in Cleri-
47 co, qui prohibetur fideiubere pro laico, cap. 1. de fideiuſs. tamen ſi de fa-
48 cto fideiubet, fideiuſſio eſt valida, & tenet ita, quod reſcindi nequit, cap.
peruenit, & cap. conſtitutus, de fideiuſs. Roman. conſ. 409. num. 18. Gomez.
var. reſolut. in tit. de contract. cap. 13. num. 18. Marſil. conſ. 19. num. 13. Zanch.
de priuileg. Eccleſ. priuileg. 115. num. 5. Guttierez in tract. de contractib. iuratis
cap. 72. num. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 46. num. 15. vbi late,
adducit ſimilia Graſſ. de effect. cleric. effect. 44. num. 3.

Nec obſtant quædam litteræ miſſæ, quibus apertè ſignificabatur, electionem Correctoratus fuiſſe factam in perſonam Fr. Caroli à Neap. ex quo putat Pars aduerſa electionem fuiſſe publicatam, & non ſeruatum, fuiſſe mandatum Sacr. Conc. Trident. & cap. quia propter, de elect.

49 Nam Reſpondetur, validam eſſe electionem, quoties vnus eligentium ſuffragium, vel votum ſuum publicaret prout in caſu de quo agitur Nauarr. videndus in hoc conſ. 4. de elect. Sayr. deciſ. 4. eod. tit. Molfeſ. in ſumma in tit. de benef. cap. 16. tom. 1. nam dicitur parua contrauentio, quamuis id fiat per malitiam, & ideo non curandum; Garzia de benef. par. 5. cap. 4. num. 183. & ſic reſpondetur ad cap. 4. Valentiæ num. 26. in quo cum non adſit decretum irritans, neque pœna annullatiua actus nullitas non inducitur ipſo iure, argum. text. & quod ibi communiter notant Scribentes in l. cum his, ff. de trãſact. gloſ. communiter recepta in rub. ne fideiuſſ. dot. dentur, Gomez. deciſ. 6. cum vulgaribus, præterquam quod de dicta publicatione nec verbum quidem in proceſſu.

50 Nec obſtat, quod in duobus eligentibus non poteſt præſumi electionem, poſſe fieri ſecretè; nam cum Sacri Canones vigore dicti cap. 1. de elect. permiſerunt electionem poſſe fieri à duobus ſanxerunt, quod conſequẽter talis electio præſumatur ſecreta, alias ſequeretur abſurdum, & ſibi ipſis contradice-
52 rent, quod non eſt præſumendum, cum lex nunquam fruſtra loquatur. Iaſ. in l. ait Prætor, num. 1. de iureiur. Armendar. in addit. ad recopil. leg. Nauarræ, in proem. & legum correctio eſt vitanda. Surd. deciſ. 21. n. 19. Tuſch. concluſ.
53 1036. lit. E. cum in dubio legum correctio non ſit facienda, l. ſi quando, C. de inoff. teſtam. l. 1. C. de inoff. dot. l. præcipimus in fin. C. de appellat.

Quò autem ad electionem Patris Correctoris Cauæ, neque curandum eſt de prætenſione aduerſariorum, nam ſi fuerit anno præterito electus ad alium Correctoratum Caſertæ, dum renunciauit illi, & eo vti noluit, non electum
54 fuiſſe dicendum eſt, cum paria ſint aliquem non eſſe electum, & non ad-
55 miniſtrare officium, cum nomina debeant habere conſequentiam, conſonantiam, & effectum, alias non poſſunt dici nomina, l. vnica, & ibi Bart. C. de nou. iur. quæſit. tollend. inferens ibi Epiſcopos abuſiuè dici, qui in eorũ diœ-
56 ceſi non adminiſtrant; prout Eccleſia viduata dicitur ſuo Sponſo ſi habeat Epiſcopum nominatum, ſed non exiſtentem in exercitio ſuæ diœceſis, puta quia non cœpit poſſeſſionem, argum. text. in cap. inter corporalia, de translat. Epiſc. Luc. de Penna in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit. lib. 12. quemadmo-
57 dum etiam Vniuerſitas non dicitur habere Syndicum, ſi ille non poteſt, vel nolit adminiſtrare, l. 1. §. quod ſi nemo, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.

In tantum, quod electio in ipſius perſonam facta, nihil officit, dum poſſeſſionem non accepit, neque adminiſtrauit, cum in tantum appelletur quis
58 Corrector in quantum poſſeſſionem conuentus accepit, & adminiſtrauit vti talis, prout loquendo de Officiali temporali, aſſerunt Duen. in reg. 234. Gabr. concl. 3. de execut. rei iudi. Boer. deciſ. 150. num. 6.

Inſuper dicitur Primo, prætenſum ſtatutum non eſſe in vſu, præſertim cum qui electus eſt Corrector officium non exercuit; quod nouiſſimè patet ex actibus Capituli Prouincialis vltimi, in quo fuit electus Pater Frater Stephanus de Sanſeuerino in Prouincialem, in eo enim cum eſſent electi Frater Vrbanus à Neapoli in Correctorem Cauæ, & Frater Ianuarius de Nuceria in Correctore Nuceriæ, & renunciaſſent officijs prædictis, Frater Vrbanus quidē vnus ex opponentibus, & inſtantibus quintum circiter poſt mēſem eiuſdē anni fuit electus, & confirmatus in Correctorem S. Frācisci Neapolitani; Frater autem Ianuarius reuoluto anno fuit immediate poſtea electus in Correctorem Conuentus Caſtri Maris; & quia Frater Hieronymus de Martino electus in Correctorem Eboli, officium renunciauit in Capitulo Prouinciali Ciuitatis Cauæ, & anno immediatè ſequenti fuit electus Corrector Nolæ; ita Frater Petrus à Neapoli renunciauit annis elapſis Correctoratui Sancti Georgij & illico fuit electus pro collega Prouincialis, ipſe verò Fr. Ioannes Baptiſta ad præſens Corrector Cauæ, nunquam Correctoratum Caſertæ acceptauit, imò nec nomen, nec locum huius dignitatis vſurpauit, vt ſi opus fuerit euidenter conſtabit, fuit enim per totum illum annum Magiſter Nouitiorum.

Secundo, nihil facit contra hanc electionem ſtatutum, ſi in eo nulla adeſt clauſula irritans iuxta regulam.

Tertio, quia ſecundum Regulam minimorum num. 49. fol. 16. potuiſſet eligi etiam ſi exercuiſſet maiorem partem officij Caſertæ, ex Paſſarell. in ſecl. Capituli Ianuenſis nu. 48. fol. 160. nullum verò eſt ſtatutum contrarium
59 regulæ, ſicut vſus contra ius legis abuſus dicendus eſt.

Quarto, denique, quia in Capitulo definitorio, in quo Reuerendiſſimus Pater Generalis præſidebat nemine diſcrepante, fuit confirmata electio prædicti Prioris Correctoris Cauæ, quare definitores opponentes non debent audiri.

Circa id verò, quod dicitur in cap. 5. Valentiæ num. 19. Dico Primo, quod ibi loquitur de Collegiatis, Prouinciali, Generali, & Correctorali non de officio Correctoratus; de qua regula num. 49. fol. 16. & vt ſupra.

Dico Secundo, non eſſe in vſu, etiam ſi quis renunciauerit officium ſuum exercuerit, nam Pater Frater Vincentius de Coſentia renunciauit officio Prouincialatus Tuſcæ, quod per plures menſes exercuerat, & tamen immediatè fuit electus in Collegam Generalem, quod officium cum careat omni iuriſdictione, & præeminentia, certè minus eſt quam Prouincialatus, item multi renunciauerunt collegatui Prouinciali circa finem biennij, & immediatè fuerunt electi in Cōmiſſarios ad Capitulum Generale, vt in particulari, quia Frater Benedictus de Catania, qui interfuit capitulo vltimo Romano.

Tertio dico, hoc ſtatutum non continere aliquam clauſulam irritantem. Ideò &c. *Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.*

ELECTIO CONFIRMANDA.

SVMMARIVM.

1 *Electio debet confirmari, cum indigeat confirmatione.*
2 *Electus ante confirmationem acquirit ius ad Prælaturam, non autem exercitium.*
3 *Confirmatio à quo eſt facienda.*
4 *Generales plurium Religionum ex eorum priuilegijs eo ipſo, quòd ſunt electi, ſunt confirmati à Sede Apoſtolica.*

1 ELectio vbi eſt facta, debet confirmari, cum in quacumq; electione neceſſaria ſit confirmatio.cap.auaritiæ.de elect.in 6.cum ante confirma-
2 tionem electo acquiratur ius ad Prælaturam, & non exercitium, Nauarr. comment.2.de regul. num.65.
3 Quæ confirmatio facienda eſt à proximo Superiore, cap.nihil, §. cæterũ, de elect. & alia ad materiam coaceruat nouiſſimè Lezana in ſumma quæſt. regular.cap.15.num.35.vbi ad noſtrum propoſitum reportat, Generales plurium Religionum ex multis priuilegijs illis conceſſis, eo ipſo, quod ſunt electi,ſunt à Sede Apoſtolica confirmati, ex Bulla Sixti V. incip. Dum adtenta, addo Rodriq.qq.regular.to.2.quæſt.52.art.3.Fr.Sigiſmund.à Bon. in tract.de elect.dub.48.nouiſſimè Barboſ.in tract.de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. tit. de elect.Prælat.in genere cap.19.n.250. quo in loco alia de confirmatione exan. clat,de qua etiam modernè Lauor.variar.lucubr. tit.4. cap.25.

ELECTORES, ſiuè ELIGENTES.

SVMMARIVM.

1 *Electores Prælatorum, ſeù Superiorum Religionis debent eſſe in illa profeſſi ſaltem tacitè, & in ſacris conſtituti, num.2.*
3 *In Eccleſijs etiam Regularibus nemo habet vocem niſi ſit in ſacris conſtitutus.*
4 *Vſus nonnullarum Religionum eſt, vt ſeniores tantum habeant vocem in electione Prælatorum, tamen in ſacris conſtituti, & nullo impedimento detenti eligere valeant, vt num.5.& 6.*
7 *Electores habentes vocem, ſi ſint abſentes, poßunt deſtinare procuratorem, qui eligat.*
8 *Conſuetudo, & ſtatuta Religionum ſunt ſeruanda.*
9 *Mandatum procurationis ad finem eligendi quale eſſe debeat.*
10 *Electores ante actum electionis tenentur iurare ſe electuros probiores, & magis idoneos.*
11 *Electio de digno omiſſo digniore in foro exteriori valet.*

1 ELectores, ſeù eligentes Prælatorum, ſeù Superiorum Religionis nè dum debent eſſe in illa profeſſi ſaltem tacitè, & clerici, ad text. in cap.

2 ex eo,§.in Eccleſijs,& cap.indemnitatibus, de elect. in 6. verum etiam in ſacris conſtituti,clem. vt ij qui de ætat. & qualit.vbi ſtatuitur nullum in Eccleſijs
3 etiam Regularium vocem habere in Capitulo,quamuis ſi hoc ab alijs concedatur, niſi ſaltem in Subdiaconatus ordine ſit conſtitutus; quod nouiſſimè vides confirmatum per Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 22.capit. 4. ad ornatum Azor.inſtit.moral.part.2.lib.3.cap.11.quæſt. 20. Laiman. in quæſt. can.de Prælat.Eccleſ.quæſt.28.reſponſ.2.& quæſt. 181.reſponſ.3.Sell.in ſelect. canon.cap.2.Illuſtriſſ.Epiſcop.Ricc.in praxi fori Eccleſiaſt.reſolut.486.part.1. Ragucc.in tract. de voce canon.quæſit.24.Aldan.in compend.reſolut.canon. lib.1.tit.8.nouiſſimè Barboſ.in tractat.de canon.& dignitat.cap.37.& antea Monet.in tract. de diſtrib.quotid.quæſt.20.part.2.

4 Hinc licet nonnullarum Religionum vſus ſit,vt tantum ſeniores, aut æta-
5 te prouectiores in electione Prælatorum vocem habeant; congruentius tamen eſt, vt ſinguli in ſacris conſtituti aliquo impedimento imbuti non exiſtentes, ſuffragia dent, Nauarr.conſ.2.de conſuet. Sayr.deciſ 2.eod.tit. Lezana recenter in ſumma qq.regul.cap.15.num.4. vbi etiam ex Conc. Tridentin.
6 d.cap.4. autumat ſuffragium, ſeù votum datum à non exiſtente in ſacris, nedum illicitum, ſed pariter inualidum eſſe, quod anteà agnouerat verum Suarez tom.4.de relig.tract. 8.lib.2.cap.4.n.8.

7 Electores quibus competit ius eligendi, ſi fuerint abſentes ex iuſto impedimento detenti poſſent deſtinare Procuratorem, qui habeat vocem in electione non obſtante Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.6.mandante,vt in poſterum non liceat voces,& ſuffragia abſentium ſupplere, quia mens Concilij tantum fuit tollendi conſuetudinem aliquorum Prælatorum, qui vt electiones ad eorum beneplacitum peragerent vocem, & votum abſentium dabant alijs, ſic declaraſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium eiuſdem Concilij Interpretum in anno 1570.poſt Paſſarell.in Comp.priuileg. Minim.& Rodriquez tom.2.qq.regular.quæſt.61.art.6.enunciat Lezana in ſumma qq.regular.d.cap.15.nu.9. autumans, ſeruandam tamen eſſe Religionum
8 conſuetudinem,ac ſtatuta, ex Syluestr.in ſumma in verbo electio quæſt. 3. Barboſ.in tract.de Canonic.& dignitat.cap.39.à num.14.

9 Sed quale debeat eſſe mandatum procurationis ad hunc finem eligendi, vide infra in verbo Procurator.

10 Electores antequam ad electionis actum deueniant, tenentur iurare ſecũdum veritatem cuiuſque conſcientiæ, probiores, ac magis idoneos ſe electuros, vt in Decret. Clement. VIII. approbato, & innouato à Sacra Congregatione Concilij de mandato S. D. N. Vrbani VIII. in Decret. de Apoſtat. &
11 elect. quamuis de iure communi in foro exteriori electio de digno omiſſo digniori valeat, cap. cum nobis, de elect. cum concordant. de quibus fusè apud Garc.de benefic.par.7.cap.16. Valer.in different.inter vtrumque forum in verbo electio,Ludouiſ.dec.11.Epiſcop.Ricc.deciſ.Cur.Archiep.214.p. 3.

ELEMO-

ELEMOSINÆ.

SVMMARIVM.

1 *Elemoſinæ, quæ per pactum Sacriſtis, & Infirmariis Monaſteriorum monialium dantur, non comprehenduntur in decreto, quo propinarum ſolutio à monialibus dum ad habitum admittuntur fieri ſolita interdicitur.*
2 *Fratres de Redemptione captiuorum poſſunt quærere elemoſinas.*

1 ELemoſinæ, quæ per pactum Sacriſtijs, & Infirmarijs Monaſteriorum monialium dari ſolent, non comprehenduntur in decreto, quo propinarum ſolutio à monialibus, dum ad habitum, vel ad profeſſionē admittuntur fieri ſolita interdicitur: ita decidit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium de ann. 1616. ſub die 5. Nouembris in vna Vlisbonen. refert Sellius in ſelect. canon. cap. 16. num. 24.
2 Elemoſinas quærere poſſunt Fratres de Redemptione Captiuorum, ex Bulla Clementis VII. incip. Gratum, edita in anno 1524. licet ſecus in ſtatu Eccleſiaſtico, ex Bulla Sixti V. incip. Cum benigna, promulgata in anno 1586.

EPISCOPVS.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſi efficiatur Regularis, non gaudet priuilegiis ſuæ Religionis.*
2 *Epiſcopus Regularis non fruitur indulgentiis ſuæ Religionis.*
3 *Epiſcopi aſſumpti à Religionibus, ad illas regrediendo dignitates, & officia illarum habere nequeunt.*
4 *Epiſcopus Regularis non tenetur recitare officium ſecundum Ritum ſuæ Religionis, ſed ſecundum ſuæ Eccleſiæ.*
5 *Epiſcopus ex Religione S. Franciſci Minorum Obſeruantiæ, poteſt recitare officia Sanctorum Ordinis S. Franciſci, ac miſſas celebrare.*
6 *Regularis per Epiſcopatum efficitur liber à Regulari obſeruantia, & poteſt edere carnes in diebus, in quibus in ſua Religione non eſt licitum, n. 7.*
8 *Religioſus factus Epiſcopus, efficitur Dominus redditu um Eccleſiaſticorum.*

1 EPiſcopus ſi efficiatur Regularis, priuilegijs ſuæ Religionis non gaudet, vt extat motus proprius Sixti Quinti, de quo Rodriq. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 58. artic. 4. & hanc partem probat Mandoſ. de priuileg. ad inſtar. gloſ. 3. num. 11. & recenter ſectatur Lauret. de Franch. in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. quæſt. 116. pagina mihi 469. vbi alios in ſequentibus quæſtionibus reſoluit articulos circa Regulares Epiſcopos, vnde probat Ro-
2 driquez in addit. ad ſummam in verbo Epiſcopus c. 68. concluſ. 10. Epiſcopum Regularem non frui indulgentijs Religionis.

3 Epiſco-

3 Epiſcopi ex Religionibus aſſumpti, & ſi ad illas regrediantur dignitates, & officia illarum obtinere minimè valent; ita cautum eſt ſpeciali Bulla Pauli IV. incip. In ſacra, promulgata de anno 1599. ſub die 19. Iulij.

4 Epiſcopus Regularis minimè tenetur diuinum officium iuxta ſuæ Religionis ritum perſoluere, quinimò debet ſuæ Eccleſiæ ritum ſequi. Abb. in cap. pen. de vit. & honeſt. Canon. Azor. inſtit. moral. lib. 10. cap. 7. quæſt. 4. Lauret. de Franch. in controu. inter Epiſc. & Regular. quæſt. 115. pag. mea 469. Cened. de paupert. relig. dub. 43. S. Fauſto in theſaur. relig. lib. 6. quæſt. 194. num. 3. Diana reſolut. moral. part 3. tract. 2. de dub. Regular. reſolut. 50. verſ. hinc infertur, & ita reperio determinaſſe Sacram Congregationem Rituum pro Regulari promotoq ad Epiſcopatum ſub die 11. Iulij de anno 1605.

5 At obſeruabis Epiſcopo ex ordine S. Franciſci Minorum Obſeruantiæ aſſumpto concedi, vt valeat recitare tuta conſcientia Officia Sanctorum Ordinis S. Franciſci, & celebrare eorum miſſas, dummodo priuatim celebret in ſua Cappella dictis diebus Sanctorum Ordinis cum Miſſali Romano, & officium pariter recitet cum Breuiario Romano, ita cenſuit eadem Sacra Congregatio Rituum in vna Maioricen. ſub die 6. Decembris 1631.

6 Ratio autem quare ad officium propriæ Religionis non tenetur procedit eo quia per Epiſcopatum liber eſt ab omnibus Regulæ obſeruantijs, iugoque monaſticæ diſciplinæ, itaut nec ſub veniali culpa teneatur ad obſeruantias regulares, Leſſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 113. Sanchez in ſumma lib. 6. cap. 6. num. 19. tom. 2. Santarell. in tract. de Apoſtat. cap. 6. dub. 3. num. 17. Villalob. in ſumma tract. 36. dub. 40. n. 17. tom. 2.

7 Tali modo, vt ſi Religioſus Epiſcopus edat carnes feria 6 in qua Natiuitas Domini incidit aduerſus id, quod mandatur in regula, minimè peccat, Sanch. in ſumma cit. cap. 6. num. 20. Barboſ. in collect. tom. 4. part. 2. cauſ. 18. quæſt. 1. n. 13. Santarell. de Apoſtat. cit. cap. 6. dub. 3. num. 20. Cened. de paupert. relig. d. dub. 43. aſſerens id eſſe verum etiam reſpectu Epiſcopi Ordinis Minimorum

8 S. Franciſci de Paula, refert nouiter Dian. cit. reſol. 50. vbi principaliter diſcutit, ſi Religioſus factus Epiſcopus, efficiatur Dominus reddituum Eccleſiaſticorum, & abſoluatur à voto paupertatis, & contra Tanner. in 2. 2. D. Tho. diſp. 5. quæſt. 4 dub. 6. num. 131. & alios, cum affirmatiua pertranſit ſententia cum Sot. de iuſtit. & iure lib. 7. quæſt. 4 art. 2. ad vltim. Vaſquez in p. 2. q. 96. artic. 4. diſp. 165. cap. 8. num. 91. & 104. & ex alijs.

EPISCOPVS quoad REGVLARES.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſi in die Palmarum cum Capitulo, & Clero perſonaliter ad Monaſterium Regularium accedere tenetur, palmas benedictas priuatim è quo ad Abbatem.*

2 *Epiſcopus in materia hæreſis procedit contra Regulares.*

3 *Regulares in materia hæreſi non ſubſint eorum Superioribus; ſed Epiſcopis, & Inquiſitoribus.*

4 *Epiſcopus habet poteſtatem in Regulares in omnibus, quæ ſunt poteſtatis Epiſcopalis.*

5. Re-

5 *Regulares ſubiiciuntur Epiſcopis in petitione Criſmatis, conſecrationis Eccleſiarum, & ordinum ſuſceptionis.*

6 *Epiſcopus poteſt procedere aduerſus Regulares vagantes de vno ad alium ordinem.*

7 *Epiſcopus ob cuſtodiendam clauſuram in Monaſteriis monialium Regularibus ſubiectarum, poteſt imponere pœnam excommunicationis circa aperturam oſtii.*

8 *Epiſcopus an habeat poteſtatem in Regulares prædicare volentes, remiſſiuè.*

9 *Epiſcopus poteſt punire Regulares ab eorum Monaſteriis recedentes abſque Superiorum licentia.*

10 *Epiſcopus in Monaſteriis Regularibus ſubiectis examinat illas, quæ moniales fieri volunt.*

11 *Epiſcopus poteſt prohibere nè puellæ admittantur ad profeſſionem, niſi ipſe voluntatem explorauerit.*

12 *Epiſcopus poteſt cogere Regulares, vt accedant ad proceſſiones publicas.*

13 *Epiſcopus poteſt componere controuerſias de præcedentia inter Regulares.*

14 *Epiſcopus poteſt prohibere nè Regulares in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſeculares exteros ad diuina officia celebranda permittant.*

15 *Epiſcopus circa obſeruantiam Feſtorum habet iuriſdictionem in Regulares.*

16 *Epiſcopus compellit Regulares ad reſtituendum, quæ habuerunt à Nouitio, qui profeſſionem facere non curauit, quod procedit, ſi egreditur propter infirmitatem, & non emiſſa profeſſione moriatur, n. 17.*

18 *Epiſcopus pro obſeruantia interdictorum habet poteſtatem in Regulares.*

19 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Regulares confeſsiones audire volentes.*

20 *Epiſcopus quando poſsit reuocare, & ſuſpendere licentias confitendi Regularibus iam conceſſas.*

21 *Epiſcopus an poſsit Regularibus præſcribere, vt tantum in certis locis, & temporibus, & certarum perſonarum confeſsiones audiant.*

22 *Declaratio Sacræ Congregationis.*

23 *Epiſcopus, cui incumbũt correctiones, & viſitationes exemptorum, poteſt procedere contra conſeruatores impedientes.*

24 *Epiſcopus poteſt cogere Regulares prædicare volentes ad Fidei profeſsionem faciendam.*

25 *Epiſcopus preeſt Regularibus quo ad renunciationes faciendas.*

26 *Epiſcopus debet interuenire quo ad nullitatem profeſſionis Regularium.*

27 *Epiſcopus habet poteſtatem in Regulares, vt non valeant imprimi facere libros, niſi eius præcedente licentia.*

28 *Epiſcopus poteſt cogere Regulares debitores in cauſa mercedis, & miſerabilium perſonarum.*

29 *Epiſcopus in concernentibus curam animarum, habet poteſtatem in Regulares, qui decreta viſitationis obſeruare tenentur, num. 30.*

31 *Epiſcopus poteſt punire Regulares extra Monaſteria degentes ſi delinquant, quod procedit etiam ſi degunt in Monaſteriis, & delinquunt extra clauſtra, num. 32.*

33 *Epiſcopus habita notitia delicti Regularis extra clauſtra delinquentis poteſt capere informationem, & ad Regularium Superiorem mittere.*

34 *Epiſcopus poteſt cogere Regulares ſuæ Diœceſis, vt ſacræ Scripturæ lectionem in ſuis Monaſteriis faciant.*

Epiſco-

Epiſcopus poteſt viſitare Regulares degentes extra clauſtra occaſione docendi Doctrinam Chriſtianam, ibidem.

35 *Epiſcopus non debet ſe interponere in Monaſteriis, in quibus obſeruantia Regularis viget.*

36 *Epiſcopus nequit compellere Regulares exercentes curam animarum in eorum Monaſteriis, vt interſint diuinis officiis diebus Sanctorum Ciuitatis Protectorum in Eccleſia Cathedrali.*

37 *Epiſcopus nequit cogere Regulares ad faciendam collectam illius.*

38 *Epiſcopus non habet iuriſdictionem in Monaſteriis immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectis, niſi in concernentibus ſpiritualia.*

39 *Epiſcopus poteſt cogere Regulares, vt in offertorio miſſarũ conuẽtualiũ in diebus Dominicis declarent fidelibus feſtiuitates, & ieiunia in illa hebdomada occurrentia.*

40 *Epiſcopus etiam in Eccleſiis Regularium poteſt cantari facere miſſas Rogationum per ſuos Canonicos.*

41 *Epiſcopus habet poteſtatem in moniales, quæ priuilegio, & Papæ indulto ſunt immunes in ſpectantibus ad clauſuram, & ſpiritualem rerum curam.*

42 *Epiſcopus poteſt cogere Regulares, vt attollant Baldachinum quando in eorũ Eccleſiis Pontificalia exercere voluerit.*

1 EPiſcopus ſi in die Palmarum vna cum Capitulo, & clero perſonaliter ad Monaſterium Regularium accedere teneatur, debet ipſe benedicere palmas priuatiue quo ad Abbatem, ita cenſuit Sacr. Congregatio Rituum in vna Fanen. de anno 1601. ſub die 11. Aprilis.

2 Epiſcopus procedit in materia hæreſis contra Regulares cum in tali caſu
3 Regulares, etiam exempti non ſubſint eorũ Superioribus, ſed Epiſcopis, & Inquiſitoribus, vt ſancitum per Bullam Pauli V. incip. Romanus Pontifex, ad cuius ornatum nonnulla exarat Canonicus Nouarius frater in ſumma Bullar. in tit. de hæreſi, & vide infra in verbo hæreſis.

4 Epiſcopus habet poteſtatem in Regulares in eis omnibus, quæ ſunt pote-
5 ſtatis Epiſcopalis, cum Regulares ſubijciantur Epiſcopis in petitione Criſmatis, conſecrationis, Eccleſiarum, ſuſceptionis ordinum, & ſimilium, ita Sacra Congregatio declarauit ex cap. veniens, vbi Abb. notab. 2. præſcrip. Gloſ. in cap. Abbatibus 17. quæſt. 2. Cochier. in trac. de iuriſdict. in exempt. quæſt. 11. part. 4. probat Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 105. num. 65. part. 3. & vide in verbo ordo.

6 Epiſcopus procedere poteſt aduerſus Regulares vagãtes de vno in alium ordinem tranſlatos, ex Bulla Pij V. reuocatoria indultorum recipiendi, aut retinendi Religioſos alterius Ordinis etiam laxioris, ita probat Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauar. l. 7. de relig. num. 68. lib. 1. tit. 18. annuens deciſum à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatione.

7 Epiſcopus ob clauſuram cuſtodiendam in Monaſterijs monialium Regularibus ſubiectarum, poteſt ſtante decreto Concil. Trident. cap. 5. seſſ. 25. de regularib. & Bulla Gregorij XV. de exemptor. priuileg. excommunicationis latæ ſententiæ pœnam ſibi reſeruatæ imponere circa aperitionem oſtij clauſuræ extra caſus indigentiæ, necnon circa acceſſus, & colloquia cum monialibus,

bus, ac dicta excommunicatio ligat nedum Regulares accedentes, verum etiam moniales facta de eis mentione, adeò vt Superior Regularis ab eadẽ excommunicatione abſoluere nequeat, ita Sacra Congregatio Concilij in Viterbien. 26. Iunij 1626.

8 Epiſcopus in Regulares prædicare volentes habet poteſtatem, vide in verbo prædicare.

9 Epiſcopus punire poteſt Regulares, qui abſque licentia Superiorum recedunt ab eorum Monaſterijs animo recedendi ad ipſos Superiores, vide infra in verb receſſus à Monaſterijs.

10 Epiſcopus in Monaſterijs adhuc Regularibus ſubiectis examinat illas, quę moniales fieri volunt, & compellere poteſt Rectores nè Nouitiæ habitum det, niſi ipſo certiorato, ita voluit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cõcilij Interpretum in vna Liman. de anno 1625. ſub die 19 Septembr. quæ alias

11 in vna Burgen. 4. Decembris 1627. declarauit licere Epiſcopo prohibere ſub Eccleſiaſticis cenſuris, nè puellæ ad profeſſionem admittantur, niſi ab ipſo facta voluntaris exploratione in vim Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. c. 17. vide in verbo exploratio.

12 Epiſcopus habet poteſtatem coercendi Regulares, vt accedãt ad proceſſiones publicas, vide in verbo proceſſiones.

13 Epiſcopus poteſt componere controuerſias de præcedentia inter Regulares virtute Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 13. de regularib. vide in verb. præcedentia.

14 Epiſcopus poteſt prohibere nè Regulares eorum in Eccleſijs Sacerdotes ſæculares exteros ad diuina officia celebranda permittant, niſi prius ab ipſo admiſſi fuerint, viſis literis commendatitijs, ita deciſum à Sacra Congregatione, latius reperies infra in verbo miſſa num 16.

14 Epiſcopus circa materiam obſeruantiæ Feſtorum habet iuriſdictionem in Regulares, vide in verbo Feſtus.

16 Epiſcopus poteſt compellere etiam per cenſuras Eccleſiaſticas Regulares ad reſtituenda, quæ habuerunt à Nouitio, qui profeſſionem facere non curauit, Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. in fin. de regular. ad cuius ornatum Valer. in different. inter vtrumque forum, in verb. Regularis differ. 8. Azor. inſtitut. moral. part. 1. lib. 13. c. 9. quæſt. 2. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub. 12. capit. 13. à num. 125. S. Fauſt. in theſaur. relig. lib. 5. quæſt. 190. Vulp. in praxi fori Ec-

17 cleſiaſt. cap. 42. num. 11. vbi idem probat, ſi propter infirmitatem Nouitius egrediatur à Monaſterio, & moriatur ante profeſſionem, quia bona data non ſunt acquiſita Monaſterio, Nauarr. conſ. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.

18 Epiſcopus pro obſeruantia interdictorum, & cenſurarum habet poteſtatem in Regulares, vide in verbo interdicta.

19 Epiſcopus in Regulares confeſſiones audire volentes iuriſdictionem habet, ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 15. fusè Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. allegat. 25. à num. 24. cum ſeq. part. 2. & vide ſupra in verbo Confeſſarij.

Qui Epiſcopus quamuis ſimpliciter, & abſque vlla temporis præfinitione approbauerit Regulares ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas,

poteſt

20 poteſt tamen eoſdem, ſi noua cauſa ſuperuenerit ſuſpendere, ac licentias ſibi conceſſas reuocare, dummodo huiuſmodi Confeſſiones ipſas concernāt. Cæterum ſi Regulares cum ſcandalo, aut alias in honeſtè viuant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Epiſcopi iudicio videantur à confeſſionibus ſuſpendi, cum præcipua miniſtri qualitas ſit integritas vitæ, ac morum honeſtas, vtique ea cauſa ad miniſterium confeſſionis pertinet, ac proinde nihil obſtant, quominus ab ea poſſit Epiſcopus Regulares vtcumque à ſeipſo approbatos ſuſpendere, aut expellere à confeſſionibus audiendis, ita Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. 30. Auguſt. 1630. & in vim bullę Gre-
21 gorij XV. de priuileg. exemptor. non poſſunt Regularibus præſcribere, vt certis tantum in locis, aut temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel alias illorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari, Sacr. Congr. Concil. dub. 2. de an. 1623. per hæc verba.

An Epiſcopi poſſint Regularibus præſcribere, vt certis tantum in locis, ac certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel alias illorum priuilegia reſtringere, ac moderari in Sacramentis adminiſtrandis.

22 Congregatio cenſuit hac in parte Conſtitutionem nihil noui iuris induxiſſe, nec vllam nouam authoritatem Epiſcopis in Regulares attribuiſſe ideoque in vim ipſius Conſtitutionis non poſſe Epiſcopos Regularibus præſcribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel alias illorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari; quod ſi aliundè Epiſcopus huiuſmodi facultas competat illam non fuiſſe ab eodem Conſtitutione ſublatam.

23 Epiſcopus incumbens correctioni, & viſitationi exemptorum ex facultate ſibi tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegato per Concilium Tridentinum tributam valet procedere aduerſus conſeruatores impedientes, ita declaraſſe Sacram Congregationem Eminetiſſimorum Concilij Interpretum habes apud Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ l. 7. de Epiſcop. numer. 75. lib. 1. tit. 18.

24 Epiſcopus poteſt cogere Regulares prædicare volentes ad faciendam fidei profeſſionem, ita ex declaratione Sacræ Congregationis probauimus infra in verbo Fidei profeſſio.

25 Epiſcopus præeſt Regularibus quo ad renunciationes faciendas virtute Concil. Trident. ſeſſ. 2. de regular. cap. 16. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 105. nu. 46. part. 3. de quo vide latius infra in verbo renunciatio.

26 Epiſcopus quo ad nullitatem profeſſionis Regularium interuenire debet vigore Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 19 de quo latius infra in verbo profeſſio.

27 Epiſcopus circa impreſſionem librorum habet poteſtatem in Regulares vt niſi eius præcedat licentia, minimè valeant imprimi facere libros, ex Concil. Trident. ſeſſ. 4. in Decreto de editione, & vſu ſacrorum librorum, & vide infra in verbo impreſſio librorum.

28 Epiſcopus valet tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus in cauſis mercedis, & miſerabilium perſonarum Regulares debitores cogere ad ſoluendum debitum, vide fusè in verbo cauſa.

29 Epi-

29 Epiſcopus in concernentibus curam animarum habet poteſtatem in Regulares, vide ſupra in verbo curam animarum, ita quod Epiſcopus poteſt Regulares in ijs, quæ curam animarum, & Sacramentorum adminiſtratio-
30 nē concernunt, viſitare, & examinare, & cōtra eos non parentes, & nō exequentes decreta in viſitatione facta procedere, eoſque cogere ad exequendum Sacra Congregat. Concilij in Caputaq. & Camarinen. 10. Martij 1621. necnon habet in tali caſu poteſtatem, qua in Parochos ſæculares vtitur, ita declarauit eadem Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij de anno 1625. in vna Liman. ſub die 18. Septembris.

31 Epiſcopus poteſt punire Regulares extra Monaſteria, ſi delinquant, ex
32 Concil. Trident. ſeſſ. 6. de reform. cap. 3. & quid quando degunt in Monaſterijs, & delinquunt extra clauſtra notoriè, idem Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. & latius de omnibus vide infra in verbo delinquens.

33 Et in hoc obſerua quod Epiſcopus ſtatim habita notitia delicti Regularis notoriè extra clauſtrum delinquentis, poteſt informationem capere, & illam ad Superiorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam præſumere, Sacra Congregatio Concilij ſub die 19. Septembris 1625. quam refert Barboſ. in collectan. ad cap. vlt. num. 8. de ſtatu monach. Roderic. in compend. qq. regul. reſolut. 61. ſub num. 8. verſ. 1. & ſufficit, quod Epiſcopus vna vice Superiorem Regularium moneat, eique terminum præfigat ad caſtigandum ſubditum publicè cum ſcandalo & extra clauſtrum delinquentem vt cenſuit eadem Sacra Congregatio vbi ſupra.

34 Epiſcopus valet Regulares ſuæ Diœceſis cogere, vt lectionem ſacræ Scripturæ in Monaſterijs ſuis faciant, vide in verbo Lectio.

Epiſcopus poteſt viſitare, & corrigere Regulares degentes extra clauſtra, occaſione docendi Doctrinam Chriſtianam, ita declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de anno 1626. in vna *Meliten.* ſed quid reſpectu Ieſuitarum, vide in verbo Ieſuitæ ſub num. 32.

35 Epiſcopus non debet ſe interponere in Monaſterijs, in quibus obſeruantia Regularis viget, ita deciſum à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatione, ex Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ, de viſit. tit. 6. num. 98. lib. 1. ait Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 74. num. 16. part. 3.

36 Epiſcopus minimè poteſt compellere Regulares exercentes animarum curam in eorum Monaſterijs, aut alijs eiſdem vnitis ad intereſſendum *diuinis* officijs diebus Sanctorum Ciuitatis Protectorum in Eccleſia Catedrali, ita declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de anno 1626. ſub die 5. Decembris.

37 Epiſcopus nequit cogere Regulares ad faciendam commemorationem ipſius in vltima collecta, ita declarauit Sacra Congregatio Rituum in Egitanien. ſub die 10. Iunij de anno 1602.

38 Epiſcopus non habet iuriſdictionem per decret. Sacr. Conc. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 9. in Monaſterijs Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, niſi in concernentibus ſpiritualia, in temporalibus autem nihil agere valet, vt deciſum à Sacra Congregatione, teſtatur Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 94.

39 Epi-

39 Epiſcopus poteſt cogere Regulares, vt in offertorio miſſarum conuentualium, quæ Dominicis diebus in Monaſterijs celebrantur, declarent fidelibus, quæ feſtiuitates, & ieiunia in illa hebdomada occurrunt, nè ignorantia illorum Feſtorum, & ieiuniorum præcepta eccleſiaſtica à fidelibus transgrediantur, & ita de praxi teſtatur Rodriquez quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 43. artic. 7. & recenſet nouiſſimè Barboſ. in tract. de poteſtate, & officio Parochi cap. 16.

40 Epiſcopus valet etiam in Eccleſijs Regularium cantari facere miſſas rogationum per ſuos Canonicos, ita extitit declaratum à Sacra Rituum Congregatione in vna Firmana de anno 1603. ſub die 25. Ianuarij.

41 Epiſcopus habet poteſtatem in moniales, quæ priuilegio, vel Papæ indulto exiſtunt immunes in ijs, quæ ad clauſuram, & ſpiritualem rerum curam ſpectant, Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 102. num. 4. part. 3. poſt Armendariz in addit. ad recop. leg. Nauarræ l. 7. de relig. num. 97. tit. 18. lib. 2. ſic deciſum à Sacra Congregatione affirmans.

42 Epiſcopus poteſt cogere cuiuſcunque Ordinis Regulares, vt attollant Baldachinum, quando in eorum Eccleſijs pontificalia exercere volunt, aut põtificalibus paramentis indutus cum Mitra, vel cum Cappa tantum intereſſe, & ijs facere negligentibus, aut nolentibus, licet Epiſcopo aſportari facere, & ſupra Epiſcopale ſolium, ſeu pontificale faldiſtorium erigi facere atque ſub eo ſedere, & ſtare, prout in propria Cathedrali Eccleſia ſedere, & ſtare ſolet, ac inobediẽtes, & contumaces cenſuris compellere valet, vt nouiſſimè meminit Vulp. in praxi fori Eccleſiaſt. cap. 42. nu. 16. iuxta Decretum Clementis VIII. ſub die 10. Iunij 1603. incip. Decet, ibi: Si Regulares id facere neglexerint, aut noluerit licere eiſdem epiſcopis illud aſportari, & in quacumq; eorundẽ Regularium, aut alia quantumuis exem. Eccleſia ſupra Epiſcopale ſolium, ſeù pontificale faldiſtorium erigi facere, atq; ſub eo ſedere, & ſtare quemadmodum in proprijs, & Cathedralibus eorum Eccleſijs ſtare ſolent; eo tamen dumtaxat tempore quo pontificales huiuſmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipſe, cui in pontificalibus aderunt, peragetur; ſi qui verò Regularium huic declarationi, inobedientes fuerint, ſciant ſe ab eiſdem Epiſcopis ad id per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas huius decreti virtute cogi, & compelli poſſe.

EREMITA.

SVMMARIVM.

1 Eremitæ ſunt duplicis ſpeciei, & quę, num. 2.
3 Eremitæ Camaldulenſes, Montis, Coronæ ſunt ſeparati ab aliis Eremitis.
4 Eremitæ S. Auguſtini quando, & à quo fuerunt inſtituti.
5 Ordo Eremitarum S. Auguſtini à pluribus Pontificiis fuit confirmatus.
6 Eremitæ S. Auguſtini quibus priuilegiis gaudent.
7 Mendicantes per ſpatium centum quadraginta cannarum propè Conuentus Eremitarum S. Auguſtini nequeunt erigere Conuentus.
8 Eremitæ diſcalceati ſunt de eadem Religione S. Auguſtini

9 *Eremitæ diſcalceati S. Auguſtini recipiunt Nouitios, & eorum fratres nequeunt tranſire ad aliam Religionem præter Carthuſianorum.*
10 *Et iſti ſunt veri filij S. Auguſtini, & Societates Corrigiatorum poſſunt erigere.*
11 *Eremitæ S. Auguſtini diſcalceati degunt ſub Cruce S. Auguſtini in publicis proceſſionibus.*
12. *Ordo Eremitanorum S. Hieronymi eſt reformatus ſub regula S. Auguſtini, & quibus veſtimentis illi vtuntur, n. 13.*

1 Eremitæ de quibus Nos longa ſerie in praxi elect. & variat. fori quæſt. 67. & 68. ſect. 2. Graſſ. in tract. de effect. clericat. in prælud. num. 257. & effect. 1. num. 102. cum ſeq. Illuſtriſſ. Epiſcop. Ricc. in praxi fori eccleſiaſt. reſolut. 149. part. 2. Marta de iuriſdict. caſu 113. par. 4. duplicis ſpeciei ſunt, qui-
2 dam enim ſub regula à Romano Pontifice approbata; cæteri verò, quorum viuendi ratio ab Apoſtolica Sede approbata non eſt, ſed recedunt in ſolitudines ibidem Deo inſeruientes, nullo ſuſcepto ordine, nullaque profeſſione Religonis emiſſa, primi ſunt de foro Eccleſiaſtico, alij verò non, tali modo, vt ſiue ſint fœminæ, ſiue maſculi eremiticam vitam ducentes, non tolerantur ab Ordinarijs, niſi exceptis Camaldulenſibus, & S. Auguſtini Eremitis, vt declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in vna Catanien. 22. Ianuarij de anno 1582.

De Eremitis autem Camaldulenſibus, verba fecimus ſupra in verbo Camaldulenſes, quorum eſt alia familia reformata, quam appellant Montis Coronæ alteri vnita à Leone X. in ſua bulla incip. Et ſi, de anno 1513. licet præfa-
3 tos Camaldulenſes Eremitas Montis Coronæ ſeparauerit ab alijs Eremitis de anno 1534. Paulus III. ex Bulla incip. Rationi.
4 Erimitæ verò S. Auguſtini fuerunt inſtituti in anno 1556. ſub Papa Ale-
5 xandro IV. vt patet in eius Bulla incip. Licet, quorum Ordo confirmatus reperitur à pluribus Pontificibus, ex multarum Bullarum ſerie, quas congerit Frater Laurent. de Empoli in ſuo Bullario Auguſtiniano.
6 Qui quidem gaudent varijs priuilegijs, & præciſè conceſſis quatuor Ordi-
7 nibus Mendicantium, ex Bulla Pauli II. incip. Etſi, & ne alij Religioſi Mendicantes propè ipſorum Conuentus per ſpatium cannarum centum quadraginta, noua eligant loca, vt in Bulla Bonifacij VIII. incip. Ad conſequendam.
8 Sunt & alij de eadem Religione Eremitæ nuncupati Diſcalceati Sancti Auguſtini, de quibus in Bulla Clementis VIII. incip. Decet, in qua de ann. 1599.
9 patet promulgatum, vt Nouitios recipere poſſint, ac eorum Fratres ad aliũ quam ad Carthuſianorum Ordinem tranſire non valeant.
10 Et iſti ſunt veri S. Auguſtini filij, & Societates Corrigiatorum in eorum Eccleſijs erigere poſſũt, cum omnibus indulgentijs, gratijs, & priuilegijs habita ſolum facultate ab eorum Generali Vicario, ſicut Eccleſiæ eiuſdem Ordinis habita à Generali poſſunt, & inſtituunt, & quod ſint participes omnium priuilegiorum, & gratiarum, & præcipuè earum, quibus Auguſtiniana Religio fruitur, ſint participes, ita declarauit Eminentiſſ. Cardinalis Sanelius Protector Ordinis Auguſtiniani ex commiſſione Pauli V. & Sacræ Cõgregationis Cardinaliũ ſuper Regulares die 12. Octobris 1613. emanata eſt huiuſmodi decla-

Digitized by Google

declaratio Typis Vaticanis impreſſa de anno 1632. & illorum Conſtitutiones de Italia confirmauit Paulus V. tom. 4. Bullar. Bulla 22. incip. Sacri Apoſtolatus die 5. Maij 1620. & diuiſionem Prouinciæ Hiſpaniarum in quatuor Prouincias, ac Vicarij generalis electionem, ac etiam multas alias ordinationes per dictos Fratres in Capitulo emanatas confirmauit Gregorius XV. in Bulla 36. incip. Ad ſacram, 31. Auguſti 1621. illiſque quaſdam domos Regni Granaten. vniuit, in Indijs Occidentalibus eorundem Fratrum Eremitarum diſcalceatorum ſub gubernio Fratrum Calceatorum eiuſdem Ordinis, S. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla 102. incipit Vniſuerſalis, die 16. Iulij 1629. & Italiæ Congregationem in quatuor Prouincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Ianuenſem, & Siculam diuiſit, & pro earum gubernio quatuor inſtituit Prouinciales, S. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla incip. Ad Vrbes, die 29. Auguſti 1626.

11 Cæterum obſeruabis, quod Eremitæ diſcalceati S. Auguſtini, & ſi in aliqua Ciuitate recenter Conuentum obtinuerint à Fratribus Eremitanis S. Auguſtini minimè ſeparari debent, ſed ſub eorum Cruce in publicis proceſſionibus moram trahere debent, quemadmodum Romæ obſeruatur, & ita declarauit Sacra Congregatio Rituum in vna Panormitana, die 10. Maii 1608.

12 Pariter adiuni Eremitæ S. Hieronymi per Hiſpaniam, quorum Ordo inſtitutus, ſeù reformatus ſub eadē regula S. Auguſtini fuit, & approbatus eſt à

13 Gregorio XI. de anno 1375. qui vtuntur tunica alba, ſcapulari, & capuccio canuſino, capuccium ſtrictum eſt, & rotundum ea parte qua caput con tegit, pallium item canuſinum criſpatur, & vndulatum ad collum eo vtūtur cum foras procedunt; refert poſt alios nouiſſimè Barboſ. in tract. de iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 41. num. 144. vbi nu. 147. loquitur de Eremitis S. Hieronymi per Italiam, & num. 148. de Eremitis Beati Petri de Piſis, de quibus latius apud eum cerni poterit.

EVCHARISTIA.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistia nequit detineri extra Eccleſias Parrochiales.*

2 *Eucharistia nequit detineri in Eccleſijs Tertiariarum, quæ profeſſionem ſolemnem non emittunt.*

3 *Eucharistia nequit ſolemniter à Regularibus exponi niſi de Ordinarij licentia.*

4 *Regulares ex priuilegio poſſunt miniſtrare Eucharistiam, vagbis, Aduenis, & peregrinis in die Paſchatis.*

5 *Regulares ex priuilegio poſſunt miniſtrare Eucharistiam ſeruis, & domeſticis intus Monaſteria degentibus tam in morte quam in die Paſchatis.*

6 *Regulares an poſſint miniſtrare Eucharistiam famulis coniugatis, qui nocte extra conuentum dormiunt, ſed tempore mortis ibi reperiuntur.*

7 *Regulares poſſunt miniſtrare Eucharistiam ſecularibus in Oratorijs ædium priuatarum, & dare extra Conuentum, num. 8. & an requiratur, quod audiantur Epiſcopi, num. 9.*

10 *Epiſcopi poſſunt prohibere Regularibus, nè celebrent in Oratorijs priuatorum.*
11 *Euchariſtia in die Paſchatis quo in loco ſumenda.*

1 Euchariſtia, quæ extra Parrochiales Eccleſias aſſiduè retineri prohibetur, vt decidit Sacra Congregatio Epiſcoporum 15. Ianuarii. 1619. niſi à Papa, Genuen. in praxi Curiæ Archiep. Neapol. cap. 92. vbi iudicatum ſic te-
2 ſtatur, in Eccleſiis Tertiariarum, quæ profeſſionem ſollemnem trium, votorum minimè emittunt, nec in clauſura viuunt, nullatenus teneri poteſt; ita declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum 20. Decembris de anno 1616. refert Gauant. in manual. Epiſc. in verbo Euchariſtia n. 3.
3 Euchariſtia cum ſollemnitate exponi non poteſt à Regularibus, niſi præuia Ordinarii licentia, ita declarauit Sacra Rituum Congregatio ſub die 26. Februarii in anno 1628. ſcribit Idem loco citato num. 55.
4 Euchariſtia per Regulares vigore ſuorum priuilegiorum poteſt miniſtrari vaghis Aduenis, & peregrinis in die Paſchatis ad implendum præceptum annuæ communionis, Fagundez in præcept. decal. 1. lib. 1. cap. 8. num. 5 Sanchez de matr. lib. 3. diſput. 73. num. 17. tom. 1. Tamburr. de iure Abbat. tom. 2. diſp. 5. quæſt. 3. n. 6. & nouiter poſt alios Antonin. Dian. reſol. moral. part. 3. tractat. 2. de dub. regular. reſolut. 12. vbi non recipit opinionem Peregrin. in ſchol. ad priuil. Relig. Theatin. part. 2. tit. communicare §. 2. qui contrarium tutatur, & reſpondet ad argumenta eiuſdem.
5 Euchariſtia per Regulares ex priuilegio ſeruis, & domeſticis intus Monaſteria degentibus in morte, & in Paſchate, dari poteſt, vt à Nicolao V. & Iulio III. fuiſſe conceſſum, patet in Compend. Minor. in hoc verb. Euchariſtia §. 2. & 6. & autumat recenter poſt alios Antonin. Diana reſol. moral. part. 3. d. tra-
6 ctat. 2. de dub. regular. reſol. 12. verſic. notandum, vbi idem enunciat reſpectu famuli coniugati, qui nocte dormit extra Conuentum, ſed caſu tempore mortis ibidem reperitur, titubans tamen, ſi præfata priuilegia ſint reuocata per Bullam S. D. N. Vrbani VIII. de quo ſe remittit ad Leon. in tractat. de offic. Confeſſar. recollect. 10. num. 50. tom. 2. & Ego affirmo, ſi illa ſint viuæ vocis oracula.
7 Euchariſtia poteſt per Regulares miniſtrari ſæcularibus in priuatorum
8 ædium Oratorijs quia illi habent priuilegiũ Pauli IV. de anno 1557. & aliorum Pontificum ad dandam Euchariſtiam ſæcularibus extra. Conuentus proprios, in terminis probat Portell. in reſponſ. mor. p. 3. caſu 39. & eum ſequitur moderniſſimè Antonin. Diana reſolut. moral. part. 4. tractat. 4. Miſcellan. reſolut. 14. affirmantes id poſſe agere non obſtante Epiſcopi prohibitio-
9 ne, licet conſulant, nè id agant inuitis Epiſcopis, ad quorum fauorem ſatis concinit Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 22. in decret. de obſeruand. in celebrat.
10 miſſàr. vbi ſtat cautum licere Epiſcopis prohibere Regularibus, nè celebrent in Oratoriis priuatis ſæcularium, igitur idem reſpectu prohibitionis, nè ſecularibus ibidem communionem miniſtrent.
11 Euchariſtia regulariter ſęcularibus non poteſt dari in die Paſchatis in Eccleſiis Regularium, cum in Parrochia ſit ſumenda.

At ita generaliter hoc non pertranſeas, ſed verum intelligas de communione

nione Paſchali formali, quæ de præcepto facienda eſt ſemel in Paſcate | itaut qui impleuit præceptum in die iouis ſancti, vel impleturus eſt immediatè poſt intra illos octo dies, valebit in Eccleſijs Regularium ſe communicare ex deuotione in die Paſchatis, Villalobos in ſumma tractat. 7. difficult. 47. num. 4. Coninch. de Sacrament. part. 3. quæſt. 82. artic. 3. num. 31. Ludouic. de San. Iuuan. in ſumma quæſt. 8. artic. 3. dub. 1. de Sacram. Euchariſt. Præpoſit. in 3. part. quæſt. 80. artic. 11. dub. 1. nu. 60. Filiuc. tom. 1. tract. 4. cap. 9. num. 265.

Vnde non eſt audiendus Trullench. in expoſit. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 3. dub. 7. num. 9. quatenus contrarium autumare voluit, non reperio, ſi quidem rationem ſubſiſtentem pro ſua opinione.

EXAMEN, & EXAMINARE.

SVMMARIVM.

1 *Examen non requiritur in concurſu Prioratum Regularium curam animarum habentium.*

2 *Examen in concurſu Prioratum Regularium habentium curam animarum ſæcularibus comendari ſolitorum non eſt neceſſarium.*

3 *Examen non requiritur per Ordinarios locorum Epiſcopos facienda, cum admittendis ad lectionem ſacræ Scripturæ in Monaſterijs Regularium.*

4 *Examinare Regulares volentes prædicare quando ſpectat ad Epiſcopum loci Ordinarium.*

1 EXamen per concurſum minimè eſt neceſſarium in Prioratibus Regularibus animarum curam habentibus, ita declarauit Sacra Eminentiſſimorum Sacri Concilij Interpretum Congregatio de anno 1600. ſub die 3. Auguſti in vna Tudertina.

2 Idque pariter procedere reſpectu Prioratuum Regularium habentium curam animarum ſæcularibus commendari ſolitorum, determinauit eadem Sacra Concilij Congregatio de anno 1590. ſub die 26. Iulij, vt refert Garcia in tract. de benefic. cap. 2. num. 199. part. 9. tom. 2. & iuxta ſupradicta indiſtinctè ſeruari praxis oſtendit.

3 Examen Ordinarij non requiritur ad lectionem ſacræ Scripturæ faciendam in Conuentibus Regularium, ita deciſum à Sacra Congregatione, fatetur Galet. in margarit. caſ. conſcient. in verbo legere, & in verbo licentia, & addo Sellium in ſelect. canon. cap. 2. num. 18. vbi recenſet determinatum in vna Mediolanen. examinandos, & approbandos, ab Epiſcopo non eſſe de vita, moribus, & ſcientia admittendos ad officium legendi ſacram Scripturam in Conuentibus Regularium.

4 Examinare Regulares volentes prædicare poſſunt Epiſcopi locorum Ordinarij, dummodo prædicare velint extra Eccleſias, & Monaſteria ſuorum Ordinum ita declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinaliũ ſub die 22. Ianuarij de anno 1622. in vna Vgentina, vt nouiſſimè recenſet Antonin. Diana reſolut. moral. part. 4. tract. 4. Miſcellan. reſol. 22. circa medium,

 & hanc

& hanc partem probauit Henriq. in ſumma lib. 10. cap. 23. in gloſ. litera L.

Vndè ſtante hac Dominorum declaratione minime attendenda eſt opinio illorum, qui contrarium aſſeuerarunt, vt fuere Mirand. in man. prælat. quæſt. 50. artic. 2. concl. 1. tom. 1. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 76. num. 23. part. 3. Alzed. in praxi Epiſcop. cap. 13. num. 104. part. 2.

EXAMINATORES.

SVMMARIVM.

1 *Examinatores, qui debeant eſſe regulariter, & qui in ſubſidium, num. 3.*
2 *Examinatores poſſunt aſſumi de Ordine Mendicantium.*

1 EXaminatores, qui neceſſario vigore Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. debent eſſe Magiſtri, ſeù Doctores, aut Licentiati in Theo-
2 logia, vel in Iure Canonico, poſſunt aſſumi ex Ordine Mendicantium, imò aliarum Religionum, Gauant. de Synodo part. 1. cap. 31. ſed non valent eligi prædicti Regulares ſi prædictis gradibus inſigniti non fuerint, niſi tamen in de-
3 fectum, caſu quo non extent talis conditionis viri, quia tunc eligi poſſunt, qui ad munus exercendum magis idonei videbuntur, quorum vota æqualis valoris, & efficaciæ, vt aliorum erint, ita determinauit Sacra Congregatio in vna Turritana 10. Martij 1629. nouiſſimè Barboſa in tract. de offic. & poteſt. Parrochi cap. 2. num. 73. & vide Maſſobr. in praxi habend. concurſ. requiſit. 11. dub. 2.

EXCOMMVNICARE.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari poſſunt Regulares à locorum Ordinarijs in caſibus, in quibus illis ſubſunt, ſed vide nu. 2. vbi ſi procedat quando Regulares habeant priuilegium in contrarium, & num. 3. & 4.*
5 *Concilium Tridentinum quibus in caſibus Regulares poſſe ab Epiſcopis cenſuris adſtringi mandat, & quibus non.*
6 *Regulares an poſſint denunciari excommunicati ab Epiſcopis.*
7 *Excommunicari poſſunt Regulares à Legatis de Latere, at ſi ab ipſis generalis fuerit fulminata excommunicatio, Regulares non comprehenduntur, niſi in ſpecie fuerint expreſſi, num. 8.*
9 *Fratres Capellani Hieroſolymitanæ non comparentes pro redditione computorum ſecularis Parocchiæ quam adminiſtrant, poſſunt ab Epiſcopo excommunicari.*

1 EXcommunicari poſſunt Regulares per Epiſcopos locorum Ordinarios in caſibus in quibus illis ſubſunt, ſi contrafaciant ita, declarauit Sacra Congregatio in vna Nebien. 7. Februarij de anno 1633. & probarunt Zerol. in praxi Epiſcop. in verbo excommunicationis cauſa materialis §. 4.

Henriq.

Henriq.in ſumma lib.7.cap.25.§.7.Lazar.in pract. quæſt. can. tit.de blaſphe-
mia quæſt. 10. à num. 55. Mar. Antonin. variar. reſol. lib.2.reſol.112.caſu 35.
Leo in theſaur. fori Eccleſ. cap. 8. ſub num. 18. part. 1. Genuen. in praxi Curiæ
Archiep. Neap. cap. 59. verſ. aliud eſt dubium, Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.
105. num. 13. part. 3. & latius confirmat Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub 12.
2 cap. 13. num. 167. qui cap. 16. num. 41. fundat, Regulares non habentes priui-
legium in contrarium, poſſe excommunicari ab Epiſcopis, de quo Illuſtriſſ.
Epiſc. Riccius in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 210. part. 2. vbi colligit nonnul-
los caſus, in quibus Regulares per Epiſcopos poſſunt excommunicari.

4 Sanchez autem in ſumma lib. 2. cap. 1. nu. 14. tom. 2. fuit in opinione Re-
ligioſos habentes priuilegium nè valeant excommunicatione, ſuſpenſione,
vel interdicto ligari (quale habent Mendicantes) minimè poſſe ab Epiſcopis
compelli cenſuris.

Sed audiamus Vulp. in praxi nouiſſ. fori Eccleſiaſt. cap. 42. num. 26. vbi pro
deciſione antedictæ controuerſiæ conſiderat Concilium Tridentinum ali-
5 quibus in locis, & caſibus tribuere poteſtatem Epiſcopis, vt valeant aduer-
ſus Regulares procedere compellendo per cenſuras Eccleſiaſticas, vt ſeſſ. 22.
in decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſſarum, in Orato-
rio priuato, aut debitis horis vbi in fine decreti prædicti mandat Ordina-
rijs, vt ea faciant obſeruare ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & alijs, & ſeſſ. 25. cap.
5. de regular. mandat. Epiſcopis vt clauſuram monialibus imponant, & inobe-
dientes, & contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcant, ſimili-
ter eadem ſeſſ. 25 capitul. 16. de regular, conceditur Epiſcopis poteſtas, vt per
cenſuras Eccleſiaſticas cogant exemptos reſtituere bona Nouitijs reſipiſcen-
tibus in quibuſdam alijs locis, & caſibus non datur prædicta poteſtas pro-
cedendi per cenſuras Eccleſiaſticas, vt ſeſſ. 25. cap. 13. de regularib. vbi datur
facultas Epiſcopis, vt poſſint compellere Regulares accedere ad publicas
proceſſiones, non tamen dicit per cenſuras Eccleſiaſticas, ſimiliter eadem
ſeſſ. 25. capit. 15. de regular. vbi Regularis degens in Monaſterio, ſi extra il-
lud delinquat, & non punitur à ſuo Superiore, quod poſſit puniri ab Epiſco-
po, ſed non adiecit, per cenſuras Eccleſiaſticas, & demum eadem ſeſſ. 25.
capitul. 17. de regul. quoad explorandam voluntatem puellæ profeſſuræ, di-
cit, quod ſi Præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit, poſſit ipſam ab offi-
cio ſuſpendere.

Vnde putat ipſe Epiſcopos poſſe procedere contra Regulares per cenſuras
Eccleſiaſticas in caſibus, in quibus datur per Concilium dicta facultas tãtum,
& non in alijs, in quibus non adiecit, vt valeant per cenſuras compellere, quia
noluit eam iuriſdictionem tribuere, ſed per alias pœnas, poterunt procedere,
gloſ. in cap. 1. §. in eis. in verb. quantum, de priuileg. lib. 6. nam Regulares habẽt
priuilegium à Sede Apoſtolica, nè poſſint interdici, ſuſpendi nec excommu-
nicari, d.c. 1. in fin. §. in eo, & per multa priuilegia ipſis conceſſa, vt refert Cap-
pucc. in compend. priuileg. Regular. in verbo excommunicatio in illis ergo ca-
ſibus, in quibus expreſsè tribuitur facultas à Concilio Epiſcopis poterunt Re-
gulares compelli per cenſuras in alijs vero per alias pœnas, Quarant. in ſum-
ma Bullar. in verb. præcedentia, verſ. an in caſu, ex Gambar. in tract. de poteſt.

Legat. à Later. lib. 8. c. fin. num. 77. Henriq. in ſumma lib. 7. de ingulg. cap. 25. ſub §. 7. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 33. num. 27.

Sed an excommunicati poſſint denunciari Regulares ab Epiſcopo, pro affirmatiua opinione ſeruatur in Curia Archiepiſcopali huius Ciuitatis, in qua ſic deciſum teſtatur Genuen. in praxi cap. 57. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. allegat. 105. num. 73. licet contrariam partem foueant ex Moderníoribus Antonin. Dian. pro vtraque parte plures adducens reſolut. moral. part. 3. tractat. 2. de dub. regular. reſolut. 35. & Vulp. in praxi d. c. 42. num. 25. vbi rationem perquiras.

7 Excommunicari poſſunt Regulares etiam exempti per Legatum à Latere, ſed non ab alio Legato, vt ex Bulla Clem. IV. de qua in Bullario Rodriq. pag. 79. qui pag. 124. aſſerit Cardinalem Legatum id pariter poſſe facere, cum iſti, vt plurimum ſemper ſint à Latere.

8 Qua occaſione obſeruabis, quod licet Regulares à Legatis de Latere excommunicari valeant, non per hoc comprehenduntur ſub excommunicatione in communi fulminata, ſed ſpecialiter in illa debent eſſe nominati, vt probat Rodriq. qq. regular. tom. 2. q. 59. art. 5. & audio practicatum in facti contingentia in Regionibus Hiſpaniæ, vt certioratus fui à quodam Patre Viſitatore illarum partium in ſua Religione.

9 Excommunicari poſſunt ab Epiſcopo Fratres Cappellani Religionis Hieroſolymitanæ adminiſtrantes redditus Parocchialis ſæcularis ſi citati ad reddenda computa non curauerint comparere, ita declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de anno 1630. ſub die 7. Septembr.

EXEMPTIO.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio Regularium, qui per prius Epiſcopis locorum Ordinarijs ſubiecti erant, eſt aucta, quaſi quod omnes hac fruantur prærogatiua, n. 2. & illi renunciari nequit, num. 32.*

3 *Ordo Cluniacenſis à quo fuit exemptus.*

4 *Abbatia Caſſinen. eſt exempta à iuriſdictione locorum ordinariorum, & n. 6.*

5 *Ordo S. Benedicti an ſit exemptus.*

7 *Congregatio Camaldulenſis à quo fuit exempta.*

8 *Congregatio Vallumbroſana an ſit exempta.*

9 *Ordo Ciſtercien. à quo fuit ſolutus iuriſdictione Diœceſanorum.*

10 *Cæleſtinorum Ordo à quo fuit exemptus.*

11 *Ordo Syluestrinorum à quo fuit immunis ab Epiſcoporum iuriſdictione.*

12 *Monaci S. Mariæ Montis Oliueti à quo fuerunt exempti.*

13 *Ordo Monachorum B. Mariæ Montis Virginis, à quo fuit exemptus.*

13 *Præmoſtratenſes ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcoporum.*

15 *Carthuſiani à quo fuerunt exempti.*

16 *Ordo S. Baſilij eſt exemptus à iuriſdictione Epiſcoporum.*

17 *Fratres S. Spiritus de Vrbe à quo fuerunt exempti.*

18 *Ordo S. Antonij Viennen. an ſit exemptus à iuriſdictione Ordinariorum.*

19 *Fra-*

19 *Fratres Ordinis Praedicatorum à quo fuerunt exempti.*
20 *Ordo Fratrum Minorum an ſit exemptus.*
21 *Cruciferi à quo fuerunt approbati.*
22 *Ordo Seruorum B. Mariæ Virginis à quo fuit exemptus.*
23 *Minorum Ordo eſt receptus ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, ſic etiam & Theatini, num.24.*
25 *Clerici Regulares Sancti Pauli decollati recepti ſunt ſub protectione Sedis Apoſt.*
26 *Societates Ieſu eſt recepta ſub protectione Sedis Apoſtolicæ.*
27 *Clerici Regulares de Somaſcha à quo fuerunt exempti.*
28 *Miniſtrantes infirmis eximuntur, & multis priuilegijs decorantur.*
29 *Exemptio eſt conceſſa locis Regularibus, & ijs inſeruientibus.*
30 *Exemptiones, paternitates, & præcedentiæ ex quacunque cauſa hodie ſunt reuocatæ Regularibus.*
31 *Exemptio eſt conceſſa Clericis Scholarum piarum.*

1 EXemptio Regularium, qui per prius ſubiecti erant Epiſcopis locorum Ordinarijs, in quorum Diœceſibus Monaſteria ſita erant, c. Monaſteria 18 quæſt.2. & fusè probant Cened. canon. quæſt. cap.26. Campanil. in diuerſ.iur.canon rubr.12. cap. 13. hodie adeò creuit, vt attentis Summorum Pontificum priuilegijs omnes Regulares hac fruātur prærogatiua, vt latiſſimè demonſtrant ex recentioribus Barboſ. in tract de offic. & poteſt. Epiſc.alleg.105.par.3.& Tamburrin.in tract.de iur. Abbat.diſp.15. quæſit.1. 2. 3. & 4. tom.1. apud quos cum plurimarum Religionum exemptiones reperierim cumulatas, licet vnus de altero non faciat mentionem, placuit ab ambobus recitatas in commodum Regularium hic illas iuxta Barboſ. ordinem reportare, vt infra.

3 Ordo Cluniacenſis exemptus fuit ab Ordinariorum poteſtate per Clementem IV. anno 1265. die 2. Nouembris Pontificatus ſui anno 1. vbi habetur in eiuſdem Pontificis Bulla relata per Rhenat.Koppin. monaſt. lib.1. tit.2. num.20.

4 Caſinen Abbatia exempta fuit ab omnium Epiſcoporum, & Ordinariorum iuriſdictione per priuilegia Sedis Apoſtolicæ ei indultum à Zaccharia Papa, qui Gregorio III. Summo Pontifice ſucceſſerat, refertur in Chronica Caſſinen.lib.1.cap.4.& apud Rhenat. Koppin. monaſt. lib.2. tit.1. num.4. in margine, nam licet Ordo S. Benedicti exemptionem aliquo modo videtur habere iam à tempore Diui Gregorij Magni, vt colligitur ex cap. quam ſit neceſſarium, & cap. ſeq.18. quæſt.2. tamen hęc Caſſinen. Abbatia omnimodam exemptionem à Zaccharia Papa obtinuit totam verò Congregationem plenariæ ab Ordinariorum, & aliorum iuriſdictione exemit Eugen.IV. vt patet ex eius Bulla incip. Regularem vitam, ſub dat. Bononiæ pridiè Kalend. Iulij anno 1436. Pontificatus ſui anno ſexto, & eſt nono in Bullario nouo.

7 Camaldulenſis Cōgregationis exemptio, adeſt in Bullario nouo conſtitutione 11. Leonis X. ſub dat. Romæ apud S.Petrum 4. non. Iunij 1513. Ponti- Pontificatus ſui anno primo.

Vallumbroſana Congregatio licet à Paſcali II. & alijs Summus Pontificibus

cibus ſub Diui Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione recepta fuerit omnimodam tamen, & plenariam omnium ſuorum Monaſteriorum, ac locorũ Imperio obtinuit ab Innocentio IV. incip. Innocentius Epiſcopus, ſub dat. Aſſiſij per manum Ioannis de Camazan. Auditoris Contradictorum S. R. E. Vicecancellarij Viceſgerentis 12. idus Iunij Incarnationis Dominicæ anno 1213. de cuius laudibus vide Eudox Lucatel. in vita Sancti Ioannis Gabelti, Caſſan. in cathal. part. 4. conſiderat. 51. Azor. par. 1. lib. 12. cap. 12. quæſt. 2. Mirand. in man. Prælat. tit. 1. quæſt. 4. artic. 2. Suar. de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 3. num. 8. & alij per plures recentiores.

9 Ciſtercien. Ordo ab omni Diœceſanum Imperio, & iuriſdictione ſolutus fuit ab Alexandro III. Summo Pontifice idus Nouembris anno 1161. Pontificatus ſui anno tertio, vt patet ex eius priuilegio incip. Dilectis, quod refert Rhenat Koppin. de ſacra politia forenſ lib. 2. tit. 3. num. 5.

10 Cœleſtinorum Ordo ab omni Epiſcoporum iuriſdictione exemptionẽ, & immunitatem obtinuit à Cœleſtino Quinto eius Inſtitutore anno Domini 1244 Kalend. Octob. incip. Cęleſtinus, &c. habetur in Bullario nouo Bulla vnica eiuſdem Pontif. & refertur à Rhen. Koppin. monaſt. lib. 2. tit. 1. n. 13.

11 Siluestrinorum Ordinem ab Epiſcoporum iuriſdictione immunem, & exemptum reddidit Innocentius IV. qui eremum Sancti Benedicti de Monte Fano eius Ordinis caput ſub Diui Petri, & Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcepit quinto Kalend. Iulij anno 1247. Pontificatus eius anno quinto, de quo vide S. Anton. part. 2. hiſt. tit. 15. cap. 23. §. 2. Caſſan. in cathal. glor. mund. par. 4. conſid. 57. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 21. quæſt. 20. Lucid. lib. 10. de temp. emendat. cap. 7. Lucatel. in vita S. Ioannis Gualberti lib. 2. cap. 27.

12 Monachorum B. Mariæ Montis Oliueti Ordo, omnimodam, & plenariam exemptionem à Diœceſanorum iuriſdictione habuit à Iulio II. per eius Bullam incip. Iulius Epiſcopus, pridiè non. Iunii 1507. Pontificatus eius *anno* quarto, habetur in Bullario nouo inter Bullas eiuſdem Pontificis in ordine duodecimo.

13 Monachorum B. Mariæ Montis Virginis Ordo etiam ab Ordinariorum iuriſdictione exemptus fuit, eiuſque principale Monaſterium, quod eſt totius Congregationis caput ſub Diui Petri, ac Sedis Apoſtolicæ protectione receptam fuit à Cęleſtino III. die 4. Nouembris 1197. Pontificatus eius anno ſeptimo, cum verò hanc Congregationem Leo X. vnitam, & incorporatam habuiſſet Sacriſtæ Hoſpitalis Beatæ Mariæ Virginis Annunciatæ Neapolitanẽſi, poſtmodum Sixtus V. per eius Conſtit. incip. Dudum, fęlic. record. 27. Auguſti 1588. Pontificatus ſui anno quarto, eam à iuriſdictione dicti Sacriſtæ ſoluit.

14 Præmonſtratenſes ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti fuerunt per Alexandrum V. anno Domini 1409. die 31. Iulij, Pontificatus ſui anno primo, vt refert Rhenat. Koppin. de ſacra politia lib. 1. tit. 3. num. 7.

15 Carthuſienſium Ordo plenariam exemptionem, & immunitatem ab Ordinariorum, & aliorum iuriſdictione obtinuit à Bonifacio IX. vt in Bulla incip. Bonifacius Epiſcopus 17. Martij 1391. Pontificatus ſui anno ſecundo, quæ eſt in Bullario nouo tertia in ordine inter Bullas eiuſdem Pontificis, de

quo

quo vide præcæteris Suarez de Relig.tom.4.tract.9.lib.2.cap.4.Caſsan.in catal.glor.mund.par.4. conſiderat.62.
16 S. Baſilij Ordo iam penè collapſus à Gregorio XIII. inſtauratus, atque ab Ordinariorum, & aliorum iuriſdictione exemptus fuit per eius Bullam incip. Benedictus Dominus, ſub datum Kalen.Nouembris 1579.Pontificatus ſui anno octauo, quæ eſt 58. in ordine in noua collect. Bullarij Roderici conſtit.12.dicti Gregorij.
17 Fratres Sancti Spiritus de Vrbe à ſuperioritate, & Iuriſdictione omnium Prælatorum, & aliorum, præterquam Magiſtri Generalis exempti fuerunt à Sixto IV. per eius Bullam, quæ habetur in Bullario nouo conſtit. 22. eiuſdem Pontificis.
18 Sancti Antonij Viennen. Ordo exemptus eſt per multa priuilegia Summorum Pontificum, præſertim Vrbani IV. Gregorij X. Benedicti XI. Nicolai IV. Martini V. Cœleſtini III. Pij II. & aliorum, quæ confirmata fuerunt à Clemente VII. Bull. 2.eiuſdem Pontificis in Bullario nouo.
19 Prædicatorum Ordinem à multis Summis Pontificibus exemptũ fuiſſe, teſtantur eorum Priuilegia, & habetur in Compendio Indultorum eiuſdem Religionis, & præcipuè à Gregorio XI. per eius conſtit.7. in Bullario nouo, & à Martino V. vt refert Rodriq. quæſt.regul.tom.1.quæſt.62. art 3.
20 Minorum Ordo à pluribus Summis Pontificibus exemptus fuit, & ſpecialiter per Clement. VIII.vt fidem facit. Idem tom.2.quæſt.62.art.3.
21 Cruciferi approbati, & ſub Sedis Apoſtolicæ protectione fuerunt recepti ab Vrbano VIII. vt conſtat ex eius conſtit. quæ refertur in Bullario nouo conſt.1.eiuſdem Pontificis.
22 Seruorum Beatæ Mariæ Virginis Ordo ab Ordinariorum iuriſdictione exemptus fuit ab Vrbano VI. vt habetur in Bullario nouo Bull.2. eiuſdem Pontificis.
23 Minorum Ordo receptus fuit ſub protectione Sedis Apoſtolicæ à Sixto IV. vt habetur in Bullario nouo conſtit.2.eiuſdem Pontificis.
24 Theatini ſimiliter recepti fuerunt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, & à iuriſdictione Ordinariorum exempti à Clemente VII. vt habetur in Bullario nouo Bulla 38. eiuſdem Pontificis.
25 Clerici Regulares S. Pauli Decollati ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recepti fuerunt à Paulo III. vt habetur in Bullario nouo conſtit.15. eiuſdem Pontificis.
26 Societas Ieſu recepta eſt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, ſimulque exempta, ac multis priuilegijs munita à Paulo IV. anno 1540. & anno 1549. ex Rodriq.ante allegato loco.
27 Clericos Regulares de Somaſcha exemit Sixtus V. vt habetur in Bullario nouo Bulla 4.eiuſdem Pontificis.
28 Miniſtrantes infirmis eximuntur, & multis priuilegijs decorantur à Gregorio XIV.vt habetur in Bullario nouo Bulla 17. eiuſdem Pontificis.
29 Exemptio eſt conceſſa locis Regularium vigore Concil.Trident ſeſs.14. cap.5.& ijs, qui in Monaſterijs,aut Collegijs, & Militijs priuilegiatis actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta reſident, ſecundum regulam earundem militiarum

rum

rum profeſſionem emiſerint, Idem Concil.ſeſs.24.cap.11.

30 Exemptiones paternitate, & præcedentiæ, alias quacumq; de cauſa, & quibuſcumque Fratribus Ordinis Minorum S.Franciſci de Obſeruantia tam à Sede Apoſtolica, quàm ab eiuſdem Ordinis Superioribus conceſſæ reuocantur à Gregorio XV. vigore Bullæ incip.Paſtoralis officij,editæ die 23.Februarij de anno 1623. vbi tamen excipiuntur illæ,quæ vigore ſtatutorum eiuſdem Ordinis Apoſtolica authoritate confirmatorum ipſis ſunt tributæ, vt latius in eius tenore, qui eſt impreſſus inter Bullas, & Decreta recentiora pag. mihi 7.meminit nouiter Barboſ.de iure Eccleſ.vniuerſ.lib.1.cap.41. num. 177.

31 Exemptio à proceſſionibus, & alijs actibus publicis conceſſa eſt Clericis Regularibus pauperum Matris Dei Scholarum piarum, vt legitur in Bulla S.D.N.Vrbani VIII.incip.Debitum, de anno 1629. promulgata.

32 Exemptioni non poſſe renunciari à Regularibus, niſi præcedente Apoſtolicæ Sedis licentia, declarauit Sacra Congregatio, & probant plures apud Cochier de iuriſdict. in exempt.part.2.q.7.tom.1. & alij de quibus Nos in praxi elect.& variat.fori ſect.1.quæſt.12.num.28.Antonin.Dian.reſol.moral. par.3.tract.2.de dub.Regular.reſolut.134. vbi ideò firmat, Epiſcopos non habere iuriſdictionem in Regulares exemptos, quando eſſent in poſſeſſione iudicandi illos; annuens ita fuiſſe deciſum in vna Vliſſiponenſis Monaſterij die 19. Nouembris 1625. coram Illuſtriſſimo D.Coccino Decano, ex Barboſ. in tract.de poteſt.Epiſc. alleg.105.num.76.par.3. in moderna edit. & hanc opinionem dicit fouere Rodriq. in compend. quæſt. regular. reſol. 63. num. 23. qui alios concordantes adducit.

EXPLORATIO.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, vel eius Vicarius, aut Deputatus debet explorare voluntatem puellarum Deo dicandarum, an ſit coacta, vel ſeducta, & alia, vt num.2.*

3 *Exploratio puellæ habitum ſuſcipere volentis ab Epiſcopo fieri debet.*

4 *Epiſcopus Ordinarius loci habet ius explorandi voluntates puellarum tàm ante ſuſceptum habitum, quàm ante profeſſionem, quamuis Monaſterium ſit exemptum à ſua iuriſdictione.*

5 *Epiſcopus cenſuris eccleſiaſticis poteſt prohibere, nè Superiores Regulares monialium faciant puellas emittere profeſſionem, niſi ipſe ipſarum voluntates explorauerit.*

6 *Præfecta Monaſterij cenſuris coerceri poſſunt, nè in Monaſterio patiantur Nouitias profiteri, niſi facta exploratione.*

7 *Exploratio voluntatis Tertiariarum in domibus proprijs degentium, an debeat fieri ab Epiſcopo.*

1 EXploratio voluntatis puellarum Deo dicandarum, eſt facienda ab Epiſcopo, vel eo impedito à Vicario, vel altero Deputato, qui perquirere debent, an voluntas coacta, vel ſeducta ſit, & an ſciat quid agat, & ſi volun-
2 tas eius pia, ac libera cognita fuerit, & habuerit conditiones requiſitas ſecun-

cundum Monaſterij, & Ordinis regulam ita cautum eſt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 17.

3 Quæ quidem exploratio facienda eſt pariter, quando puella habitum mo-
4 naſticum ſuſcipere intendit, tali modo, vt Epiſcopo loci Ordinario tale ius competat tàm ante ſuſceptum habitum, quàm deindè antè profeſſionem, quamuis Monaſterium ſit exemptum ab ipſius iuriſdictione, & ſi prior exploratio prætermiſſa fuerit, ſufficit ſecunda, vt deciſum apud Sacram Congregationem Eminentiſſimorum, ex pluribus probauimus in praxi noui Iuris Pōtificij concl. vnic. de explorat. volunt. puellar. & notant Campanil. in diuerſor. iur. canon. cap. 16. num. 10. & 11. rubr. 12. ſui diuerſ. iur. can. & Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. alleg. 100. p. 3. apud quos plura habes in hac materia deciſa. quæ hic non repeto, cum appoſuerim cit. concl. vnic. Iuris Pontificij, vbi videas.

5 Ita quod valet Epiſcopus cenſuris eccleſiaſticis, vel alijs pœnis prohibere contra Superiores Regulares monialium, nè vlla puella profeſſionem emittat, niſi ab ipſo fuerit prius voluntas explorata, vt declarauit Sacra Congregatio in vna Burgen. de anno 1627. ſub die 4. Decembris, refert Sell. in ſelect. canon. cap. 35. num. 15.

6 Immo Præfectæ Monaſterio poſſunt cenſuris coerceri, nè in Monaſterio patiantur profiteri Nouitias, niſi facta exploratione, Campanil. d. cap. 16. nu. 17. Barboſ. cit. alleg. 100 num. 17.

7 Exploratio voluntatis Tertiariarum domibus propriis degentium non debet ab Epiſcopo fieri, ſi ibidem voti cælibatus emittant, Sacra Congregatio ita cenſuit de an. 1620. ſub die 8. Nouembris, teſte Sell. in ſelect. canon. cit. cap. 35. num. 20.

FAMILIARES.

SVMMARIVM.

1 *Familiares Regularium poſſunt recipere Sacramenta à Regularibus.*
2 *Familiares Regularium dicuntur de corpore Regularium, & eorum gaudent priuilegijs.*
3 *Famuli familiarum Epiſcoporum gaudent priuilegijs familiaribus talium conceſſis, & ordinari poſſunt à talibus Epiſcopis, num. 4.*

1 Familiares Regularium ex variis priuilegiis Sedis Apoſtolicæ Sacramenta recipere poſſe à Regularibus ipſis, recenſet Mirand. in manual. prælat. quæſt. 49. art. 1. tom. 1. & nouiter confirmat Lezan. in ſumma quæſt. Regular. cap. 21. ſub nu. 9. vbi annuit ſpecialiter Papam Alexandrum IV. conceſſiſſe Carmelitis poſſe miniſtrare Sacram. ſuis familiarib.

2 Recipit incrementum talis concluſio (ſecluſis priuilegijs) quia familiares Regularium dicuntur de corpore ipſorum, & eorundem gaudere debent prærogatiuis ad inſtar familiarium Epiſcoporum, Hermannus Stamm. de ſeruitut. perſonal. lib. 2. cap. 7. num. 6. Alzed. in praxi Epiſcopal. ſiuè de poteſt.

Epiſc.

Epiſc.cap.12.num.77.part.1. Gratian.forenſ. diſcept. tom.2. cap.340. & 341. Graſſ. in tract. de eff. ctib. cler. eff. ct.1. à num.128. cum ſeq.

3 Quinimò famulos familiarium Epiſcoporum, & Cardinalium, ſi tamen ipſorum & Epiſcoporum, & Cardinalium, expenſis alantur, gaudere priuilegijs conceſſis familiaribus iſtorum, probant Mandoſ. in reg. Cancell. 3. quæſt. 16. & nouiter Antonin. Dian. reſolut. moral. part.4. tract.4. miſcellan. reſolut.

4 145. vbi fundat, famulum familiaris Epiſcopi, qui eiſdem expenſis alitur poſſe ab illo ordinari, vigore Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 9. de reformat.

FAVOR.

SVMMARIVM.

1 *Fauor non poteſt impetrari à religioſis, recurrendo ad perſonas extra Religionem pro dignitatibus, & honoribus conſequendis.*

2 *Fratres Ordinis Prædicatorum prohibentur ſub pœna excommunicationis recurrere ad fauores pro ſe, vel pro alijs extra Religionem pro Generalatu.*

3 *Religioſus impetrans fauorabiles litteras ab extraneo pro dignitatibus conſequendis, ſi ſe pœnituerit, excuſatur à pœna.*

4 *Prælati Regulares nequeunt concedere aliquod officium alicui religioſo ſuæ Religionis ad inſtantiam alterius, vel pœnam remittere, & vide num. 5. & 6.*

1 FAuor non poteſt impetrari à religioſis recurrendo ad perſonas extra ſuam Religionem pro conſequendis honoribus, dignitatibus, vel gratijs in ipſa, idque ſub pœna inhabilitatis ad illa, aut ſimilia, & maiora conſequenda ſtat vetitum Regularibus S. Dominici, vt in Bulla Gregor. XIII. incip. Cum nihil magis, de qua in Bullario tom.2. in ordine 62. inter eiuſdem Conſtitutiones, & vigore Bullæ Clem. VIII. incip. Religioſos viros, & reſpectu Carmelitarum prohibuit Clemens VIII. in Bulla incip. Quoniam nemo, qui pariter id prohibuit Camaldulenſibus in alia Bulla promulgata in anno 1596. quæ incipit Ambitioſam, & Hieronymianis in alia, quæ pariter incipit Ambitioſam anni 1600. & Cruciferis in alia, quæ incipit Quoniam nemo, edita in anno 1604. & Auguſtinianis in Bulla eodem titulo, & anno, & Paulus V. Canonici Regularibus Sancti Saluatoris in Bulla edita in anno 1607. incip. Quoniam nemo, & Auguſtinianis in Bulla incip. Admonemur anni 1608. & Cœleſtinis in Bullar. incip. Quoniam nemo, anni 1616. & Fratribus Minoribus de Obſeruantia anno 1619 in Bulla Admonemur, tom.4 Bullar. inter bullas Pauli V. num. 16. & Minoribus Conuentualibus idem num. 18. ac etiã in ſpecie idem Paulus V. in Bulla 2. incipit Admonemur, anno 1608. præcipit Fratribus Ordinis Prædicatorum in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicatione latæ ſententiæ Papæ reſeruatæ, nè pro ſe, vel pro alijs extra Religionem recurrant ad fauores, ad effectum conſequendi Generalatus officium, vel alijs minus legitimis eiſdem, & modis obtinere quærant; Inſuper idem Paulus V. in Bulla Admonemur, prohibet eiſdem Minimis S. Franciſci de Paula tom.4. Bullar. inter Bullas Pauli V. num. 19. & denique

idem

idem Paulus V. in bulla anni 1613. edita, quæ incip. Alias per nos, prohibet recurſum ad fauorem extra Religionem Monachis Ciſtercienſibus Congregationis Italiæ, in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.

3 Ceſſabunt tamen pœnæ ſupradictæ, ſi contingeret religioſum impetraſſe ab aliquo ſæculari, vel extraneo fauorabiles litteras pro officijs, vel dignitatibus conſequendis in Religione, poſtea verò pœnitentia ductus, vel alio motiuo illas non dediſſet, vel ipſæ interceptæ eſſent, ita vt ad Prælatorum manus peruenire non valuiſſent, non incurreret prædictas pœnas, nec cenſuras, cum tales litteræ effectum ſuum ſortitæ non fuiſſent, Peirin. in ſuo compend. priuileg Minim. tom. 1. de ſubdit. quæſt. 2. de paupert. cap. 2. §. 10. & antea Nauar. conſ. 19. num. 2. de ſent. excomm. Sayr. deciſ. 19 eod. tit.

4 Qua occaſione obſeruabis ex diſpoſitione allegatarum Bullarum non licere Prælatis Regularium ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcunque perſonarum extra ſuos ordines exiſtentium alicui religioſo ſuæ Religionis aliquod officium, vel dignitatem concedere, aut pœnas remittere, vt de illis ſingulatim meminit nouiſſimè Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 18. nu. 82. vbi reſpectu Bullæ Pauli V. circa Minorum Superiores annuit, quod licet Peirin. in priuileg. Minim. tom. 1. de ſubdit. quæſt. 2. de paupert. c. 2. §. 11. aduer-
5 tat non interdici Prælatis facere aliquam gratiam ſuis ſubditis ad inſtantiam extraneorum, ſed ſolum hanc prohibitionem eſſe quoad honores, gra-
6 dus, dignitates, & officia; tamen cum Paul. V. in prædicta bulla pro Minimis dicat vllam gratiam dicere, & non diſtinguat à conceſſione officiorum, dignitatum &c. ideo putat non cenſeri tutam prælibatam interpretationem.

FESTVS.

SVMMARIVM.

1 *Regulares tenentur obſeruare dies Feſtos, quos Epiſcopus in ſua Diœceſi obſeruari præcipit.*
2 *Regulares, & ſi tenentur obſeruare ſupradictos Feſtos, tamen in illis Feſtis debent obſeruare eorum Ritum, quo ad miſſas, & alia officia.*
3 *Epiſcopo de facto mandanti Regularibus obedire non tenentur, & quando num. 4.*
5 *Regulares poſſunt cogi obſeruare Feſtum, non autem octauam.*
6 *Regulares poſſunt denunciare dies Feſtos in eorum Eccleſijs.*
7 *Regulares nequeunt eleuare Feſta Calendarij Romani ad nobiliorem Ritum, vt de ſemiduplice fiat duplex.*

1 Feſtos dies quos in ſua Diœceſi Epiſcopus ſeruando præcepit Regulares quoque ſeruare teneri, patet ex Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de regular. cap. 12. & probarunt ex recentioribus Piaſeg. in praxi Epiſcop. capit. 5. num. 47. part. 2. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. a num. 91. Illuſtriſs. Epiſc. Riccius in praxi for. Eccleſiaſt. reſol. 210. par. 2. Cochier. in tract. de iuriſd. in exempt. par. 2. quæſt. 45. nu. 45. Sellius in ſelect. canon. cap. 2. num.

num.11. vbi determinatum refert per Sacram Congregationē de anno 1617. in vna Oſtunen. Regulares per Epiſcopum compelli poſſe cenſuris ad obſeruantiam Feſtorum per illum cum approbatione populi indictorum, non autem Feſtus votiuos populorum, Nald. in ſumma in verbo Feſtum num.4.
2 Sed Feſtus dies quamuis Regulares ſeruare teneantur, quas in ſua Diœceſi Epiſcopus ſeruandos præceperit, Ritus tamen eorum, quoad miſſas celebrandas, & cætera diuina officia tàm publicè, quàm priuatim, ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſijs perſoluenda illis Feſtis permanere debent, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquo modo quicquam in contrarium eiſdem Re-
3 gularibus præcipi poteſt; quod ſi de facto præceperint Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire tenentur, verum quoad conciones, & lectio-
4 nes, quas eidem Regulares ad populum habuerint, debent ſe conformare Euangelijs, & Epiſtolis, quibus Clericus ſæcularis vtitur illis diebus Feſtis, & ita determinatum per Sacram Congregationem Eminentiſſimorum, probant Vgolin. de officio Epiſcopi cap.20.§.3.num.2. Quarant. in ſumm. Bullar. in verb. priuileg. Regular. Piaſeg. in praxi d.cap.3. Barboſ. de poteſt. epiſc. alleg.105.num.34.& 35.par.3.& ex nouiſſimi Tambur. in tract. de iure Abbat. diſput.... quæſito.... Vulpes in prax. iudicial. fori eccleſiaſt. cap.20.n.20.
5 Feſtum obſeruare poſſunt cogi Regulares, ſed quoad Octauam non poſſunt, & ſeruandæ ſunt rubricæ Breuiarij, & nouiſſima Decreta Sacræ Congregationis Rituum, prout ſic fuiſſe deciſum ſub die 21. Iunij de anno 1629. modernè fatetur Aldan. in compend. reſol. iur. canon. lib.1. tit.31. num.10.
6 Feſtos dies Regulares non prohibere in ſuis Eccleſijs annunciare à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Tridentini Congregatione fuiſſe deciſum de anno 1620. ſub die 2. Iunij, recenſet Periniſ. in conſtit. ſui Ordin. Minim. tom. 2. quæſt. 7. Pij V. ſub num.13. pag. mihi 193.
7 Feſta Calendarij Romani non poſſe eleuari à Regularibus, ad nobiliorem Ritum à ſemiduplice ad duplicem, niſi præcedente Sedis Apoſtolicæ licentia, declarauit Sacra Rituum Congregatio in anno 1628. ſub die 28. Octobris.

FIDEI PROFESSIO.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſionem facere, qui teneantur, & num. 2. & 3.*
4 *Religiones, quæ non habuerunt in vſum Bullam Pij V. an teneantur facere profeſſionem.*
5 *Fidei profeſſio facienda eſt à Regularibus antequam incipiant prædicare.*

1 PRofeſſionem Fidei facere tenentur prouiſi de Monaſterijs, Conuentibus, Domibus, & alij locis Regularium quorumcumque Ordinum etiam militarium, Pius IV. in ſua Bulla incip. Iniunctum, idibus Nouembris 1564. de qua poſt Rodriquez in ſumma cap.110. num.7. tom.1. Sanchez in ſumma lib.2. cap.5. num.5. tom.1. meminimus in praxi noui Iur. Pontif. concluſ.1. num.6. de profeſs. Fidei.

2 Et quamuis Sorb. in compend. priuileg. Mendicant. in verb. profeſſio Fidei, autumet id vſu non eſſe tamen contrarium probarunt Nauarr. conſ. 2. de ſumma Trinit. Sayr. deciſ. 2. eodem tit. Rodriq. qq. regul. to. 2. quæſt. 72. art. 1. Ricciul. in tract. de iur. perſon. extra gremium Eccleſiæ exiſtentium cap. 13. lib. 5. num. 1. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 61. num. 7. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. deciſ. 83. part. 4.

3 Vnde Ledeſm. in ſum. tract. 1. cap. 7. in fin. tom. 2. licet referat quandam Religionum conſuetudinem non faciendi huiuſmodi profeſſionem, ea tamen improbat.

Licet nouiſſimè Tamburrin. de iure Abbat. tom. 1. diſp. 8. quæſt. 3. nu. 3. ex declaratione Sacræ Congregationis annuit illam non eſſe in vſu circa Prælatos
4 Regulares, & proinde non obligare Religiones, quæ talem bullam non habuit in vſu, vel contrario aboliuit, quod pariter probant Sanchez in ſumma tom. 1. lib 2. cap. 5. num. 3. & Antonin. Diana alios adducens reſol. moral. par. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 78. vbi in fine enunciat id eſſe verum, etiam reſpectu Regularium Lectorum Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ, dummodo tamen in Religione ſit iſta conſuetudo profeſſionem Fidei in iſtis caſibus non faciendi.

5 Fidei profeſſio, quod fiat à Regularibus antequam prædicationis munus incipiant, poſſe compelli ab Epiſcopis locorum Ordinarijs, ſi ita illis videbitur ex declaratione Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Concilij Cardinalium nouiſſimè teſtatur Vulp. in praxi fori Eccleſiaſt. cap. 42. num. 4.

FRATRES.

SVMMARIVM.

1 *Fratres tot ſunt inſtituendi in locis, quot ſuſtentari ibidem poſſunt.*

2 *Fratres de familia tranſeuntes ad Religionem Reformatorum quando ibidem officium habere poßunt.*

3 *Fratres de familia volentes tranſire ad Religionem Reformatorum, debent obtinere licentiam in Congregatione.*

4 *Fratres de Familia tranſeuntes ad Religionem Reformatorum, integrum nouitiatum explere debent.*

5 *Fratres Reformati nequeunt habere dignitates, & officia inter obſeruantes, ſeù de familia.*

6 *Fratres Reformati ſunt intimandi, quando aliquis eorum ad Fratres de familia tranſire intendit.*

7 *Fratres Minores S. Franciſci de Obſeruantia Reformati Prouinciæ S. Thomæ in partibus Indiarum ſunt ſuppoſiti obedientiæ Vicarij Generalis Diſcalceatorum Hiſpaniarum.*

8 *Fratres Conuentuales Ordinis S. Franciſci de Aſſiſio bona in communi poſſidere poſſunt ex priuilegio.*

9 *Fratres iſti in temporalibus ſuccedunt, ac ſi eſſent in ſaeculo.*

10 *Fratres iſti vti ſinguli nihil propriè habere poſſunt.*

11 *Fratres Minimi S. Franciſci de Paula fuerunt inſtituti ab eodem S. Franciſco.*
12 *Fratres iſti ſunt exempti à ſolutione decimarum, & quarta funerali.*
13 *Fratres iſti eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare poſſunt, & audire Confeſſiones.*
14 *Fratres iſti ſunt Mendicantes.*
15 *Fratres Sanctiſſimæ Trinitatis ſub regula propria à quo fuerunt approbati.*
16 *Fratres iſti occupantur in redimendis captiuis ab infidelium ſeruitio ideò quærunt elemoſinas, & non dicuntur quæſtores, num. 17.*
18 *Fratres Prædicatores à quo fuerunt inſtituti.*
19 *Fratres iſti ſunt exempti ab Ordinariorum iuriſdictione, & à ſolutione decimarum.*
20 *Fratres iſti nequeunt appellare à punitionibus, & correctionibus ſuorum Prælatorum.*
21 *Ordinarij, ſiuè Prælati nequeunt interpetrare priuilegia Fratrum Prædicatorum.*
22 *Libri Fratrum Prædicatorum ſub anathematis pœna, nequeunt ab eorum bibliothecis extrahi.*
23 *Fratres iſti præcedunt alijs Religioſis cuiuſcunque Ordinis Mendicantium, & in temporalibus, ac ſi in ſæculo eſſent ſuccedunt, vt num. 24.*
24 *Nouitij Ordinis Prædicatorum in articulo mortis Religionem profiteri poſſunt.*
25 *Fratres iſti poſſunt facere proceſſionem ſanctiſſimi Sacramenti infra octauam Corporis Chriſti.*
26 *Fratres Cappellani S. Ioannis Hieroſolymitani à quocunque Antiſtite etiam extra tempora in diebus feſtiuis ſacros ordines ſuſcipere poſſunt.*
27 *Fratres iſti, ſiuè Rectores, ſiuè Parochi in Eccleſijs curam animarum habentibus, tempore viſitationis Epiſcopi iuriſdictioni ſubſunt.*
28 *Fratres iſti, ſiuè eorum Vicarij in parrochialibus prædictæ Religioni vnitis, non tenentur ad contributionem Seminarij, & declaratiui ſubſidij ſolutionem.*
29 *Fratres iſti ad proceſſiones vocari debent, & ſi ſint renuentes debent compelli.*
30 *Fratres Cappellani Religionis Hieroſolymitanæ, qui Parrochialis ſæcularis redditus adminiſtrarunt, ſi ab Epiſcopo citantur ad reddenda computa, non comparentes, poſſunt excommunicari.*
31 *Fratres hoſpitalitatis, & infirmis miniſtrantes B. Ioannis Dei fuerunt inſtituti ſub regula S. Auguſtini.*
32 *Fratres iſti emittunt votum ſeruiendi infirmis in hoſpitalibus.*
33 *Fratres iſti nequeunt deferre pallium per Ciuitates, & Oppida, ſed tantum in itinere.*
34 *Fratres iſti, quod votum emittunt in profeſſione.*
35 *Fratres iſti ſunt exempti ab Ordinariorum iuriſdictione.*
36 *Regula Fratrum, & Sororum tertij Ordinis S. Franciſci, ſeù Tertiariorum in proprijs domibus viuentium, quæ ad peccatum non obligat, ſed ad pœnam à quo fuit approbata.*
37 *Regula Fratrum, & Sororum tertij Ordinis Beatæ Mariæ à quo fuit approbata.*
38 *Regula Fratrum, & Sororum tertij Ordinis S. Dominici, ſeù Tertiariorum, non ad culpam, ſed ad pœnam obligans à quo fuit approbata.*
39 *Fratres, & Sorores tertij Ordinis Sancti Franciſci de Paula habent propriam regulam, & fruuntur multis priuilegijs.*
40 *Fratres Congregationis Pauperum Ieſuitarum à quo fuerunt inſtituti.*

41 Fra-

41 *Fratres iſti proprio examine Ordinariorum confeſſione in Eccleſijs Regularium audire poſſunt.*
42 *Fratres iſti profitentur regulam Sancti Auguſtini.*
43 *Fratres iſti connumerantur in numero Mendicantium.*
44 *Fratres iſti à quo habuerunt priuilegium, vt ad ſacros Ordines promoueri poſſint, & horas canonicas recitare.*
45 *Fratres prædicti ea forma caputij, qua cæteri Mendicantes vtuntur, vti poſſunt.*

1 FRatres tot ſingulis in locis ſunt inſtituendi, quot ibidem proprijs red-
ditibus, vel conſuetis elemoſinis comodè ſubſtentari valent, ita poſt
Clem. VIII. ſtatuit Paulus V. in Bulla incip. Sanctiſſimæ, & adde videndum
de iure communi text. in cap. 1. de inſtit. vbi nouiſſimè Barboſ. in collectan.
num. 3. aduertit cõmodè viuere tunc dici, vbi quis aptè vtiliter, & ſecundum
qualitatem ſtatus, & Monaſterij viuit, & adde recenter Can. Nouar. fra-
trem in ſumma Bullar. tit. de Regul. numer. in ſingulis Monaſterijs conſtituen-
do, vbi alia reportat, & vide infra in verbo, Monaſteria.
2 Fratres de Familia ex aliqua cauſa, aut priuilegio tranſeuntes ad Religio-
nem Reformatorum, nullum officium, aut dignitatem habere poſſunt,
niſi ſpatio ſex annorum inter illos laudabiliter vixerint, ita cautum eſt vi-
gore Bullæ Gregorij XV. incip. Onerosa, edita ſub die 1. Septembris 1621. Põ-
tificatus ſui anno primo, circa gubernationem Fratrum Minorum de Obſer-
uantia reformatorum.
3 Fratres de Familia volentes tranſire ad Religionem Reformatorum,
debent licentiam obtinere in Congregatione, ſeù Capitulo, vt in dicta Bulla
ſtat ſancitum.
4 Fratres de Familia tranſeuntes ad Religionem Reformatorum, nouitia-
tum itegrum explere obligantur, vt in ſupradicta Bulla.
5 Fratres Reformati nequeunt habere inter Obſeruantes, ſeù de Familia
aliquam dignitatem, vel officium, prout ſtat cautum in dicta Bulla Gregorij
XV. vbi etiam, quod intimari debẽt Fratres Reformatibus in Cõgregatio-
6 ne, ſeù Capitulo Prouinciali ad deducendas cauſas, ob quas intendant ad Fa-
miliam tranſire, quibus aſſignatur annus ad deliberandum, quo elapſo nullus
deinde Reformatus quacumq; de cauſa à Reformatione ad Familiam tran-
ſire valet.
7 Fratres Minores S. Franciſci de Obſeruãtia Reformati Prouinciæ S. Tho-
mæ in partibus Indiarum ſunt ſuppoſiti obedientiæ Vicarij Generalis Diſcal-
ceatorum Hiſpaniarum, ex Bulla eiuſdem Gregorij XV. incip. Sacri Apoſto-
latus, edita die 11. Ianuarij 1622. Pontificatus ſui anno primo.
8 Fratres Conuentuales Ordinis S. Franciſci de Aſiſio, quorum Conſtitu-
tiones in Capitulo Generali de anno 1625. editas confirmauit S.D.N. Vrbanus
VIII. in ſua bulla incipit Militantis, ſub die 15. Maij 1628. vt bona in commu-
ni poſſidere poſſint, impetrarunt indultum ab Innocentio IV. de anno 1244.
9 & profiteri cęperunt Regulam cum limitatione priuilegiorum repertã, &
approbatã, ita vt in temporalibus ſuccedunt, ac ſi eſſent in ſæculo, ex bulla Cle-
10 mẽtis VIII. incip. Obtentu, ſed ipſos vt ſingulos nihil propriè habere poſ-

ſe vetuit Pius V. in ſua bulla incip. Ad extirpãdos, de anno 1566. ita nouiſſimè
Barboſ. in tract. de iur. eccleſ. vniu. c. 41. n. 175. lib. 1. & de huiuſmodi Conuen-
tualibus plura habes apud Mirand. in manu. Prel. q. 12. ar. 1. concl. 3. Rodr.
in comp. qq. regul. reſol. 123. n. 30. Suar. de relig. to. 4. tract. 9. lib. 2. c. 7. n. 6.
11 Fratres Minimi S. Franciſci de Paula, ab eodem S Franciſco inſtituti fue-
runt in anno 1473. quorum Regula à Sixto IV. approbata fuit, à quo etiam
12 exemptio à decimis, & quarta funerali conceſſa eſt, & Iulius II. in ſua Bul-
la incip. Dudum, 5. Kalendas Auguſti 1506. ſtatuit eos Minimos appellari, ac
13 etiam Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & vt confeſſiones audire va-
leant cenſuit, ac etiam ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcepit Sixtus IV.
in Bulla incip. Sedes Apoſtolica, 6. Kalend. Iunij 1474. & Pius V. in Bulla incip.
Apoſtolicæ Sedis, 9. Nouembris 1567. declarauit eos eſſe Mendicantes, de
quo vide in verbo Mendicantes, illorum priuilegia, quę ſtant in vſu, confirma-
uit Sanctiſſ. D.N. Vrbanus VIII. in Bulla incip. Iniuncti, & de illis plura Azor.
inſt. moral. par. 1. lib. 13. cap. 11. q. 13. Marul. in Ocean. Relig. lib. 5. fol. 360. Me-
rigia de orig. relig. lib. 1. c. 49. vltra Peirin. in eius conſtit.
15 Fratres Sanctiſſimæ Trinitatis ſub regula propria approbari fuerũt ab
Innocentio III in Bulla incip. Operante, 14. Kalendas Iulij 1209. ac etiam con-
firmauerunt plures Pontifices, vt dicit Gregorius XIII. in Bulla incipit Regi-
mini militantis, 19. Martij 1575. & ex eorum inſtituto occupantur in redimẽ-
dis captiuis ab infidelium ſeruitio, quare elemoſinas quęrere poſſunt, nec quę-
ſtores dicuntur, ſed Religioſis, ita Clemens VII. in eius bulla *incipit* Gratum,
15. Kalendas Maii 1524.
16 Fratres Prędicatores à Sancto Dominico ſub eius regula in anno 1205.
inſtituti fuerunt, & Honorius III. in eius bulla incipit Religioſam, 11. Kaendas
Ianuarii 1216. approbauit, prædicti Fratres ſunt exempti ab Ordinariorum
iuriſdictione, nec non à decimarum ſolutione, Gregorius XI. in bulla *incipit*
Virtute, de menſe Martii 1374. & Bonifacius VIII. in ſua bulla incip. Ad aug-
mentum, voluit nè à punitionibus, ſeu correctionibus ſuorum Prælatorum
20 appellationem interponere valerent, & Clemens IV. in eius bulla incip.
Ordinis, expreſsè Prælatis prohibuit eorum priuilegiorum interpretationẽ,
21 & S.D.N. Vrbanus VIII. in bulla incip. Eum ſicut, de menſe Martii 1626.
22 anathematis pœnam, & vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationem incurrere
voluit extrahentes, ſeù permittentes libros etiam manuſcriptos ab eorum Bi-
23 bliothecis extrahi; & iſti Fratres præcedunt aliis Religioſis cuiuſcumq;
Ordinis Mendicantium, vt in verbo præcedentia, & temporalibus, ac ſi in ſę-
culo eſſent, ſuccedunt, vt in verbo ſucceſſio, & eorum Nouitii in articulo mor-
tis, ante tempus in manibus Prælatorum, regulam profiteri poſſunt, vt in ver-
bo Nouitii.
25 Fratres Ordinis Prædicatorum poſſunt facere proceſſionem ſanctiſſi-
mi Sacramenti infra octauam Corporis Chriſti propter loca quæ electa va-
riare minimè valent, vide in verbo proceſſio, de quibus, & aliis nouiter Bar-
boſ. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. cap. 41. à num. 7. cum ſeq.
26 Fratres Cappellani S. Ioannis Hieroſolymitani à quocumque Antiſtite
ſub ſanctæ Sedis Apoſtolicæ conſtituto, ſacros Ordines etiam extra tem-

Digitized by Google

pòra in tribus diebus feſtiuis ſuſcipere valent, in quibuſcumque Eccleſijs tàm ſecularium, quàm regularium nulla alicuius præuia licentia, vide in verbo
27 Ordo, & iſti Fratres ſiue ſint Rectores, ſiuè Parochi in Eccleſijs animarum ſecularium curam habētibus tempore viſitationis, correctioni, & iuriſdictioni Epiſcopi in concernentibus curam, ac Sacramentorum adminiſtrationem, ſuppponuntur, niſi aderit conſuetudo in contrarium, ita determinauit Sacra Congregatio Concilij de menſe Iulii 1627. & vide in verbo cura animarum.

28 Fratres Hieroſolimitani, ſiuè eorum Vicarii in parrochialibus prædictæ Religioni vnitis ad cōtributionem Seminarii, & ad charitatiui ſubſidij ſolutionem minimè tenentur; ita declarauit Sacra Congregatio 14. Decembris 1630. in vna Auguſtana, Sellius in ſelect. canon. cap. 10. num. 20. prout etiam ſic voluit Gregorius XIII. in Bulla incipit Quo magis, de menſe Martij 1580. & adde Aldan. in compend. canon. reſol. tit. 16. num. 11.

29 Fratres ſupradicti nullis obſtantibus priuilegijs ad proceſſiones vocari debent, & ſi renuentes fuerint compelli, vide in verbo proceſſio.

30 Fratres Cappellani Religionis Hieroſolymitanæ, qui Parrochialis ſæcularis redditus adminiſtrarunt, ſi ab Epiſcopo ad computa reddenda citantur, non comparentes, excommunicari poſſunt, vide in verbo excommunicare.

31 Fratres Hoſpitalitatis, & infirmis miniſtrantes B. Ioannis Dei, inſtituti fuerunt ab eodem ſub regula Sancti Auguſtini, tempore Pontificatus Pauli III. quorum Congregationem confirmauit Pius V. ſub obedientia Epiſco-
32 porum in anno 1572. & Clemens VIII. in anno 1598. inſtituit, vt emit-
33 terent votum infirmis in Hoſpitalibus ſeruiendi per Ciuitates, & Oppida pallium deferre nequeunt, ſed dumtaxat in itinere, ita Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium die 15. Iulij 1616. & Paulus V. in anno 1611.
34 admiſit ad profeſſionem cum quarto voto ſeruiendi in hoſpitalibus fami-
35 liæ ſuæ, & in bulla incip. Romanus, ab Ordinariorum iuriſdictione exoriri voluit, de quibus, & alijs latius vide Barboſ. nouiſſimè in tract. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. de relig. ordinib. cap. 41. num. 161.

36 Fratrum, & Sororum tertij Ordinis S. Frācíſci, ſeù Tertiariorum in proprijs domibus viuentium regulam, quæ ad peccatum non obligat, ſed ad pęnam, eſt approbata à Nicolao IV. in bulla incip. Supra, 16. Kalend. Septembris 1289.

37 Fratrum, & Sororum tertij Ordinis Beatæ Mariæ, Martinus V. in bulla incip. Sedis, 17. Kalend. Aprilis 1423. Regulam approbauit.

38 Fratrum, & Sororum tertij Ordinis S. Dominici, ſeù Tertiariorum Regula, non ad culpam, ſed ad pęnam tantum obligans, fuit approbata ab Innocentio VII. in eius bulla incip. Sedis, in anno 1405.

39 Fratres, & Sorores tertij Ordinis S. Franciſci de Paula habent propriam Regulam, multiſq; fruuntur priuilegijs, Iulius II. in bulla incip. Dudum, 5. Kalend. Auguſti 1556.

40 Fratres Congregationis Pauperum Ieſuitorum fuerunt inſtituti à S. Ioanne Colombino Senenſi, & Martinus Quintus in eius bullæ incip. Piæ poſtulatio, de menſe Nouembris 1428. approbauit, & Ieſuitos appellari voluit

Alexander VI. vt patet in eius Bulla incip. Ad Sacram, & Gregorius XV. in eius Bulla incip. Ex iniuncto, ipſis facultatem conceſſit, vt Ordinariorum præ-
41 uio examine in Parrochialibus Eccleſijs Domorum Regularium, Con-
42 feſſiones audire valeant; iſti autem Fratres S. Auguſtini Regulam profitentur, ſicque omnibus priuilegijs, & gratijs Eremitis S. Auguſtini conceſſis fruuntur, ita voluit Clemens VII. in Bulla incip. Sacræ, pridiè Kalend. Februa-
43 rij 1532. & Pius V. in Bulla incip. Romanus, eos in numero Mendicantium connumerari voluit, omnibuſq; eorum priuilegijs frui, & Paulus V. in
45 Bulla incip. Religioſos, ad ſacros ordines poſſe promoueri indulſit, & ad horarum recitationem teneri ſtatuit, & S. D. N. Vrbanus VIII. in eius Bulla incip. Oneroſa, edita in anno 1624. voluit, quod prædicti Fratres ea forma
46 caputij, qua cæteri Mendicantes vtuntur, vti poſſe, eorum Nouitiatus eſt erectus in Domo Sanctorum Ioannis, & Pauli de Vrbe, ſub gubernio Congregationis Theatinorum, & confirmatum à Gregorio XV. in bulla incip. inter multiplices.

GABELLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes non tenentur ſoluere gabellas, & contributionem.*
2 *Eremitæ Camaldulenſes Montis coronæ non tenentur ſoluere gabellas, datia, nec vlla onera.*

1 Gabellas ſoluere, & contributionem aliquam facere minimè tenentur Ordines Mendicantium, ex Bulla Pij V. incip. Dum ad vberes, in anno 1566. promulgata, refert nouiſſimè Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 3. num. 14. vbi autumat hoc priuilegium non eſse derogatum ex Gregorij XIII. bulla edita in anno 1573. vigore cuius derogatur priuilegijs à Pio V. Regularibus conceſſis, quia nulla fit mentio de iſto, Quarant. in ſum. Bullar. in verbo priuilegia Regularium, Cherubin. in compend. Bullarum tom. 2. ſuper d. bull. Pij V.

2 Sic pariter gabellas, datia, & onera omnia ſoluere, nec tenentur Eremitæ Camaldulenſes Montis Coronæ, cum ab illis fuerint facti exempti à Clemente VII. vt in eiuſdem bulla incip. Veſtrorum, de anno 1528. ſub die 27. Iulij.

GENERALIS, & GENERALATVS.

SVMMARIVM.

1 *Generalis Religionis poteſt quacumque de cauſa ſubditos ſuſpendere à confeſſione.*
2 *Generalis Religionis poteſt confiteri Confeſſario extra Religionem.*
3 *Generalis S. Franciſci de Obſeruantia ad ſex annos eligi poteſt.*
4 *Generalis Religionis poteſt diſpenſare cum illegitimis ad dignitates.*

5 Ge-

5 *Generalis Ordinis Minorum de Obſeruantia, vel alter ab ipſo deputandus poteſt viſitare Conuentus, & loca tam maſculini, quam fœminini generis, & habent poteſtatem, & facultatem in viſitatione corrigendi, & reformandi, num.6.*

7 *Generalis habet facultatem ordinatam, vt ſupra in viſitatione ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis obſeruari faciant, & vti brachio ſæculari, num.8.*

9 *Generalis de Obſeruantia poteſt vti ſigillo totius Ordinis Fratrum Minorum.*

10 *Generalatus excluditur ſub nomine beneficij ad incurrendas pœnas ſimoniæ.*

11 *Generalis Clericorum pauperum Congregationis Matris Dei Scholarum piarum, & quatuor ſocij habent vocem actiuam, & paſſiuam.*

12 *Reductiones miſſarum facere prohibentur Generales Religionum.*

13 *Generalis conſenſus requiritur, vt miſſarum celebrandarum onera perpetua Regulares accipere valeant.*

14 *Generales Religionum, & ab ipſis deputati qualiter poſſunt abſoluere ſuos ſubditos ab excommunicationibus.*

1 GEneralis Religionis poteſt quacumque de cauſa ſubditos ſuos, & quomodolibet etiam extraiudicialiter à confeſſionibus audiendis ſuſpendere, vt determinauit Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Interpr. Congregatio de anno 1627. ſub die 2. Iulij, & fatetur Peregrin. part.1. Conſt. Cleric. Regular. cap.5. lit. D.

2 Generalis Religionis poteſt confiteri Confeſſario extra Religionem, vt ex conceſſione Gregorij IX. eſſe in vſu, autumat Villalobos in ſumma tract.9. different.47. num.4. tom.1. & nouiſſimè etiam reſpectu Generalis ſuæ Illuſtriſſimæ, & Sanctiſſimæ Religionis Theatinorum probat Antonin. Diana certè fatigatus vir part.3. reſol. moral. tract.2. de dub. regular. reſol.1. vbi rationes adducit, & contrarijs reſpondet vt latius apud eum cerni poterit.

3 Generalis Religionis poteſt diſpenſare cum ſubditis illegitimis ad dignitates, & officia ordinis extra Capitulum, ita ex priuilegio Gregorij XIV. conceſſo Clericis Regularibus Miniſtrantibus infirmis tom.2. Bullar. in ordine Bull. 17. annuunt Tamburrin. de iure Abbat. diſp.5. quæſt.14. num.10. tom.1. Fr. Sigiſmund. à Bonon. de elect. part.2. cap.4. dub.76. nu.6. & alij apud Dian. reſol. moral. 102. tract.2. de dub. regular. vbi pariter ex altera bulla eiuſdem Gregorij, reportat Rodriquez contrarium tenentem in compend. qq. Regular. reſol.52. num.40.

4 Generalis Fratrum S. Franciſci de Obſeruantia ad ſex annos eligi poteſt vigore bullæ Leonis V. edita in anno 1517. meminit recenter Barboſ. in tract. iur. Eccleſ. vniuerſ. lib.1. cap.41. num.176. vbi num.175. idem firmat de Generali Conuentualium autumans ſub num.177. vt Generalis, qui per ſex annos durat, ſicut in præteritum vſus eſt ita hodie vti poteſt titulo, & ſigillo cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, & ita teſtatur Sacram Congregationem declaraſſe ſub die 22. Martij 1631.

5 Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia per ſe ipſum, ſi commodè potuerit, vel ipſo impedito per alium, vel alios eiuſdem Ordinis profeſſos morum grauitate, doctrina, prudentia, integritate, ac Religionis zelo præſtantes ab ipſo deputandos, maſculini, & fœminini generis, Conuentus, & loca vbicumque exiſtentia, eorumq; Superiores, & quaſ-

cumque Regulares perſonas authoritate Pontificia viſitare poteſt, vt in Bulla Gregorii XV. incip. Dilecte filij, edita 27. Septembris 1622. Pontificatus ſui anno ſecundo.

6 Datur autem plena illis facultas, & poteſtas in huiuſmodi viſitatione corrigendi, & reformandi, ac in illorum vniuerſorum, & ſingulorum ſtatum, formam, regimen, ſtatuta, conſuetudines, vitam, mores, ritus, & diſciplinam coniunctim, vel diuiſim inquirendi, mutandi, corrigendi, emendandi, renouandi, ac etiam ex integro condendi, & condita Sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, & Regularibus inſtitutis non repugnantia confirmandi, vt in dicta Bulla.

7 Generalis Religionis S. Franciſci de Obſeruantia habet facultatem ordinatam vt ſupra in viſitatione ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis obſeruari facere, ibidem.

Necnon ijſdem pœnis, ac priuationis officiorum, & dignitatum, vociſque actiuæ, & paſſiuæ, & perpetuæ ad illa, & alia in poſterum inhabilitate contradictores afficere poterit, ibidem.

8 Et pro tali executione etiam brachio ſeculari vti licebit, ibid.

Et tandem ei libera, ac plena libertas, & facultas tribuitur, ibid.

9 Generalis de Obſeruantia legitimè vſus fuit, & vti poteſt titulo, & ſigillo cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, ita declarauit Sacra Congregatio Rituum die 22. Maij 1631.

10 Generalatus includitur ſub nomine beneficii ad incurrendas pęnas ſimoniæ, vt deciſum à Sacra Congregatione, occaſione cuiuſdam electionis relatum eſt, & probant vltra antiquos ex recentioribus Sanchez in opuſc. tomo 2. lib. 2. cap. 3. dub. 104. Rayner. in cathal. cenſurar. capit. 9. excommunic. 12. Suarez de religion. diſput. 22. ſect. 5. num. 24. tom. 2. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 23. c. 12. nu. 182. tom. 2. Gordon. in ſumma lib. 7. quæſt. 13. cap. 4. num. 70. tom. 2. Tamburrin. in tract. de iur. Abbat. diſp. 10. quæſt. 5. à num. 3. tom. 2.

Et quamuis non deſint contrarium tenentes, inter quos inſurgunt Azor. inſtit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 21. quæ. 6. Peyrin. de relig. ſubd. tom. 1. quæſt. 1. cap. 31. §. 9. dict. 21. Bonacin. de ſimon. diſp. 1. quæſt. 7. §. 2. n. 4.

Tamen primam ego agnoſco veriorem opinionem, & magis tutam, quam deinde reuoluto mantelletto, meritò ſectatus eſt Leſſ. in tract. de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 35. dub. 25. n. 137. in moderna edit.

Indè in facti contingentia conſultus ſic reſpondi nè dum reſpectu Generalatus, verum etiam Prouincialatus, Prioratus, Guardianatus, Correctoratus, & ſimilium, vt reſpectu Conſultorum, Definitorum, & Præpoſitorum ſuæ Religionis, probat Peregr. in Conſtit. Cleric. Regular. part. 3. cap. 3. cap. 1. §. 2. lit. I. vbi annuit ſupradicta eſſe beneficia regularia, & illa ſimoniacè obtinentes incurrere pœnas latas aduerſus obtinentes beneficia cum ſimonia.

11 Generalis Clericorum pauperum Congregationis Scholarum Piarum, & quatuor ſocii habent vocem actiuam, & paſſiuam rapreſentantes corpus Religionis, vt in Bulla Gregorij XV. incipit Apoſtolici muneris, edita anno 1622.

12 Ge-

12 Generales Religionum hodiè prohibentur reductiones miſſarum facere, vt nouiſſimè extitit declaratum à Sacra Congregatione Concilij de mandato S. D. N. Vrbani VIII. in decretis de celebratione miſſarum §. 1. cuius tenorem habes in verbo miſſa, licet per prius poterant vigore Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 4. de reformat. de quo Nos latius forenſ. quæſt. 107. part. 1. & Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 29. part. 3.

13 Generalis conſenſus, vel Prouincialis requiritur, vt miſſarum celebrandarum onera perpetua Regulares accipere valeant ex decreto Sacræ Congregationis de quo in d. verbo miſſa.

14 Generales Religionum, & ab ipſis deputati poſſunt abſoluere ſuos ſubditos ab excommunicationibus, & cenſuris Papæ reſeruatis, vt reſpectu Carmelitarum ſtat conceſſum priuilegium ab Eugenio IV. & Sixto IV. reſpectu Ordinis Prædicatorum ſtat conceſſum ab eodem Sixto IV. & à Iulio II. qui idem conceſſit Fratribus S. Franciſci de Paula, & reſpectu Religionis Miniſtrantium Infirmis conceſſit Gregorius XIV. vt de hisomnibus modernè latius teſtatur Lezana in ſumma quæſt. Regular. tit. de obligationibus Prælatorum Regularium. c. 18. num. 36. per hæc verba.

Poſſunt præterea plures Prælati Religionum abſoluere ſuos ſubditos ab excommunicationibus, & cenſuris Papæ reſeruatis.

Primo, enim id poſſunt facere Generalis, & ab ipſo deputati ex priuilegio Eugenij IV. & Sixti IV. Carmelitanis conceſſo, vt habeant circa omnes ſui Ordinis Fratres in confeſſionibus eorum audiendis, & pœnitentijs iniungendis, alijſque dumtaxat ſalutem animarum cōcernentibus exequendis eandem poteſtatem, & facultatem qualem in præmiſſis minores Pœnitentiarii Papæ in Romana Curia præſentes exercebant, & habebant. In qua etiam conceſſione eis conceditur ſuos dicti Ordinis Fratres ab omnibus abſoluere exceſſus cenſuris, & pœnis, niſi talia forent, propter quæ meritò eſſent ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi.

Sub qua limitatione ſolum vult Pontifex comprehendere hæreticos relapſos, ſchiſmaticos, & qui dictas literas Apoſtolicas falſificaſsent, aut ad infideles prohibita dumtaxat detuliſſent.

Secundo, ex priuilegio eiuſdem Sixti IV. vbi concedit Prælatis Ordinis Prædicatorum facultatē abſoluendi ab exceſſibus, & cenſuris, niſi talia forent propter quæ ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandi, explicans vero caſus in quibus ſunt deſtinandi dicit; declaramus hæreticos, relapſos, ſchiſmaticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita, detuliſſent, dumxtat eſſe ad ſedem prædictam merito deſtinandos, reliquis vero omnibus etiam ſimoniæ, qualitercunque irretitis poſſe per illos, quibus inibi conceditur abſolutionis beneficium, &c.

Tertio, id poſſunt facere ex Iulio II. qui idem, quod Sixtus IV. conceſſit Prædicaribus, & Minimis Sancti Franciſci de Paula, habetur Bulla t. 1. Bullar. Laertij Cherubini pag. 417.

Excluſit autem conſpirationem in Romanum Pontificem Laurent. Peytin. tom. 1. priuileg. Minim. in Conſtit. 4. Sixti IV. §. 5.

Tandē Quarto, ex priuilegio Greg. XIV. cōceſſo Religioni Miniſtrantium Infirmis,

Infirmis,in illis verbis: (Necnon à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpẽſionis,& interdicti, alijſque cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, non tamen nominatim, quomodolibet latis) vide Bullam 2. tom. Bullar. Laert. Cherub. fol. 706.

Et aduerte priuilegium hoc ſolum concedi Generali, & ab ipſo deputatis, non vero alijs Superioribus.

GVARDIANVS.

SVMMARIVM.

1 *Guardianus S. Franciſci de Aſſiſio eſt verus Prælatus, & dicitur Ordinarius ſuorum ſubditorum.*

2 *Guardianus poteſt committere alicui, vt faciat omne, quod ipſe gerere poteſt ex officio ordinario.*

3 *Guardianus ſiuè Superior Rgularium poteſt dare licentiam vt eligatur Confeſſor extra Religionem.*

4 *Guardiani Minorum habent omnes prærogatiuas conceſſas Prioribus Sancti Dominici Conuentualibus.*

5 *Guardianus in Alpibus Hiſpaniam verſus, vltra triennium munus exercere nequit, ſub pœna excommunicationis etiam contra Prælatum permittentem, & ſubditos obedientes, & huiuſmodi triennium quomodo intelligatur n. 6. & 7.*

1 GVardianus in Monaſterijs Ordinis S. Franciſci de Aſſiſio eſt verus Prælatus,& habet iuriſdictionem ordinariam,& dicitur ſuorum ſubditorum Ordinarius, Villalob. in ſumma tract. 9. diffic. 49. num. 11. tom. 1. Ledeſma in ſumma de Sacram. cap. 38. quæſt. 7. num. 3. tom. 1. Suarez de relig. lib. 10. cap. 5. num. 3. tom. 1. & alij apud Antonin. Dian. reſolut. moral. part. 2 3. tract. 2. de dub. Regular. reſol. 2. ibi etiam, quod Guardianus poteſt committere alicui, vt faciat omne, id quòd ipſe gerere poteſt ex officio Ordinario, quia habet poteſtatem ordinariam,& proindè tutatur, vt ſecluſa Conſtitutio-3 ne Religionis, vel ſtatuto in contrarium valeat Guardianus, ſiuè alios Regularium Superior dare licentiam, vt eligant Confeſſarium extra Religionem.

4. Guardiani Minorum habent omnes prærogatiuas, quæ reperiuntur conceſſæ Prioribus S. Dominici Conuentualibus, ex Bulla Iulij II. vt in Compend. priuil. Minor. in verb. Guardianus, §. 4.

5. Guardianus in Alpibus Hiſpaniam verſus nequit vltra triennium munus exercere ſub excommunicationis pœna, tàm contra ipſum, quam contra Prælatum permittentem,& ſubditos obedientes ita cantat expreſsè Bulla Pauli IV. pro officiis Ordinis Minorum.

6 Intelligitur tamen huiuſmodi triennium, de Capitulo in Capitulum, ex 7 Bulla Sixti V. & Clement. VIII. ita vt quamuis Capitulum dilatetur aliqua de cauſa vltra triennium, non per hoc incurretur cenſura, vt declarauit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. & ita indiſtinctè practicatur abſque ſcrupulo,& confert Mirand. de monial quæſt. 7. art. 9.

H A-

Digitized by Google

HABITVS.

SVMMARIVM.

1 *Puellæ non admittuntur ad habitum, & inſcio Epiſcopo loci Ordinario, & quare, num.2.*
3 *Puella ſi habitum Religionis inconſulto Epiſcopo ſuſcepit à dicto loci Epiſcopo eſt diligenter examinanda.*
4 *Habitus niger tam in Monaſterio, quam extra, conceditur vt à monachis S. Auguſtini deferri poſſit.*
5 *Geſtans per multos annos habitum ſolitum deferri à Fratribus Nouitiis S. Dominici diſtinctum ab habitu profeſſorum intra, & extra clauſtra, ſi poſtea illud dimittat, tenetur reuertere ad Religionem, & de eius profeſſionis validitate videndum.*
6 *Habitus Religionis Nouitio exeunti à Religione non eſt reſtituendus, ſed pretium.*
7 *Regulares ad Cardinalatum euecti habitum ſuorum ordinum deferunt.*
8 *Regularis factus Epiſcopus tenetur deferre habitum ſuæ Religionis.*
9 *Religioſus factus Epiſcopus ſi abſque cauſa ſuæ Religionis habitum deponat, non incidit in excommunicationem, & vide n.10. & 11.*
12 *Religioſi temerè habitum dimittentes, in excommunicationem incurrunt.*
13 *Habitum occultans, nè cuius ordinis ſit cognoſcatur excommunicatur.*
14 *Religioſus occultans habitum ſuæ Religionis, eſt apoſtata.*
15 *Religioſus dimittens habitum ſuæ Religionis profeſſionis nullitatum allegare nequit.*
16 *Reclamatio nullitatis profeſſionis eſt facienda cum habitu, limita vt n.17. & 18.*

1 Habitus Nouitiæ non eſt dandus puellis, niſi prius Epiſcopus loci Ordinarius certioretur ad finem explorandi puellæ
2 voluntatem, vt decidit Sacra Congregatio in vna Liman. 19.Septembris 1625. refert Sellius in ſelect. canon. cap. 35. num. 18.

3 Habitus Religionis inconſulto Epiſcopo ſi fuerit ſuſceptus à puella in Monaſterio, antequam illa profiteatur diligenter eſt à dicto Epiſcopo loci Ordinario examinanda, ita declarando determinauit Sac. Congregatio teſte Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ l.7. de Relig. lib. 2. tit. 18. num. 46. & poſt illum meminit Barboſ. in tract. de offic. & poteſtate Epiſc. alleg. 100. nu. 4. par. 3.

4 Habitus niger tam in Monaſterio, quàm extra, vt à monachis, ſeù regularibus S. Auguſtini deferri poſſit conceditur, licet ſolerent vti in Monaſterio habitu albo, attento ſimili vſu aliorum Religioſorum in eadem Prouincia, Sacr. Congreg. Rit. in Tullen. 8. Maij 1608.

5 Habitum à Fratribus Nouitijs Ordinis S. Dominici geſtari ſolitum a profeſſorum habitu diſtinctum per multos annos intra, & extra clauſtra geſtans, ſi poſtea illum dimittat, tenetur reuertere ad Religionem, & poſtmodum videndum de validitate profeſſionis, ita cenſuit Sac. Eminentiſſimorum Cardinaliũ Concilij Interpretum Congregatio in Rhedonen. 1. Aprilis 1628.

6 Ha-

6 Habitus Religionis Nouitio exeunti nō eſt reſtituendus,ſed illius pretium ei ſolui debet, vt declaraſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum, fatetur Barboſ.in tract.de poteſt.Epiſc.allegat.101.n.39.p.3.

7 Habitum ſuorum ordinum Regulares ad Cardinalatum euecti deferūt, & ita patet ex Bulla Gregorij XIV.emanata de anno.1591.ſub die 26. Aprilis, quæ incipit Sanctiſſimus.

8 Habitum ſuæ Religionis teneri portare Regularem factum Epiſcopum, nec poſſe ſuper illum veſtibus Epiſcopalibus indui, docent Henriq. in ſumma lib.10.c.32.§.5.& cap.33.in fine, Valent.2.2.diſp.10. quæſt.3. punct. 8. Azor. inſtit.moral.lib.12.cap.7.quæſt.4.Cruz de ſtat.reglig.lib.1.c.2. dub. 4. Ledeſ. in ſumm.part.2.tract.32.cap.3.circa finem, Rodriquez in ſumma part.2. cap. 10.num.4 Leſſ.de iuſtit.& iure lib.2.cap.40.dub.14.n.113.Sanchez in ſumma
9 lib.6.cap.6.num.22.vbi tamen num. 23. autumat Religioſum factum Epiſcopum ſi ſine cauſa habitum Religionis deponat, in excommunicationem non incidere, Sanctarell.de apoſtaſia cap.1.num.15.Bonac.de clauſura, & pœnis iam violantibus impoſitis quæſt. 2. punct. 2. num. 26. licet contrarium foueant Maioll.de irregular.cap.1.num.13.lib.2.Henriquez in ſumm. lib. 10.
10 cap.33.& cæteri affirmantes Epiſcopum regularem omittentem habitū, & aſſumendo illam albam, & candidam veſtem, quę ab Epiſcopis exterius defertur incurrere excommunicationem latam contra monacos omittentes habitum, in cap. 2. nè cler. vel monac. lib.6.

11 Tu autem in praxi obſeruabis, quod in Rituali Romano per Clementem VIII. reformato conceſſum eſt Epiſcopis Regularibus, vt retento colore habitus ſuæ Religionis poſſit, & ſe conformare cum Epiſcopis ſæcularibus in forma, ſeu figura illius, & ita practicatur.

12 Habitum religioſi ſi temerè dimittant, incurrunt excommunicationem, de qua in cap. vt periculoſa, nè clerici, vel monachi in 6. de cuius materia fusè Farinac. in tract. de hæreſi quæſt.183. §. 8. D. Ricc. in praxi for. Eccleſ.reſol. 12.part.3.

13 Ita vt habitum ſine cauſa occultantem eo modo, vt àcircunſtantibus cognoſci nequeat, cuius ordinis religioſus ille ſit incidere in excommunicationem contra dimittentes habitum latam, poſt antiquiores probarunt Bannes in 2.2.diſp.1.tom.12.punct.1.Sanch.in ſumma lib.6.cap.8.num.63.Corriolan. in tractat.de caſib.reſeruat.caſu 2.de apoſtaſia num.2.p.2.& vide Ricciull.in tract.de iur.perſonar.lib.8.cap.12.& ſeq.vbi ad ſaturitatem.

14 Et habitum ſuæ Religioni occultantem, eſſe apoſtatam, colligitur ex Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.25.de Regulat. in fine, de quo plura Nos in praxi noui Iuris Pontificij concl.vnic. de apoſtaſia, vbi exceptuauimus, quoties, iuſta, & legitima de cauſa id fiat, Sanchez in ſumma lib.2.cap.4.tom.1. Farinac. de hæreſi d.q.183.§.2.num.92.Graſſ.de effect.cleric.effect.1.n.1064. Illuſtriſſ. Epiſc.Ricc.deciſ.Cur.Archiep.214.part.4.

15 Habitum Religionis ſpontè dimittens, profeſſionis nullitatem allegare non valet vt in Concil.Trident.ſeſſ.25. cap. 19. de Regular. verſ. quod ſi antea
16 habitum, quia reclamatio de nullitate profeſſionis facienda eſt cum habitu, & illo retento, alias non auditur Regularis, Mirand. in manual. prælat. quæſt.

quæſt.30.artic.6.concl.1.tom.1.Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 104.num.12.
17 part.3.Gratian.de forenſ.diſceptat.lib.3.cap.413. niſi tamen iuſta cauſa dimittendi adfuerit, quia tunc temerè dereliquiſſe non dicitur, & ideò audiendus eſt Azor.inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. c.4.q. final. Bonacin. de clauſur. quæſt.2.punct.10.difficult.3.Illuſtriſſ.Epiſc.Ricc.deciſ.Cur.Archiep. 48.n.7.
18 & ſeq.part.4.vbi etiã, quod habitus dimiſſio minimè impedit, quin audiri nequeat Regularis ſuper nullitate profeſſionis, ſi poſtea eundem habitum reaſſumat, quod nouiſſimè probat Leon.in tract.de officio Cappellani quæſt. 4.prax.1.num.78 & anteà vltra cæteros Campanil.in diuerſ. iur. canon. rubr. 12.cap.11.num.18.Villab.in ſumma,tom.2.tract.35.diffic.25.num.4. Suarez de relig.tom.3.lib.7.cap.3.num.14.

HÆRESIS.

SVMMARIVM.

1 *Regulares omnes etiam exempti ex crimine hæreſis ſubiacent iuriſdictioni Epiſcoporum.*
2 *Epiſcopi cognoſcunt de ijs, quæ ſunt inſtituta contra hæreticos.*
3 *Ius cognoſcendi de crimine hæreſis ſpectat ad Epiſcopos, & ad Inquiſitores.*
4 *Superiores Regulares nequeunt iudicare de cauſa hereſis ſuorum ſubditorum, ſed tenentur eorum denunciare Inquiſitoribus, vel locorum Ordinarijs, vt n. 5.*
6 *Hereſis à crimine abſolui nequeunt Regulares ab eorum Superioribus Regularibus.*

1 HÆreſis in crimine Regulares omnes etiam exempti ſubiacent Epiſcopo loci Ordinario, ex cap.ad abolendam §.fin.de hæret.& cap. vt officij, §. denique, eod. tit.in 6.cum traditis per Illuſtriſſ.Epiſc. Ricc.in praxi fori Eccleſiaſt reſolut. 547.part.1. & reſol.218. part.2.& nouiſſimè probat Vulp. in praxi for.Eccleſiaſt.cap.42.num. 2. vbi ex allegato tex.in cap.abolendam dicit, quod ſic, qui fuerint à lege Diœceſanæ iuriſdictionis exempti, nihilo-
2 minus in ijs, quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, Epiſcoporum ſubeant iudicium, & in eis in hac parte tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegijs obſequenter.
3 Ita quod Sacra Congregatio cenſuit ad Epiſcopos tantum Ordinarios, & ad Inquiſitores Delegatos ſpectare ius cognoſcendi de hoc crimine, nec li-
4 cere Superioribus Regularibus iudicare ſuos ſubditos in hæreſis cauſa, & hanc partem fouet nouiter Barboſ.in tract de poteſt.Epiſc.alleg.105.num.56.
5 part.3.aſſerens num.57.immo teneri omnes, & quaſcunque cauſas de hæreſis ſuorum monachorum qualitercunque exemptorum ipſius prauitatis Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus terminandas committere ipſoſque Fratres, & religioſos, quos hæreſis labe infectos, vel ſuſpectos etiam in viſitationibus eſſe nouerint abſque alia conſultatione eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus denunciare, decidit Paulus V. in Menſe Septembris 1606.in ſua Bulla incip.Romanus Pontifex.
6 Hæreſis à crimine Regulares abſolui nequeunt ab eorum Prælatis, vt elicitur,

elicitur nouiſſimè ex Decreto S. D. N. Vrbani VIII. ſub die 17. Nouembris 1628. in quo reuocantur in ampla forma cuncta priuilegia Regularium abſoluendi à caſibus contentis in Bulla Cœnæ, vt eſt hæreſis, & ita ex recentioribus probant Vega in ſumma capit. 125. caſu 12. tom. 2. Tamburrin. de iure Abb. diſp. 14. q. 17. t. 2. reſol. moral. p. 3. tract. 2. de dub. Regular. reſol. 122. vbi annuit de hoc hodie non eſſe dubitandum, & plures adducit concordantes, inter quos reportat Nos in Iure Pontificio nouo cond. 3. nu. 10. de abſolut.

HYMNVS.

SVMMARIVM.

1 *Hymnus S. Auguſtini quando decantatur ab Eremitis eiuſdem Sancti, & à Canonicis Regularibus Lateranenſibus.*

2 *Hymnus compoſitus in laudem S. Laurentij decantatur ab eiuſdem monialibus iuxta horas canonicas.*

1 HYmnus Sancti Auguſtini, incipit Magne Pater Auguſtine, ſecundum veterem vſum debet decantari (tu de vita Clericorum) non vero (tu de vita Monachorum) tàm ab Eremitis Sancti Auguſtini in Ciuitate Papiæ, quam à Canonicis à Regularibus Lateranenſibus, nec præfati Eremitæ aliquid immutare poſſunt, prout declarauit Sacra Congregatio Rituum ſub die 21. Martij de anno 1620.

2 Hymnus compoſitus in laudem Sancti Laurentij, & à Sacra Congregatione approbatus, vt illum iuxta horas canonicas decantare poſſint, conceſſum eſt Monialibus Sancti Laurentij in Pane, & Perna de Vrbe, Sacra Congregatio Rituum in Vrbes ſub Hymno, de menſe Februarij 1604.

HORÆ CANONICÆ.

SVMMARIVM.

1 *Horas Canonicas tenentur recitare profeſſi in Religione ſub pœna peccati mortalis.*

2 *Moniales, & Deputati ad chorum tenentur ſub pœna peccati mortalis horas canonicas recitare.*

3 *Quæ requirantur in recitatione horæ canonicæ.*

4 *Horæ canonicæ integræ recitari debent.*

5 *Hora nocturna continet Matutinum, & Laudes.*

6 *Horæ diurnæ continent: primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperas, & completorium.*

7 *Horæ omnes in numerum ternarium ſunt diſtinctæ.*

8 *Matutinum quid contineat.*

9 *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus laudantur in horis canonicis.*

10 *Ordo requiritur in recitatione horæ canonicæ, & in choro eſt obſeruandus ſub pœna peccati venialis, ſecus ſi priuatim, vt num. 11.*

Digitized by Google

12 *Ordo in recitatione horæ canonicæ non eſt in præcepto ſicut numerus,& an poſſit confundi,n.13.*

14 *Tardè veniens ad chorum,an poſſit incipere à loco in quo reperitur chorus, & poſtea ab initio officio ſupplere.*

15 *Vnuſquiſque tenetur recitare officium illius diei,de quo in Breuiario.*

16 *Præceptum non adimpletur, ſi in officio feriæ recitatur officium Sancti, limita vt num.17.*

18 *Qualitas officij non eſt in præcepto de iure diuino.*

19 *Mutans officium pro breuitate, peccat mortaliter, & ſi hoc in choro non facit fructus ſuos.*

20 *Mutans officium ex inaduertentia,debet tantum repetere ea,in quibus errauit.*

21 *Mutans officium etiam data,opera,non peccat mortaliter,& n.22.*

22 *Horæ canonicæ dicuntur tempore ſuo,& horis ſtatutis.*

23 *Tempus in recitando horas canonicas quando requiritur.*

24 *Horæ diei Dominicæ à quo tempore dicuntur.*

25 *Recitans officium extra horas præſcriptas non peccat mortaliter etiam in choro, ſi nō adſit ſcandalum,& num.26.*

27 *Recitans officium ſequentis,antequam officium illius diei perſolutum fuerit, non peccat mortaliter.*

28 *Officium, quod publicè dicitur, debet dici in Eccleſia, ſed ſi priuatim poteſt dici vbique,& num.29.*

30 *Recitans officium,& reddens debitum naturæ,peccat venialiter.*

31 *Modus in recitando officium,eſt triplex.*

32 *Recitans officium,debet intelligere ſenſum verborum.*

33 *Recitans officium, & verba non proferens, vel recitans cum alio, non expectans finem verborum,non ſatisfacit.*

34 *Recitans officium,an teneatur dicere tali voce,vt ſe ipſum audiat.*

35 *Attentio actualis,& virtualis,requiritur in recitandis horis canonicis.*

36 *Officium vt ſit ſatisfactum de præcepto duo ſufficiunt.*

1 HOræ canonicæ ſub peccati mortalis onere ſunt recitandæ à profeſſis in Religione deputatis choro, etiam ſi ſacris non fuerint initiati, idque ex conſuetudine, & peculiaribus decretis Religionum, quæ conſulenda ſunt ab vnoquoque religioſo, Suarez de relig.lib.4.tract.2.cap.17. nu.9. tom. 7. Vaſquez in opuſc.cap.4.§.1.art.1.dub.11. Valent.2. 2.diſp. 6.quæſt.2.punct. 10.tom.3. Molfeſ.in ſumma theolog.moral.tract.5.cap.3.tom.1. Macign.in tract.de horis cononicis cap. 13. & fusè. Bonacin. in eodem tractat. quæſt. 2. punct.2. vbi plura explicat apud ipſum videnda Antonin. Diana reſol. moral. part. 2. tract. de horis canon. reſol. 17. vbi ex magis recepta ſententia ex cu-
2 mulo Authorum concluſionem deſtinat Moniales, & deputatos ad chorum teneri ſub onere peccati mortalis perſoluere horas canonicas.

Nec ſufficiet horas canonicas ſimpliciter quidem recitare, ſed pariter re-
3 quiruntur quædam circumſtantiæ in illarum recitatione, videlicet numerus,ordo,qualitas,tempus,locus,& modus.

4 Requiritur numerus, ideſt, vt integrè recitentur horæ canonicæ, alias pecca-

ca-

caretur mortaliter, quod obſeruandum eſt ſingulis diebus.
Diuiditur autem iſte numerus in duas partes, ſcilicet in horas nocturnas, &
5 diurnas. Horæ nocturnæ continent Matutinum, & Laudes. Horæ diurnæ
6 continent: Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, & Completoriũ,
7 & omnes horæ ſunt diuiſæ in numerum ternarium; nam Matutinum con-
8 tinet tres nocturnos, & vnuſquiſque eorum in tres Pſalmos, tres Lectiones
eſt diuiſus, & poſt Primam relinquitur Secunda, & dicitur Tertia, & ſic Sex-
9 ta, & Nona ratio eſt quando in his horis laudatur Pater, & Filius, & Spiritus
ſanctus, & ſic ad honores Sanctiſſimæ Trinitatis, vide gloſ. notabilem in cap.
1. de celebrat. miſſar. reponentem quoſdam verius pro ſignatione dictarum
horarum, quas in rei veritate ex inſtitutione Eccleſiæ ſeptem eſſe, ex cap. 1. de
celebrat. miſſar. & clement. 1. de reliqu. profitetur modernè Fauſt. de hor. ca-
non. lib. 2. quæſt. 1.
10 Requiritur ordo, vt primo dicatur Matutinum, deindè Laudes, Prima,
Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & vltimo Completorium, qui ordo in choro
11 omnino eſt ſeruandus, ſed cum priuatim extra chorum dicuntur horæ;
hunc ordinem peruertere eſt peccatum veniale, Armill. in ſumma in verbo
horæ canonicæ num. 15. Ang. in ſumma in eodem verbo num. 18. Tolet. in-
ſtruct. ſacerd. lib. 2. cap. 13. num. 4. Vaſquez in opuſc. de benef. cap. 4. §. 1.
art. 2. dub. 4. num. 66. de quo vide Bonac. de hor. canon. diſput. 1. quæſt. 3. punc.
4. num. 5. Dian. reſol. moral. tract. de hor. canon. reſol. 16. ex cauſa vero iuſta
12 nullum eſt peccatum, quia ordo non eſt in præcepto ſicut numerus, nec eſt
de ſubſtantia, & per conſequens talis defectus verſatur in quodam accidenti,
Reginald. in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 18. cap. 12. nu. 162. Villalob. in ſum-
13 ma tom. 1. tract. 24. dub. 13. nu. 1. exemplum in iuſta cauſa eſt quando ali-
quis ante quam dixiſſet Primam, Tertiam, & reliquas horas inuitantur ab ali-
qua perſona graui, vel alicuius momenti, vt ſecum diceret Veſperas, poterit
cum eo licitè dicere Veſperas, & poſtea dicere alias horas prætermiſſas, ſimi-
liter ob aliquam rationabilem cauſam occurrentem, vel etiam per obliuio-
14 nem, Tolet. loc. cit. vel quando impeditus quis tardè veniret ad chorum,
tunc poterit incipere officium ab eo loco, in quo reperitur chorus, quando cũ
ingreſſus eſt, & poſtea finito officio poteſt ab initio ſupplere Nauarr. de hor.
canon. cap. 10. num. 11. & alij recentiores.
15 Requiritur qualitas videlicet, vt vnuſquiſque recitet horas canonicas il-
lius diei, de quo habetur in Breuiario Romano, & confirmetur Eccleſiæ Ca-
hedrali, & ſi eſt monachus eius Monaſterio, cum quis non impleat præceptũ
recitandi horas canonicas, ſi in Officio Feriæ recitet Officium alicuius Sancti,
vel alterius Feriæ, vt ex pluribus inter alios modernos probant Philiarc. tom.
1. part. 1. lib. 1. cap. 1. concl. 6. Filiuc. tom. 2. tract. 23. cap. 8. num. 186. Fernandez
in exam. theolog. cap. 13. §. 3. part. 3. Ledeſma in ſumma tract. 9. cap. 4. concl.
12. par. 2. Vaſquez de benefic. cap. 4. §. 1. dub. 2. n. 60. Homobon. de exam.
Eccleſ. tract. 4 cap. 5. quæſt. 42. par. 1.
17 Niſi tamen quis inaduertenter, aut ignoranter, vel ex aliqua probabili
cauſa veriaret officium, quia tunc peccati mortalis labem euitaret, cum non
eſſet ex contemptu, Suarez de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 23. Reginald. in praxi fori
pœnit.

pœnit.tom.2.lib.18.cap.16.num. 172. & nouiſſimè Vulp.in praxi for. Eccleſ.
18 cap.51.num. 42.vbi reddit rationem, quia qualitas Officij non eſt in præcepto de iure diuino, dicens, quod ſi id procederet ex inaduertentia, vel negligentia, eſſet peccatum veniale, ex Tolet.inſtruct. ſacerd.lib.2.capit.13.num.
18 5. & ſi id ageret ex malitia, aut quia quis vellet variare, & mutare qualitatem officij pro breuitate, vt ſi vellet in Feria quinta, vel Sabato dicere Officium ſemiduplex alicuius Sancti pro deuotione ſua, peccaret mortaliter, non propter mutationem qualitatis officij, ſed quia non conformaretur Eccleſiæ matrici, & ſi hoc in choro commiſit, non facit fructus ſuos, quos ex diſtributionibus quotidianis recipit, ſubiungens vlterius notandum, quod
20 cum ex inaduertentia Officium mutatum eſt, vt qui dicturus erat de Sancto, dicit de Feria, vel è contra, quod tunc non eſt opus omnia repetere, ſed ſolum quod fuit particulare Feſti, vel Feriæ, vel Hymni, Antiphonæ, Oratio, & Lectionibus, Tolet.loc.cit.num.6.

Sed pro conſcientiarum conſolatione, illarumque leuamine non reticeam
21 dicere mutationem officij etiam dedita opera non eſſe peccatum mortale, vt tu tantur poſt antiquiores Leſius de iuſt. & iure, lib.2.cap.37.dub.12.nu.77.Azor.inſt.moral.part.1.lib.20.cap.10. quæſt.3.Laim. in ſumma theolog.moral.lib.4.tract.1.cap.5.num.4. Vegha in ſum. tom.1.cap.138.caſu 17. Valent.tom.3.diſp.6.quæſt.2.punct.10.nam ſubſtantia præcepti recitandi diuinum officium, vt ſeptem horæ canonicæ perſoluantur, ſed quod officium ſit de Feria, vel de Sancto, pertinent ad modum accidentalem, ergo per talem mutationem non violatur ſubſtantia præcepti, ſed modus Ritus, & cæremonia, quæ quidem non eſt tranſgreſſio ſufficiens ad peccatum mortale; ita nouiſſimè Diana reſolut.moral. part.2.tract. de hor. canon. reſol.3. circ. fin. vbi quod ideo ſi quis ſine cauſa hanc mutationem facere ex quadam accidia animi, vt facilius, & breuius Officium expediatur, putat ſolum peccare venialiter, & ſi beneficium habet, non teneri ad reſtitutionem fructuum.

22 Requiritur tempus, vt dicantur horæ canonicæ tempore ſuo, & horis ſtatutis, & in hoc ſtandum eſſe conſuetudini obſeruatæ in choro, autumat Vulp.in praxi for.Eccleſ. d. c.51. n. 44. vbi circa eas, quæ priuatim extra cho-
23 rum à Clericis recitantur, tempus obligans ad peccatum mortale, & ſatisfaciendi præcepto, eſt à Veſperis præcedentis diei vſque ad mediam noctem
25 diei ſequentis, verbi gratia horæ diei Dominicæ poſſit dici à Veſperis Sabati vſque ad mediam noctem diei Dominicæ, dummodo de ſero præcedenti dicatur ſolum Matutinum cum Laudibus, gloſ.in c.1. verb. omnes dies Dominicas de fer. quam commendat Felyn.in cap.conſuluit, de off. deleg. Nau. de hor.canon.c.3.nu.34. qui vero hoc tempore horas non recitauerit, peccat mortaliter, Tabien.in ſumma in verbo horæ.

25 Licet recitantes officium extra horas præſcriptas non peccare mortaliter, & cum cauſa neque venialiter, puta ob maiorem deuotionem, vel periculum ſuperuenturæ occupationis, ex communi DD. ſententia probat Dian. d.tract. de hor.can.reſol.14. vbi etiam notandum aſſeuerat contra Filiucc. tomo 2.tract.23.cap.6.nu.217.Suarez de relig.tom.2.lib.4.cap.15.nu.11.Azor.
26 quæſt.1.p.1.lib.10.cap.9. etiam recitantes Officium in choro extra horas

præſcriptas, ſi ſcandalum non adſit, ſatisfacere præcepto, nec mortaliter peccare; ita Valent. diſput. 6. quæſt. 2. punct. 10. tom. 3. Laim. lib. 8. reſol. moral. tract. 1. c. 3, & 6. Gauant. in comment. rubr. miſſal. t. 2. ſect. 1. tit. 6. cap. 5. n. 9. & nouiter Bonac. in tract. de hor. canon. quæſt. 3. diſp. 1. punct. 3. nu. 7.

27 Quinimò recitantes Matutinum ſequentis diei, antequam Officium illius diei perſolutum fuerit, nec peccaret mortaliter, quia licet inuertat ordinem vtriuſque Officij, ſubſtantiam tamen præcepti omnino adimplet, Vaſquez opuſc. de benefic. cap. 4. §. 1. art. 6. n. 66. Villalob. in ſum. tract. 24. dub. 13. tom. 1. Suarez de relig. lib. 4. cap. 24. num. 3. tom. 2.

Requiritur locus, ideſt in quo loco eſt perſoluendum diuinum Officium,
28 & dicas, quod officium, ſiuè horæ canonicæ, quæ publicè dicuntur, in Ec-
29 cleſia dici debent, clem. 1. §. nè igitur, de celebrat. miſſar. ſed quæ priuatim dicuntur, poſſunt in omni loco etiam in via pedeſtri, vel equeſtri, vel in cubiculo in domo ſedendo, vel deambulando in locis verò indecentibus non
31 licet, alioquin peccaretur venialiter, etiam ſi quis recitaret Officium, quando redderet debitum naturæ, Innocent. in cap. dolentes, de celebrat. miſſar. Nauarr. de hor. canon. cap. 5, num. 5. & 6. Sot. de iuſtit. & iure quæſt. 5. art. 5. lib 10. & ita communiter practicatur.

31 Requiritur tandem modus in recitando, qui triplex eſt, nempè vt celebretur deuotè, reuerenter, & attente, cap. cantantes 92. diſtinct. deuotè, ideſt prompta mente Deo inſeruiendum. reuerenter quoad ſitum corporis, vt faciat in choro recitans genuflexiones, ſtationes, & alias cerimonias ſolitas fieri in Eccleſijs, quæ ſi omittantur, venialiter peccatur; attente, ideſt
32 circa verba, vt ſingula proferat debitè, vt intelligat ſenſum verborum, & vt attendat finem orandi, ſcilicet eſſe præſentem Deo, & cum ipſo loqui, Vulpes, in praxi fori Eccleſiaſt. ſæpius citat. capit. 51. num. 46. vbi quod Prima
33 eſt neceſſaria, ita vt verba non proferens, vel qui cum alio recitans Officium non expectat finem verſuum, ſed acceleranter anticipat, minimè ſatisfacit, capit. dolentes, de celebr. miſſar. Secundam dicit non eſſe neceſſariam,
34 nam multi non intelligunt verba, quæ proferunt, licet ipſe reperiam communem eſſe, vt priuatim recitans horas canonicas non debet ita ſummiſſim pronunciare, vt ſe ipſum non audiat, Suar. de relig. lib. 4. cap. 7. num. 6. tom. 2. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. c. 12. dub. 5. nu. 174. tom. 2. Tertiam autem
35 diſtinguit in actualem, & virtualem, actualem vocat quando quis recitãdo horas, ſemper actu aduertit ad ea, quæ dicit, & hæc cum non proueniat ex propoſito, ſed præter voluntatem, niſi quis voluntariè ſe diſtraxerit ad cogitandum, de alijs non inducit, neque veniale peccatum, virtualem autem nun-
36 cupat illam, quam quis ab initio habet ſatisfaciendi, inde colligit regulam, vt ad ſatisfaciendum præcepto recitandi Officium duo ſufficere; nempè quod ſit cum propoſito actuali orandi Deum, necnon vt in recitando Officium voluntariè minimè ſe diſtrahat, quibus ſic habitis etiam ſi mille cogitationes ſuperuenerint, nullum eſſe peccatum; affirmat ex Angel. & Tabien. in ſumma, in verbo horæ canonicæ.

HORTI.

HORTI.

Horti, & grata Religioſorum Monaſterijs contigua comprehenduntur ſub clauſura, ita vt ſi mulieres ibidē ingreſſæ fuerint abſolutione indigeant, ita declarauit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. 13. Septembris 1583. vt refert Aldan. in compend. reſolut. iur. canon. lib. 3. tit. 5. num. 12. & Ego habui in facto in ann. 1633. dum eſſem conſultus à quodam Admodum Reuerendo Prouinciali cuiuſdam Religionis.

HOSPITALIA, & HOSPITES.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalia Adminiſtrata à Fratribus B. Io. Dei non ſunt exempta à iuriſdictione Epiſcoporum locorum Ordinariorum, niſi quo ad Regularem obſeruantiam.*
2 *Hoſpites religioſi non obligantur præceptis.*
3 *Hoſpites religioſi cui confiteri debeant.*

1 Hoſpitalia adminiſtrata à Fratribus B. Io. Dei non eſſe exempta ab Epiſcoporum locorum Ordinariorum iuriſdictione, niſi tantum quo ad Regularem obſeruantiam, declarauit Sacra Congregatio ſub die 12. Ianuarij de anno 1630. & probat Sellius nouiſſimè in ſelect. canon. cap. 22. nu. 5.
2 Hoſpites religioſi in aliqua Prouincia, vel Conuentu, non obligantur ſpecialibus præceptis eius Prouinciæ, vel Conuentus, Suar. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 8. num. 21. niſi tamen in contrarium vigeat conſuetudo, vel Religionis Conſtitutio vel ex contrauentione ſcandalum oriatur, nec iuſta, & rationabilis cauſa illos excuſandi ſubſit. Mirand. in manual. prælator. quæſt. 29. art. 6 to. 2. Rodriquez quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 68. art. 4. nouiter Lezana in ſumma quæſt. regul. cap. 4. num. 22. qui cap. 18. ſub num. 27. annuit, religioſos ho-
3 ſpites in aliquo Conuentu ſui Ordinis, Prælato illius Conuentus, vel alteri ab ipſo licentiam habente confiteri debent cum ille Prælatus ſit veluti Ordinarius talis loci, allegat. Suarez de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 17. num. 2. & 3. ſubiungens, quod ſi religioſus hoſpes habeat facultatem à Prælato proprio confitendi cui voluerit, poterit id agere etiam in alieno Conuentu.

IEIVNIA.

SVMMARIVM.

1 *Regulares poſſunt publicare ieiunia in proprijs Eccleſiis.*
2 *Regulares tenentur ad ieiunia illorum locorum in quibus degunt.*
3 *Regulares dicuntur ciues illius loci, in quibus permanent.*

1 IEiunia in ſuis Eccleſijs publicare non eſt prohibitum Regularibus, vt per Sacr. Concil. Congreg. ſub die 2. Iulij 1620. deciſum refert Laur. de Peirin. in conſtit. ſui Ord. Minim. tom. 2. concl. 7. Pij V. num. 13. verſ. ad primam, pag. 193.
2 Ieiunia teneri facere religioſos illorum oppidorum in quibus viuunt, & quæ populus ille ieiunat ob conſuetudinem, inter alios probat Rodriq. in addit. ad ſumm. capit. 11. num. 4. tom. 4.
3 ſunt enim membra talis populi, & illius dicuntur conciues, quia Regulares dicuntur ciues illius loci in quo degunt, Valaſc. deciſ. 100. Surd. deciſ. 129. Craſſ. in tract. de effectib. clericat. in prælud. à num. 369.

IESVITÆ.

SVMMARIVM.

1 *Ieſuitę à quo fuerunt inſtituti.*
2 *Religio Ieſuitarum fuit approbata à Paulo. III.*
3 *Religio Ieſuitarum diuiditur in tres claſſes.*
4 *Primam claßis eſt religioſorum approbatorum, & quæ contineat.*
5 *Emißio trium votorum ſimplicium, quę ſit.*
6 *Generalis Ieſuitarum an poßit dimittere à Religione abſque cauſa emittentes tria vota ſimplicia.*
7 *Iſti religioſi primę claßis an poſſint retinere bona, & beneficia.*
8 *Secundæ claßis eſt religioſorum formatorum, & in ea ſunt coadiutores, & in quibus verſantur num. 9.*
10 *Iſti religioſi formatorum fiunt ex ſcholaribus primę claßis.*
11 *Iſti religioſi an poſsint teſtamenta condere, & hereditatem adire.*
12 *Tertia claßis eſt profeſſorum, & eſt duplex genus.*
13 *Societas in ſuis eſt ſita, legendo concionando, diſputando, & proximum inuocando.*
14 *Iſti profeßi poſt profeſſionem emittunt vota ſimplicia.*
15 *Ieſuitę ſunt verè ex Ordinibus Mendicantium.*
16 *Ieſuitæ poſſunt recitare officium priuatè, & ad proceßiones accedere adſtringi minimè poſſunt, num. 17.*
18 *Ieſuitæ vbique Eccleſias, & Domos erigere poſſunt.*
19 *Ieſuitæ quamuis ſacris ordinibus non ſint initiati, verbum Dei predicare poſſunt.*
20 *Ieſuitæ poſſunt recipere ordines à quocumque Epiſcopo extra tempora, & interſtitijs non ſeruatis, necnon vtuntur altari portatili, & n. 21.*
22 *Nouitii recipiunturį à Ieſuitis non ſeruata forma Bullę Sixti V.*
23 *Ieſuitæ ſunt exempti à ſolutione decimarum, & vide num. 24.*
25 *Ieſuitæ non habent habitum proprium, ſed vtuntur vſu Religionis.*
26 *Ieſuitæ an poſsint audire confeßiones ſecularium, quod intelligitur premio Epiſcopi examine, & num. 27.*
28 *Ingredientes Religionem Ieſuitarum poſt matrimonium ratum non conſumatum, non diſſoluitur matrimonium, & remanens diu expectare cogitur.*
29 *Ieſuitæ nequeunt recipere Conuentus Regularium, niſi ſaltem duodecim Fratres ſuſtentari poßint.*

30 *Ieſuitæ non tenentur deferre ſuperpellicium, dum audiunt confeſſiones.*
31 *Ieſuitæ etiam vigore Maris magni nequeunt abſoluere à caſibus reſeruatis.*
32 *Ieſuitæ ſunt excepti decreto Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 16. nec ſubſunt Epiſcopo, quando degunt extra clauſtra occaſione docendi vitam chriſtianam.*
33 *Ieſuitæ poſt emiſſionem votorum poſſunt tranſire ad Carthuſianos.*
34 *Ieſuitæ poſt vota emiſſa retinent bona, & habent dominium.*
35 *Per emiſſionem trium votorum non tamen profeſſionem ſolemnem in Societate Ieſuitarum non amittitur penſio.*
36 *In Societate Ieſuitarum admiſſi ſunt veri, & propriè religioſi poſt tria vota emiſſa.*
37 *Ieſuitæ poſt tria vota emiſſa ante ſolemnem profeſſionem poſſunt retinere beneficia, & penſiones.*
38 *Penſio venit appellatione beneficij in materia larga, & fauorabili, vt num. 37. & 68.*
39 *Beneficium amittitur, & penſio extinguitur per profeſſionem.*
40 *Propoſitum quod operatur in propoſito, idem oppoſitum in oppoſito.*
41 *Ieſuitæ poſt emiſſa illa tria vota poſſunt retinere ius, & dominium bonorum ſuorum, & num. 55.*
42 *Penſio venit appellatione bonorum.*
43 *Emiſſio trium votorum in Ieſuitis, eſt irreuocabilis quo ad emittentes, non quo ad Societatem.*
44 *Generalis ſemper poteſt eos dimittere cum cauſa abſque eorum culpa.*
45 *Beneficium an ſtatim ingreſſo beneficiato Religionem vacet, & num. 46.*
47 *Beneficiatus interim facit fructus ſuos.*
48 *Cap. beneficium, de regul. iur. in ſexto, quid diſponat.*
49 *Ratio dicitur lex communis.*
50 *Vbi adeſt eadem ratio, non curatur de caſuum diuerſitate.*
51 *Profeſſio expreſſa, ſiuè tacita, non conuenit huic emiſſioni trium votorum.*
52 *Ieſuitæ quouſque profeſſi non fuerint, dicuntur in probatione etiam poſt emiſſa vota.*
53 *Obſeruantia eſt optima legum interpres.*
54 *Ieſuitæ per emiſſionem trium votorum ſunt veri Regulares, ſed non ſortiuntur naturam aliorum Regularium, & num. 59.*
57 *Conceſſio facta à Prælato, quod poſſit vti bonis ad tempus, non repugnat voto paupertatis.*
58 *Priuilegium loquens de bonis temporalibus, non comprehendit beneficia, & penſiones.*
59 *Regulares de licentia Prælati habentes adminiſtrationem temporalem, & vſum bonorum, non habent dominium, & proprietatem.*
60 *Abbas nequit diſpenſare, vt monachus teneat peculium, & proprietatem, ſed adminiſtrationem.*
61 *Ieſuitæ an differant ab aliis Regularibus.*
62 *Facultas retinendi ius, & dominium bonorum afficit, & limitat votum paupertatis.*
63 *Pontifex poteſt diſpenſare voto paupertatis cum monacho.*
64 *Abdicatio paupertatis, & cuſtodia caſtitatis ſunt annexæ regulæ monachali, adeo vt Pontifex ſine cauſa diſpenſare non poſſit.*
65 *Papa eſt ſupra ius, & Eccleſiæ conſtitutionem.*
66 *Papa poteſt facere monachum capacem dominij.*

67 *Argumentum à iure ſingulari non procedit, maximè cum eſt fauorabile.*
69 *Diſpenſatio habens cauſam expreſſam, vel rationem, quæ militat in caſu non expreſſo, extenditur ad non expreſſum.*

IEſuitæ (cuius Religionis encomia ſi recitari vellent non ſimplex pagella
1 ſed integer liber eſſet neceſſarius) fuerunt inquam inſtituti à S. Ignatio
2 de Loyola nobili Cantabro, horumque Religio approbata à Paulo III. vt in eius Bulla incipit Regimini, & confirmata à Iulio III. in Bulla incipit Expoſcit, à Gregorio XIII. in Bulla incipit Aſcendente, à Gregorio XIV. in Bulla incip. Eccleſiæ, vt nouiſſimè teſtatur Barboſ. in tract. de iure Eccleſ. vniuerſal.
3 lib. 1. cap. 41. à n. 189. cum ſeq. vbi illam in tres claſſes diuidit, vt infra.
4 Prima claſſis eſt religioſorum approbatorum, & continet omnes, qui exacto biennio nouitiatus vota ſcholaſticorum emittunt, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, ſimplicia tamen, ſiuè iſti futuri ſint Sacerdotes, ſiuè in ſtatu laicali remanſuri, titulo coadiutorum temporalium adſcripti enim huic Societati, poſtquam emiſſerunt dicta tria vota ſimplicia, verè, & propriè ſunt religioſi, vt definiuit Gregorius XIII. in eius Bulla incip. Quanto fructuoſius.
5 Quæ quidem emiſſio trium votorum ſimplicium (quidquid ſit quo ad ipſos emittentes, qui quantum in eis eſt, remanent perpetuo obligati) non ſit irreuocabiliter quo ad ipſam Societatem, cuius Superior Generalis po-
6 teſt eos ſemper dimittere cum cauſa, etiam abſque eorum culpa, iuxta ſtatuta dictæ Religionis, & confirmationes Apoſtolicas; vnde vt maiorem Societas habere libertatem illos, ſi opus eſſet cum minori offenſa dimittendi, fuit
7 prouiſum eis licere retinere bona ſua, & beneficia nè poſtea dimiſſi, eis priuati remanerent, vt in Conſtit. part. 4. cap. 4. lit. E. in fine, & part. 6. cap. 2. lit. H. quæ ratio habetur in Bulla memorata Gregorij XIII. quod his temporibus, & in hac Religione ſpeciale eſt, ac diuerſum ab alijs Religionibus, Molin. de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 139. verſ. illi, Garc. de benefic. part. 7. cap. 10. nu. 62. Mirand. in manual. prælator. queſt. 10. tom. 1. Vaſquez tom. 2. par. 2. diſput. 165. nu. 104. in fine.
8 Secunda claſſis eſt Religioſorum Formatorum, in ea ſunt coadiutores
9 quos vocant ſpirituales in ſpiritualibus exercitijs circa proximos occupatis, in audiendis confeſſionibus, celebrandis, & miniſtrandis Sacramentis, pa-
1 cificandis diſſidentibus, &c. Fiunt hi ex ſcholaribus primæ claſſis, ſunt in hac ſecunda coadiutores temporales formati, ideſt qui gradum hunc habent, in quo conſiſtant, & cum tribus tantum votis ſimplicibus caſtitatis, &c. nec ipſi, nec coadiutores ſpirituales formati aliquid addunt ſubſtantiale ſupra pri-
11 mæ claſſis hominibus, niſi quod incapaces ſunt condendi teſtamenta, hæreditates adeundi, dum ſunt intra ſocietatem, nõ ab ea expelli poſſunt, vt quotidiè expelluntur, ſed ex cauſis grauioribus.
12 Tertia claſſis eſt profeſſorum, quorum duplex genus eſt, alij ſunt profeſſi trium votorum ſolemnium, caſtitatis, paupertatis, &c. alij obedientiæ, addunt quartum circa miſſiones ex Summi Pontificis decreto: in his
13 præcipuè ſita eſt Societas legendo, concionando, diſputando, proximum iuuan-

Digitized by Google

iuuando, tum inter fideles, tum inter infideles, ætatem abſumunt; alij etiam
14 profeſſi, poſt ipſam profeſſionem vota ſimplicia emitunt, vt non ambiē-
di dignitatē illam, nec in Societate, nec extra, niſi obligentur ab eo, qui poſſit,
non conſentiendi, vt paupertas Societatis relaxetur, ſed curandi, vt ſemper
ſtringatur manifeſtandi Præpoſito Generali Societatis, vel Societati ipſi,
qui dignitates ambierint, audiendi conſilia Generalis, vel illius, quem ip-
ſe deputet ad rectam animi, & officij ſui rationem, quando ſibi ſua melio-
ra non viſa fuerint, ſi eligi contingat in dignitatem aliquam extra Societatem,
de his omnibus abunde Suar. de relig. lib. 6. tract. 10. à c. 4. cum ſeq. & Sanch.
in ſumma lib. 6. cap. 18. tom. 2.

15 Ieſuitæ ſunt verè ex Ordinibus Mendicantium, eorumque gratijs, & pri-
uilegijs tam conceſſis, quam concedendis, gaudent ex Bulla Pij V. incipit
Dum indefeſſe.

16 Habentque inter cætera priuilegia, vt priuatim diuinum Officium recita-
re valeant, ex Bulla Pauli III. incip. Regimini.

17 Nec ad proceſſiones accedere obligantur, & adſtringi nequeunt ex Bul-
la Gregorij XIII. incipit. Quæcumque, qui pariter mediante altera Bulla in-
18 cip. Saluatoris, illis conceſſit, vt valeant, vbique Eccleſias, & Domos ædi-
ficare non obſtantibus priuilegijs cæteris Religionibus conceſſis, vt propè eo-
rum Conuentus noua Monaſteria conſtrui poſſint, & vigore alterius Bul-
19 læ incip. Vigore, conceſſit, vt valeant verbum Dei prædicare, quamuis ſa-
cris Ordinibus non ſint initiati, & ex alia Bulla incipit. Pium V. illis indulſit,
20 poſſe recipere ordines à quocumque Epiſcopo extra tempora, & interſti-
21 tijs non ſeruatis, necnon poſſe vti altari portatili mandauit ex Bulla incipit
Vſum altaris.

22 Sic etiam recipiunt Nouitios etiam non ſeruata forma Bullæ Sixti V. vt
legitur in Bulla Gregorij XIV. incip. Exponi.

23 Ieſuitæ à decimarum præſtatione, aliorumque onerum ſolutione ſunt
exempti vigore Bullæ Gregorij XIII. incipit Paſtoralis, quamuis Leo XI.
prout de iure in Hiſpaniarum Regnis huiuſmodi exemptionem modifica-
uerit, & licet Gregorius XV. reduxerit ad terminos dictæ Bullæ Gregorij
24 XIII tamen S. D. N. Vrbanus VIII. Bullam Leonis XI. ſeruari mandauit,
excepto ſi de iure, vel conſuetudine exempti reperirentur, vt refert Barboſ.
in tractat. de iure Eccleſ. vniuerſal. lib. 1. d. c. 41. ſub n. 195. vbi pariter de ſupra-
25 dictis meminit, & c. 42. n. 116. autumat, religioſos huiuſmodi ſanctiſſimę
Societatis Ieſu non habere habitum proprium, ſed veſtiri ex vſu Regionis in
qua habitant, ex Sanch. in ſumm. tom. 2. lib. 6. cap. 8. n. 70.

26 Ieſuitæ quamuis ex Bulla Pauli III. incip. Licet, poſſint ſecularium audi-
re confeſſiones, vt apud Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. c. 41. n. 195. tamen
comprehenduntur huiuſmodi religioſi decreto Concil. Trid. c. 15. ſeſſ. 23. de
reformat. ita vt neque ipſi poſſint confeſſiones ſæcularium etiā Sacerdotum
27 audire niſi ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur neceſſarium, aut alias
idonei iudicētur, & approbationem obtineant, Sacra Congregatio Concilij die
20. Iulij 1619.

28 Ieſuitarum ingredientes Religionem poſt matrimonium ratum non
I 4 conſu-

conſumatum, quia poſt longum tempus emittunt profeſſionem, non illud diſſoluunt nè, vnus diù expectare cogatur, vide in verbo matrimonium.

29 Ieſuitæ comprehenduntur ſub decreto quo cauetur, vt nulli recipiantur Conuentus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ita vt alioquin ſubſint iuriſdictioni Ordinarij, ita Sacra Congregatio Concilij ſuper decretis de celebr. miſſ. dub. 18. in anno 1626. poſt Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſc. pag. 11. in nouiſſ. edit.

30 Ieſuitæ non tenentur deferre ſuperpellicium, dum fidelium confeſſiones audiunt, ita declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1586. ſub die 25. Aprilis.

31 Ieſuitæ minimè valent etiã vigore Mariſmagni abſoluere à caſibus reſeruatis, vt ex declaratione Eminentiſſimorum Conc. Interpretum Congregationis, probat Garc. in tr. de benefic. part. 3. cap. 2. nu. 168. tom. 1.

32 Ieſuitæ ſunt excepti decreto Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regular. c. 16. non ſolũ quo ad emittendam profeſſionem, ſed etiã quo ad obligationes, & renunciationes, adeò vt hæ etiam ab eorum Nouitijs quandocunq; & ſine cuiuſuis licentia factæ nullitati dicti decreti minimè ſubiaceant, ita Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum.

Ieſuitæ Doctrinam Chriſtianam docendi cauſa ſi degant extra clauſtra, ſi habeant illis in locis Superiores, qui curam ipſorũ gerãt, & apud quos ſe recipiant iuxta regulæ inſtitutum viuentes non poſſunt corrigi, & viſitari ab Epiſcopis locorum Ordinarijs, vt declarauit Sacra Congregatio in vna Liman. ſub die 10. Iunij de anno 1591.

33 Ieſuitæ poſt emiſſionem votorum valent ad Carthuſienſem ordinem transire, ex Bulla Gregorij XIV. incip. *Eccleſiæ*.

34 Ieſuitæ poſt vota emiſſa retinent bona, & habent dominiũ, & in hoc diuerſificantur ab alijs Regularibus, & per emiſſionem trium votorũ, nõ facta ſolemni profeſſione minimè amittunt penſionẽ, cumque de his extat deciſio Rotæ in vna Nullius, ſeu Caputaquen. Penſionis Lunæ 18. Aprilis 1616. corã Reuerendo Patre Andrea, in qua multa de iſta ſanctiſs. Religione diſcuciũtur placuit illius tenorem hic reportare, qui ſub horum verborum formula continetur videlicet.

Res non noua, ſed à Doctoribus non tacta, & in hoc Sacro Auditorio nunquam propoſita dedit cauſam diſputationi coram me in ſpecie huiuſmodi, & facta enim inciderat, quod alias authoritate Apoſtolica fuerat reſeruata annua penſio duc. 100. monetæ Neapolitanæ ſuper fructibus Abbatiæ Sancti Angeli ad Faſſanellam nullius Diœceſis Prouinciæ Salernitanæ ad fauorem D. Franciſci Nerei præsbyteri, qui poſt plurium annorum exactionem venerabilem Religionem Societatis Ieſu ingreſſus fuiſſet, ac elapſo biennio probationis in
35 ea tria vota ſimplicia emiſiſſet. Hinc Abbas prætendebat fuiſſe extinctam penſionem, quod negabat D. Franciſcus, ideoque cauſa commiſſa in Rota dubitaui, an per emiſſionẽ trium votorum ſimpliciũ poſt biennium probationis eſſet extincta penſio, & Domini vnanimiter negatiuè reſpondendũ putarunt.

Quamuis enim adſcripti huic Societati poſt quam emiſſerunt tria vota

36 ſimpli-

Digitized by Google

36 ſimplicia verè, & propriè ſint religioſi, vt diffiniuit S. D. Gregorius Decimuſtertius in ſua Conſtitutione incipiente Quanto fructuoſius, ſub Dat. Romæ 10. Kal. Februarij 1582. & in alia incipiente Aſcendente Domino, ſub Dat. 8. Kalend. Iulij 1584. & tradunt Nauarr. de Regul. comment. 1. num. 19. Mandoſ. conſ. 13. & num. 3. & ſeq. Eman. Roderic. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 1. art. 4. Tapia in auth. ingreſſi, verbo Monaſterij cap. 10. num. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. Sanch. de matr. lib. 7. diſput. 25. num. 15. Garz. de benefic. part. 7. cap. 10. num. 53. verſ. & clarius patet, nihilominus ſecundum ſtatutum dictæ Religio-
37 nis authoritate Apoſtolica confirmata ante ſollemnem profeſſionē poſ-
38 ſunt retinere beneficia, quæ ante ingreſſum habebant appellatione autem beneficij in hac materia larga, & fauorabili, vt mox dicetur venit penſio, Abb. in cap. ad audientiam il ſecondo, in 1. notab. & ibi Felin. in princ. de reſcr. Gigas de penſion. quæſt. 28. nu. 1. & 18. & idem quæſt. 57. num. 5. in fin. & ſeq. vbi propterea concludit, quod ſicut per profeſſionem vacat beneficium, ita etiam extinguitur penſio, & idem tradunt Gabr. concl. 187. num. 11. lib. 2. Nauarr. conſ. 11. num. 2. de temp. ordin. Garz. vbi ſupra part. 1. cap. 5. num. 114. ergo ſi à pari procedunt vacare beneficium, & extingui penſionem, vbi ſumus in caſu vacationis beneficij, quando è contra non vacat beneficium, vt in caſu noſtro, per emiſſionem trium votorum ſimplicium, nec dici poterit ex-
40 tingui penſio, quia quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito, l. & ſi contra, ff. de vulg. l. vlt. §. fin. ff. de legat. 3. & vtrobique Bart. & DD.

Præterea in vtroque Bulla Gregorij XIII. 5. in 1. in verſ. quod verò ad perpetuam in 2. in verſic. & licet, expreſsè conceditur, vt qui emiſerunt dicta tria
41 vota ſimplicia poſſint retinere ius, & dominium bonorum ſuorum ad effectum ea diſtribuendi in pios vſus, appellatio autem bonorum latiſſimè pa-
42 tet, vt etiam comprehendat penſionem, ſaltem vbi viget eadem ratio, vt fuit dictum in Cochen. penſionis 6. Martij 1598. coram Peregrino, vbi quod Rota alias hoc habuit pro abſoluto, & vbi prout hic concurrit fauor materiæ ex infra dicend. in verſ. minus etiam.

43 Vlterius hæc emiſſio trium votorum ſimplicium quicquid ſit quo ad ipſos emittentes, qui quantum in eis eſt, remanent perpetuo obligati, non ſit irreuocabiliter, quo ad ipſam Societatem, cuius Superior generalis poteſt eos
44 ſemper dimittere cum cauſa etiam abſque illorum culpa, iuxta ſtatuta dictæ Religionis, & præfatas conſtitutiones, & confirmationes Apoſtolicas, vndè vt maiorem ſocietas haberet libertatem illos ſi opus eſſet cum minori
45 profeſſione dimittendi ſapienter fuit prouiſum, vt eis liceret retinere, bona ſua, & beneficia, nè poſtea dimiſſi eis priuati remanerent, vt in dicta conſtitutione Societatis part. 4. cap. 4. lit. E. in fine, & part. 6. c. 2. lit. H. & in exam. gener tit. 6. decret. 61. quæ ratio expreſsè legitur in tit. conſtit. Gregoriana incip. Aſcendente Domino, ante medium, verſ. & licet, quia gradus profeſſorum, & eſt eadem qua motus Bonifacius VIII. in cap. beneficium, de regular. in 6.
46 decreuit beneficium ingreſſi Religionem intra annum probationis non vacare, vt in ſpecie animaduertit Ribadeneir. in tract. de rat. iux. Societ. cap. 18. ante medium, verſ. y por eſta miſma cauſa, & ideo Archid. ibid. in fine, verſic.

47 Tan-

47 Tancred. & Bart. Brixien. tenet, quod beneficiatus interim facit fructus ſuos, quia poteſt ad ſeculum reuerti, ſequitur Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 34. in fine, Sylueſt. in verbo religio, il ſecondo, num. 8. ad medium, verſ. reliquum verò, Eman. Roderic. vbi ſupra tom. 1. quæſt. 37. art. 1. verſ. 3. nota, quæ ratio militat etiam in penſione.

48 Et licet ille text. in d. cap. beneficium, loquatur de ingreſſo, qui non dum emiſit profeſſionem, attamen eius ratio attendenda eſt, quia ſcilicet ille poteſt ad ſeculum redire; quæ ratio æquè militat in eo, qui emiſit dicta tria vota ſimplicia, atque ita idem ius debet procedere, ad text. in l. illud, ff. ad l. aquil. & cap. in cauſis, de re iudic.

49 Ratio enim dicitur cõmunis lex ad omnes caſus, Calder. conſ. 1. ad medium, verſ. nec obſtat de regular. Aym. conſ. 190. num. 2. Riminald. iun. conſ. 67. num. 17. & conſ. 510. num. 30. ideo non eſt curandum de caſuum diuerſita-
50 te, vbi adeſt eadem ratio, quia tunc non dicitur fieri extenſio, ſed comprehenſio, gloſ. in cap. 1. verb. Italiæ, de temp. ordin. in 6. Card. conſ. 1. in princ. vt lit. pend. Crauett. conſ. 190. num. 2. Riminald. iun. d. conſ. 67. num. 17. & ſeq. Puteus deciſ. 55. num. 3. verſ. & hoc ſine difficultate lib. 3. & ita in propoſito rationem illius tex. applicat Ribadeney, vbi ſupra.

Vni etiam ex DD. placebat, quod tex. in d. cap. beneficium, quem extendũt DD. ad vacationem penſionis poſt emiſſam profeſſionem minimè applicetur caſui noſtro, quia loquitur de profeſſione expreſſa, vel per ſuſceptionem habitus profeſſorum ſcienter, vt habetur in d. text. quem intelligunt DD. quãdo ex ipſa ſuſceptione habitus inducitur profeſſio tacita, alias ſecus, Io. Andr. in cap. beneficium, in verb. profeſſorum, Franc. num. 1. verſ. 3. nota, Emanuel Rodriq. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 37. art. 1. ante medium, verſ. circa quam
51 conſtitutionem, quæ profeſſio ſiue expreſſa, ſiue tacita, non conuenit huic emiſſioni trium ſimplicium votorum, & ideo bene arguere licet ab eo, quod nullibi cautum reperitur, quod per eam vacet beneficium, & per conſequens nec dici poſſit extincta penſio, prout in ſimili arguit Archidiac. in d. cap. beneficium ad finem ſuper verbo portione, verſ. tu qui tenes cõtra, & poſt eum Io. Andr. num. 3. poſt med. verſ. dicit autem, Ancharan. num. 1. ad finem, verſ. item, Archidiac. & ibi etiam Dominic. num. 7. circa med. in gloſ. fin. & Franc. num. 6. in princ. & hanc differentiam inter profeſſionem expreſſam, & hanc ſimplicem emiſſionem votorum ad iſtum effectum agnoſcit Mirand. in manual. Prælat. regular. q. 10. art. 3. ad finem, verſ. quod ſi Innocentius, & Ribaden. d. cap. 18. ad finem, verſ. y repugna.

52 Quibus optimè conuenit, quod ille, qui dicta ſimplicia vota emiſerunt in hac Societate, donec expreſsè in ea profeſſi fuerint, ſemper dicuntur eſſe in probatione, vt in exam. gener. cap. 4. num. 17. & in conſtit. part. 4. cap. 4. & in declaratione ſub litera E. in fine, par. 5. cap. 2. & par. 10. num. 7. verſ. non enim alij in dicta confirmatione Iulij III. ad fin. verſ. hæc ſunt.

Vltimo, pro hac parte facit obſeruantia ſubſequuta, & vniuerſalis, atque inconcuſſus vſus dictæ Societatis, in qua tàm Nouitij, quàm alij, qui omiſerunt dicta ſimplicia vota retinent ius, & dominium bonorum ſuorum non
53 ſolum temporalium, ſed etiam in ſpecie retinent beneficia, & penſiones,

quæ

quæ obſeruantia eſt optima legum, & Conſtitutionum interpres, l. ſi de interpretatione cum ſeq. ff. de legib. Surd. conſ. 362. tom. 10. Puteus dec. 12. lib. 3. de cuius iuribus non poteſt dubitari, cum ne dum non repugnet dictis Conſtitutionibus Apoſtolicis, verum etiam illi ſit maximè conformis.

Hinc facilè patet reſponſio ad omnia ex aduerſo deducta pro Abbate, 54 nam quod ex emiſſione trium votorum ſimplicium dicti Patres Societatis Ieſu conſtituantur veri Regulares, non ſecus, ac alij quorumuis ordinum Regularium profeſſi, iuxta d. Conſtit. Gregorij XIII. non impedit, quin ipſi retinere ius, & dominium bonorum ſuorum non valeant, donec Superior aliter mandauerit, vt cauetur expreſsè in dicta Conſtitutione, & alijs ſupra relatis, 56 in quo iſti Regulares non ſortiuntur naturam aliorum Regularium, ſed penitus diuerſam, ita quod non liceat ab alijs Regularibus ad iſtos arguere, cum ex diuerſis non fiat illatio, l. Papinianus, ff. de minor. cap. dilectus, de offic. ordin. cum alijs per Euerard. in loco à ſeparatis num. 1. & 2. & quod his temporibus, & in hac Religione hoc ſpeciale ſit, ac diuerſum ab alijs Religionibus, in puncto tradunt Vaſq. in 1. 2. tom. 2. diſput. 165. num. 104. in fine, Emanuel Rodriq. vbi ſupra d. artic. 4. poſt princ. verſ. differt tamen, Leſſ. de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 27. Molin. de iuſtit. tract. 2. diſput. 139. col. 3. verſ. illi, qui finito, Mirand. in man. Prælat. Regul. q. 10. in concluſ. & reſponſ. ad primum, Ribaden. d. cap. 18. Garz. de benef. part. 7. cap. 10. num. 62.

Nec obſtat, quod cum dicta facultas retinendi bona ſua limitetur ad tempus iudicio Generalis, nec illis poſſint vti ſine Superioris licentia, id non deſtruit præcedens votum paupertatis, quin operetur ſuos effectus, prout idem 57 eſt de iure communi, quo inſpecto ſimilis conceſſio à Prælato facta, non repugnat voto paupertatis, Abb. in cap. 2. nu. 4. in 3. notab. de ſtatu monach. Syluest. in verb. Religio 6. num. 7. verſ. ſi autem Prælatus, & Rota deciſ. 772. tom. 2. & ſeq. par. 1. & deciſ. 216. num. 12. & 13. par. 2. diuerſ. & in hac Societate Gabr. conſ. 28. num. 3. verſ. neque verò lib. 1. vnde aut iſtud indultum conceſsũ Societati retinendi bona propria, eſt conforme iuri communi, & ſicuti illo atento nihilominus penſio extinguitur, ita etiam in hoc caſu non obſtante indulto propter paſſiuam interpretationem à iure communi, aut continet 58 priuilegium contra ius, & tanquam exorbitans, cum loquatur de bonis, quæ propriè ſunt temporalia, & patrimonialia, non debent extendi ad beneficia, & penſiones, quæ ſunt Eccleſiaſtica, & ſpiritualia, quia reſpondetur, quod 59 licet alij Regulares poſſint de licentia Prælati habere adminiſtrationem temporalem, & vſum quorundam bonorum, non tamen poſſunt habere dominium, & proprietatem cap. cũ ad Monaſteria in fine, ibi, nec extimet Abb. quod ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare, de ſtatu monach. cap. non dicatis, vbi Præpoſ. num. 12. in 1. concl. 12. quæſt. Calder. conſ. 2. in princ. verſ. & ratio, de regul. Car. Tap. vbi ſupra in verbo ipſo ingreſſu cap. 3. num. 35. Graff. deciſaur. part. 2. lib. 3. cap. 18. num. 23. & ideo in cap. 2. de ſtatu monach. Butr. num. 10. Abb num. 4. & commun. DD. notant, quod Abbas non poteſt diſpenſare cũ monacho vt teneat peculiũ, vt propriũ, ſed quo ad adminiſtrationẽ, & idẽ in penſione tradunt in cap. niſi eſſent, n. 12. de præbend. Tap. vbi ſupra num. 43. Graff. cap. 18. num. 47. & in ſpecie in hoc differt

61 fert iſtos Regulares Societatis ab alijs Regularibus, quod iſti, qui emiſerunt tria vota, poſſunt ad tempus arbitrio Superioris retinere dominium bonorum, ſed ſine vſu, & adminiſtratione, cæteri verò poſſunt retinere adminiſtrationem, & vſum, non tamen dominium, Rodtiquez vbi ſup. d. q. 1. art. 4. poſt princ. verſ. differt tamen.

Negari igitur non poteſt, quin illa facultas retinendi ius, & dominium bonorum ſuorum in perſona regulari attento iure communi quodammo-
62 do afficiat, & limitet votum paupertatis, etiã ſi de illis non poſſit ad libitũ diſponere, & ſic etiam parata officio Superioris illud dominium à ſe abdicare, Leſſ. vbi ſupra cap 41. dub. 8. nu. 70. ad med. verſ. nihilominus, & nu. 71.
63 verſ. ſecunda eſt, vbi neceſſaria fuit authoritas Romani Pontificis, qui ex cauſa poteſt ſuper huiuſmodi voto paupertatis, cum monacho, etiam remanente monacho diſpenſare, vt poſt Innoc. in d. cap. cum ad Monaſterium num. 2. & eſt communis opinio Canoniſtarum, ibi, & in d. cap. non dicatis, vbi Præpoſit. num. 12. nu. 1. concl. & nu. 13. dicit communem licet ab ea diſcedat Couarr. cap. 2. nu. 10. & ſeq. de teſtam, Lopez in l. 2. verb. no puede, tit. 6. p. 1. Garz. de benefic. part. 7. cap. 10. nu. 60. & 61. Roderic. vbi ſupra in verſic. cui obiectioni, qui omnes ita reſpondent text. in cap. cum ad Monaſterium in fine, vbi dicitur, quod abdicatio proprietatis, ſicuti & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ monachali, vt contra nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere, vt ſcilicet intelligatur ſine cauſa, non autem cum cauſa, prout in caſu noſtro.

Et ratio eſt, quia voto paupertatis, & illius ſubſtantię non tàm repugnat dominium, quàm vſus, & ſola Eccleſiæ conſtitutione monachus eſt incapax
65 dominij, quo fit, vt Papa, qui eſt ſupra ius Eccleſiæ conſtitutionem rectè
66 poſſit illum facere habilem, & capacem dominij etiam manentem monachum, modo quoad vſum religioſam paupertatem ſeruet, & ſit paratus arbitrio Superioris quandocunque admittere, vt declarat Vazquez in primam ſecundæ tom. 2. diſput. 165. cap. 6. per totum, Leſſ. de iuſt. & iure lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 27. verſ. vbi notandum, Mirand. in manual. prælat. reg. quæſt. 10. artic. 3. in concl. & reſponſ. ad primam Ribadeneyr. latiſſimè d. c. 18. Couarr. d. cap. 2. nu. 12. Garz. qui alios refert vbi ſupra num. 64. & 87.

Minus etiam obſtat, quod Conſtitutio Societatis non loquitur de penſionibus, ſed de bonis temporalibus, & beneficijs, vbi non ſunt extendenda ad penſiones, quia in diſpenſationibus non valet argumentum ab identitate, vel maioritate rationis, hoc enim procedit in diſpoſitionibus particularibus, & odioſis, ſecus verò in generalibus, & fauorabilibus, vt in caſu noſtro, in quo agitur de fauore Religionis, & per viam legis proceditur Barboſ. in l. 1. part. 1. num. 19. & 20. ff. ſolut. matr. Sanch. de matrim. lib. 8. diſput. 1. num. 8. 33. & 36. Roder. quæſt. regular. tom. 1. q. 11. art. 9. ad finem, verſ. nec his obſtat, vnde cum ſimus in materia larga, & fauorabili, appella-
68 tione beneficij venit penſio, ex ſupra deductis, & in principio, & etiã comprehenditur appellatione bonorum vti quo ad temporale, & prophanum ab ipſo beneficio Eccleſiaſtico diuerſum, Gig. de penſionib. quæſt. 1. num. 1. Graſſ. deciſ. 3. nu. 8. de præbend. Rota deciſ. 425. num. 2. part. 1. diuerſ. & obie-

ctum

Digitized by Google

69 Quum ſimiliter non procedit, quando diſpenſatio habet expreſſam cauſā, vel rationem, quæ non militat etiam in caſu expreſſo, tunc enim bene admittitur extenſio, Abb. in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs num. 8 verſ. poſſet, Ripa in cap. ad aures num. 41. limit. 1. de reſcript. Sanchez d. diſput. 1. n 34. cum adductis ſupra in verſic. & licet, ratio autem expreſſa in dicta Bulla Gregorij XIII. eſt, vt maiorem Societas habeat libertatem eos, qui emiſerunt huiuſmodi tria vota cum minori offenſione dimittendi, quæ ratio tàm militat in penſionibus, quàm in beneficijs, & bonis temporalibus. Et ita concluſum penſionem non eſſe extinctam.

IESVITISSÆ.

IEſuitiſſarum mulierum nulla eſt, & inualida ab ortu ſuo Congregatio, & quatenus opus eſt, ſupprimitur, & extinguitur vigore Bullæ editæ recenter à S. D. N. Vrbano VIII. de anno 1630. vbi pariter mandatur non teneri ad obſeruationem votorum ad inſtar ſolemnium in ea omiſſorum, nec non quod habitent extra Collegia, Domoſque vbi habitarunt, neque ſimul degant, neque ſimul conueniant ad aliquid ſpirituale, vel temporale tractandum, habitum deponant, & ad eundem alias non admittant, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ reſeruatæ Sedi Apoſtolicę, ibidemque mandatur, vt quæ vouere in quemcunque euentum voluerunt cum eorum vota ſint ſimplicia Ordinarijs ſubſint cum vſu, non dominia bonorum, & cum facultate de ijs diſponendi ad pios vſus, meminit nouiter Gauant. in manual. Epiſcop. in hoc eodem verbo Ieſuitiſſæ pag. mihi 109.

ILLEGITIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus in infantia ad patris inſtantiam legitimatus, nequit eſſe Generalis in ſua Religione.*

2 *Illegitimus nequit ingredi Religionem, in qua propter profeſſionem emiſit.*

3 *Illegitimus non admittitur in Equitem Hieroſolymitanum.*

4 *Illegitimus quacunque de cauſa qualiter à Generali Ordinis Carmelitarum diſpenſetur.*

1 ILlegitimus Regularis ad patris inſtantiam in infantia legitimatus per ampliſſimam legitimationem vigore facultatum Dominorum de Cāpegijs in ſua Religione pro Generali eligi minimè valet, ita declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de mēſe Martij 1629.

2 Illegitimus nequit viuente patre ingredi illam Religionem, in qua pater profeſſionem emiſit ante, vel poſt natiuitatem, prout patet ex Bulla Gregorij XIV. incip. Circumſpecta, edita in menſe Martij 1591.

3 Illegitimus non admittitur in Equitem Hieroſolymitanum, per bullam Pij V. incip. Circumſpecta, editam in anno 1560. de menſe Iulij.

4 Ille-

4 Illegitimus profeſſor in ordine Carmelitarum diſpenſatur à Generali ſuper defectu Natalium ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario, & illicito coitu proueniente, ita ex priuilegio Sixti IV. in Bulla, quæ eſt Mare magnum Religionis, incip. Dum attenta, nouiter probat Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 18. tit. de obligationibus Prælatorum religioſorum n. 33.

IMMVNITAS.

SVMMARIVM.

1 *Coloni Regularium pro portione colonica gaudent immunitate.*
2 *Monachi, Fratres, Moniales, & alij Regulares, eorumq; Monaſteria ſunt immunes à ſolutionibus onerum.*
3 *Apoſtata gaudet immunitate Eccleſię, & de ratione, num. 4.*

1 IMmunitate à collectis tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs gaudent coloni, vel partiarij bonorum Regularium, & aliorum Eccleſiaſticorum proportione colonica, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in Oppiden. 18. Septembris 1618. & hanc partem ex recẽtioribus probant Peyrin ſuper priuileg. Minimor. tom. 1. conſtit. 2. Iulij II. §. 33. num. 142. Tamburrin. in tract. de iure Abbat. diſp. 15. quæſt. 21. num. 9. tom. 1. Antonin. Dian. reſolut. moral. part. 3. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 19. vbi quod hoc
2 patet ex Bulla Pij V. in qua eximuntur Fratres, Monachi, Moniales, & aliæ perſonæ Regulares, eorumque Monaſteria, Cęnobia, Conuentus, Eccleſiæ, Cappellæ, Oratoria, & alia loca, Terræ, poſſeſſiones, prædia, agri, & bona, necnon Laboratores, Coloni, Arrendatarij, Affictuarij, Geſtores ſuorum negotiorum ab omnibus exactionibus tàm vrbanis, quàm ruſticis, necnon datijs, gabellis, pedagijs, vectigalibus, collectis, impoſitionibus, oneribus ordinarijs, & extraordinarijs tàm realibus, quàm perſonalibus, meris, miſtis, etiam ſubſidio triennali, & augmento, focularibus equorum taxis, militumque hoſpitijs, &c.

Sed videri poterint Theſaur. deciſ. 116. & Graſſ. in tract. de effectib. clericat. effect. 3. à num. 50. cum ſeq. apud quos ad ſaturitatem omnia habes exantlata, & vltimo perquiras Tamburrin. in tract. de iure Abbat. diſput. 15. quæſt. 21. tom. 1.

3 Immunitate eccleſiaſtica gaudet Apoſtata à Religione, licet ſecus in Eccleſijs, & Monaſterijs eiuſdem Religionis à qua apoſtatauit, ſed in alijs ita in praxi fuiſſe ſeruatum in contingentia caſus patet apud Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 17. & ſic probant Bouadilla in polit. lib. 2. cap. 14. nu. 57. Farinac. de immunit. Eccleſ. cap. 13. num. 169. Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 15. quæſt. 16. num. 15.

Vndè non eſt recipiendus Megala, qui contrarium attentauit in 3. part. lib. 4. cap. 2. num. 6.

4 Redditur patens ratio, quia non eſt de caſibus exceptuatis à Bulla Gregorij XIV. cuius tenorem habes apud Genuen. in praxi Curiæ Archiep. Neap.

cap.

cap. 76. num. 2. & circa illam recenter multa enucleant. Antonin. Dian. reſolut. moral. part. 1. tit. de immunit. Eccleſ. & par. 4. eod. tit. & Canon. Nouar. frater. in ſumma Bullar. eod. tit. de immunit. Eccleſ.

IMPRESSIO LIBRORVM.

SVMMARIVM.

1 *Licentia quorum requiritur, vbi Regulares intendunt imprimi facere libros, vel alia, vt num. 2.*

3 *Decretum Pauli V. memoratur, confirmatum à S. D. N. Vrbano VIII. in materia prohibitionis impreſſionis librorum tractantium de diuinis Auxilijs, & contra transgreſſores imponitur pena, num. 4.*

5 *Sed an id habeat locum, quoties integer liber non tractat de Auxilijs, ſed in libro adſit aliquis punctus de tali materia.*

1 IMpreſſio librorum eſt vetita Regularibus, niſi præcedente licentia Epiſcopi loci Ordinarij, & pariter ſuorum Superiorum Regularium recognitis per eos libris iuxta formam Conſtitutionum, vt in Concil. Trident. ſeſſ. 4. de Canonic. ſcriptur. & probant Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub. 11. c. 13. num. 4 Canon. Nouar. frater in ſumma Bullar. tit. de librorum impreſſione, num. 2. Barboſa de poteſt. Epiſcopi allegat. 90. num. 14. part. 3. vbi ſubdit ſub
2 Concilij deciſione contineri lectiones, annotationes, diſputationes, conciones, & alia ſimilia, necnon tractatus permanentes tum ad deuotionem, tum ad quietationem conſcientiarum, ſtimulationes Fratrum, & cætera huiuſmodi, quæ ſibi inuicem communicant Fratres modo communicent ad effectum imprimendi, vt declarauit Sacra Congregatio, prout referunt Capuccin. in compend. priuileg. Mendicant. verb. imprimere, Rodriq. quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 104. art. 1. in fine, Galett. in margar. caſ. conſcient. verb. legere, Cherub. in compend. Bullar. in ſchol. ad bullam Leon. X.

3 Qua in materia obſeruabis extare Decretum Pauli V. in generali Congregatione ſanctæ Inquiſitionis, quò mandatur Nuntijs Apoſtolicis, vt notificarent Superioribus Religionum, & locorum Ordinarijs, nè ſinerent imprimi in materia de Auxiliis etiam ſub prætextu commentandi S. Thomam, aut alio modo, niſi prius Inquiſitione Romana conſulta, quod decretum S. D. N. Vrbanus VIII. confirmauit in anno 1625. omnibus præcipiens, vt in poſterum imprimere non audeant, vel imprimi facere libros, tractatus, vel compoſitiones ex profeſſo, vel incidenter, aut prætextu commentandi S. Thomã, aut alium Doctorem, aut quouis alia occaſione de diuinorum Auxiliorum materia tractantes abſque præuia licentia à Sua Sanctitate in Sancti Officij Congregatione obtinenda, vſquequò ſancta Sedes Apoſtolica aliud in hac materia ordinauerit.

Attamen vt hoc Decretum inuiolabiliter obſeruetur, idem S. D. N. voluit, & declarauit contrauenientes in pęnas priuationis dignitatum officiorum actiuè, & paſſiuè, publicè docendi, legendi, concionandi, & interpretandi abſque

que alia declaratione, ipſo facto incurrere, nec non ſubiacere alijs pœnis Suę Sanctitatis, & aliorum Pontificum arbitrio infligendis.

4 Voluit etiam libros, quos in futurum contra præſentis decreti tenorem edi contingerit, abſque eo, quod declaretur, tanquam expreſsè prohibitos haberi voluit, necnon mandauit Impreſſores libros amittere, & alijs pœnis pecuniarijs, & corporalibus iuxta criminis grauitatem ſubiacere quibuſcũque in contrarium non obſtantibus, Peirin. in compend. priuileg. Minim. in Bulla Iulij II. §. 5. num. 10. tom. 1.

Circa quod Decretum modernè Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 10. ſub nu. 24. pag. mihi 132. animaduertendum dixit, quod licet per ipſum pro-
5 hibeatur imprimi libros tractantes de materia diuinorum Auxiliorum, ſiuè ex profeſſo, ſiuè incidenter, non tamen videtur prohiberi libros tractantes de aliquo puncto, quæſtione, ſeù articulo de tali materia, cum aliud ſit materia de Auxilijs, aliud verò punctus aliquis, ſeù difficultas præfatæ materiæ.

INCORRIGIBILIS.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus vt dicatur incorrigibilis de iure communi tria requiruntur, & quæ, ibid. & de iure nouiſſimo, num. 3.*
2 *Incorrigibilis dicitur ille, cuius emenda non ſperatur.*
4 *Vnaqueque Religio ſaltem in ſua Prouincia habet carceres priuatas.*

1 INcorrigibilis, vt dicatur religioſus de iure communi, tria ſunt de ſubſtantia, ſcilicet quod crimina grauia ſæpius commiſerit, quod monitus ſæpè non deſiſterit, & quod pœnitentiam pro illis non acceptauerit, quia ſo-
2 lum dicitur incorrigibilis ille, cuius emenda non ſperatur, at verò vt alicuius emenda non ſperetur, tria illa requiruntur Sanchez in ſumma cap. 6. nu. 4. lib. 6. Sayr. in theſaur. caſ. conſcient. cap. 21. num. 37. lib. 5.

3 Obſeruabis tamen de iure nouiſſimo Decreti Sacræ Cõgregationis Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de mandato S. D. N. Vrbani VIII. promulgati in anno 1624. de quo in 4. tomo Bullarij inter Bullas eiuſdem Vrbani 26. in ordine, incorrigibilis ad finem, vt eijci poſſit religioſus à ſua Religione minimè cenſetur, niſi nedum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis diſpoſitione requiruntur ſublatis hac in parte ſtatutis, & conſtitutionibus cuiuſdam Religionis, & ordinis etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis, verum etiam vnius anni ſpatio, in ieiunio, & pœni-
4 tentia probetur in carceribus, proindeq; vnaqueque Religio priuatos habeat carceres in qualibet ſaltem Prouincia, elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat tanquam pecus morbida, ac membrum putræ eijci tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantum de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, & Congregationibus, Generalibus, Tumque non niſi inſtructo ſecundum

dum eorum ſtylum, & conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis, ad Sacrorum Canonum præſcriptum, interea tamen vſque ad primũ generale Capitulum, ſeù Congregationem proximè celebrandam, ſi quempiam ex iuſtis, & neceſſarijs cauſis expellere oportebit, eiectio fieri poſſit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Fratrum vt ſupra, quos idemmet Generalis eligere, debeat infra quatuor menſes à præſentis Decreti publicatione, ſeruata tamen in reliquis forma ſuperius præſcripta, vide Bonacin. de clauſur. quæſt. 2. punct. 12. §. 1. & latius in hac materia ſcripſimus in praxi noui Iuris Pontificii concluſ. 1. ſub rubr. de eiiciendis, atque eiectis à Religione.

INDVLGENTIÆ.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentię conceſſa à Summis Pontificibus vtriuſque ſexus Regularibus, fuerunt reuocata à Paulo V.*

2 *Indulgentia conceſſa Eccleſiis Regularium ad fauorem ſecularium non ſunt reuocata.*

3 *Indulgentię conceſſa Regularibus defunctis, vel in articulo mortis conſtitutis non ſunt reuocatę.*

4 *Indulgentia plenaria conceſſa parentibus Fratrum exiſtentibus in Purgatorio, ſi pro illis miſſa fuerit celebrata, non eſt reuocata per Bullam Pauli V.*

5 *Indulgentia, quę concedi poſſint à Fratribus Minoribus, & alijs tempore prædicationis.*

1 INdulgentiæ conceſſæ à Summis Pontificibus vtriuſque ſexus Regularibus fuerunt reuocatæ, & caſſatæ à Paulo Quinto de anno 1606.]vt in eius bulla incip. Romanus Pontifex, quæ reperitur regiſtrata tom. 3. Bullar. 21. inter Bullas eiuſdem, vbi aliquas ibidem nominatas reſeruat, addendo inſuper hæc verba, Volumus autem, vt omnes ſupradictæ Indulgentiæ, & gratiæ religioſis Regularibus cuiuſuis Ordinis tam Monaſtici, quam Mendicantis dumtaxat, vt profertur conceſſæ etiam omnibus Monialibus cuiuſuis regulæ approbatæ, & intra clauſtra cum tribus votis ſollemnibus viuentibus, & perpetuam clauſuram ſeruantibus tam Ordinarijs locorum, quam etiam Regularibus cuiuſcunque Ordini regulæ, & inſtituti ſubiectis ſuffragentur.

Sed non reticeam dicere, quod nouiſſimè Lezan. in ſumma quæſt. regul. cap. 3. ſub num. 19. aduertendum putat, vt licet per ſupradictam Bullam reuocentur omnes aliæ Indulgentiæ Regularibus conceſſæ præter aſſignatas, non
2 tamen reuocantur Indulgentiæ conceſſæ Eccleſijs Regularium ad fauorem ſæcularium, prout ſic fuiſſe determinatum à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium, conſtat apud Peirin. in priuileg. Minimor. tom. 1. de
3 ſubdit. q. 4. §. fin. exiſtimans vlterius probabile eſſe, non eſſe reuocatas Indulgentias elargitas Regularibus defunctis, vel in articulo mortis conſtitutis, ex eodem Peirin tom. 2. priuil. Minim. in Conſtit. 8. Pauli V. numero 10.

idem autumans reſpectu Indulgentiarum conceſſarum Regularibus pro defunctis, ſicque declaraſſe eundem Paulum V. patet apud Peregrin. in compend.ſuo part.1.hoc in eodem verbo Indulgentia nu.9. & nouiſſimè Dian. reſolut.moral.part.4.tract.4.miſcellan.reſolut.20.vbi autumat inter cętera, In-
4 dulgentiam plenariam conceſſam à Clemente VIII. parentibus Fratrum exiſtentibus in Purgatorio, ſi pro illis Minorita dixerit miſſam non eſſe reuocatam ex dicta Bulla Pauli V. idem dicens de Indulgentijs conceſſis ab antiquis Pontificibus pro ſecularibus viſitantibus Eccleſias Regularium.
5 Indulgentiæ decem octo annorum, & tercentum viginti dierum nomine Pontificis expreſsè concedi poſſunt à Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, & à cōmunicantibus cum eorum priuilegijs, vbi prędicant in eorum domibus quocunque anni tempore, ſed ſi extra ſuas Eccleſias vltra dictos decem octo annos, ducentum viginti duos dies tantum, à tempore Quadrageſimæ prædicantes apud ſuas Domos feria 2.4. & 6. centum quinquaginta ſex annos, & vigintiquatuor dies, ita ex varijs priuilegijs conceſsū eſſe fatetur Mirand. in manual.prælat.quæſt.50.artic.10.tom.1.& alij apud Dian. moderniſſimè part.4. reſol.moral.tract.4.miſcellan.reſol.22.in fin.

INTERDICTA.

SVMMARIVM.

1 *Interdicta ſunt publicanda in Eccleſijs Regularium, ſiuè ſint à Sede Apoſtolica, ſiuè ab Epiſcopo emanata.*

2 *Interdicti tempore an Regulares celebrare, & admittere locis ad diuina Officia valeant, & num. 3.*

1 INterdicta emanata nè dum à Sede Apoſtolica, ſed etiam ab Epiſcopo loci Ordinario promulgata, in Eccleſiis Regularium eſſe publicanda, & obſeruanda; patet in Sacr. Concil. Trident. cap.12. ſeſſ.25. de Regularib. & probant ex recentioribus Campanil. in diuerſ. iur. can. in rubr.12.cap.13. à num.114.cum ſeq. Leiua in examin. Epiſcop. lib.6. cap.8. num.13. cum ſeq. Cochier. de iuriſdict. in exempt. part.2. quæſt.45. num.46. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi for. Eccleſ. reſol.210. verſ.5. part.2. Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſc. part.3. allegat.105. num.43. aſſeuerans nu.44. ex Armendariz ad recopil. leg. Nauarræ lib.2. tit.18. de Relig. nu.73. fuiſſe deciſum in Sacra Congregatione vigore Concilii loco citato, & cap.22. ex priuilegio Regularibus conceſſo, in cap. cum & plantare, §. quod ſi, Templarii, & in cap. vt priuilegia, de priuileg. & in cap. vlt. eod. tit. in 6. cap. alma mater, de ſentent. excommunicat.
2 eod. lib. & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & admittendos laicos ad diuina eodem tempore eſſe reuocata, quod antea probauerat Nauarr. conſ.7. de priuileg. cuius opinionem veriſſimam fatetur Garc. de benef. part.3. cap.2. à nu.278. aſſerens cap.8. num.87. verſ. ad octauum part.5. conſultos ab Epiſcopo Abulenſi Eminentiſſimos Cardinales Concilii Tridentini Interpretes ita reſpondiſſe.

3 Qua

3 Qua declaratione exiſtente non ſunt audiendi contrariam ſectantes ſententiam, nè ſcilicet alia priuilegia cenſeantur reuocata à Concilio, prout cenſuerunt Mirand.in manual.prælat.quæſt.37.art.12.tom. 2. Cruz de ſtatu regul.lib.2.capit.7. dub.2. concluſ.2. Henriquez in ſumma lib. 13. cap. 48. §. 1. Sayr.de cenſur. lib.5.cap.13.num.24. Homobon.de examin. Eccleſ. tract. 11. cap.12.quæſt.25.reſol.1.

IVBILEVM.

SVMMARIVM.

1 *Iubileum concedit facultatem ſæcularibus, & Regularibus eligendi quemcunque Confeſſorem idoneum, ſed non licebit eligere extra Religionem.*

2 *Religioſi non poſſunt vti Bullis Iubilei, ſeù Cruciatæ ad finem eligendi ſibi Confeſſarios, niſi expreſſè fiat mentio, & vide num. 3.*

1 IVbileum licet concedatur cum facultate, vt tàm ſæculares, quàm Regulares poſſint quemcunque idoneum Confeſſorem eligere, non per hoc licebit religioſis extra Religionem confiteri, ita ex Decreto Clem. VIII. præ cæteris determinarunt Vgolin.de poteſt. Epiſc.cap.7.§.2. Villalob. in ſumma tract.9.diffic.59.num.2. cum ſeq. part.1. Mirand. in manual. prælator. quæſt. 24.artic.15.tom.2. Homobon.in exam.Eccleſ.tract.5.cap. 2. quæſt. 13. Molfeſ.in ſumma theolog.moral.tract.7. cap.16.num. 26. to.1. vbi teſtatur mul-
2 toties extitiſſe iudicatum religioſos vti non poſſe Iubilei, aut Cruciatæ Bullis, quo ad finem eligendi ſibi Confeſſarium, niſi expreſsè in illis fiat mentio, ad quod ſecum vehit per plures, & ſpecialiter ex Neothericis Reginald. in praxi fori peniten. lib.8. num. 37. & iunge videndam Bullam Clementis VIII. incip. Romani, editam ſub anno 1599 die 23. Nouembris, ex qua patet facultatem eligendi Confeſſarium conceſſam in Bulla Cruciatæ, & alijs indultis minimè ſuffragari Regularibus.

LECTIO.

SVMMARIVM.

1 *Lectio Decretorum Sacræ Congregationis Concilij de celebratione miſſarum quando eſt facienda.*

2 *Lectio Decretorum Sacræ Congregationis de Apoſtatis, & Eiectis, eſt facienda in Monaſterijs ſaltem bis in anno cum decretis Clem. VIII. pro reformatione Regularium, alias incurrunt in pœnas, vt in num.3.*

4 *Lectio Conſtitutionum de qualitate eligendorum eſt facienda, antequam inchoetur electio.*

5 *Lectio ſacræ Scripturæ eſt facienda in Monaſterijs monachorum, & aliorum Regularium conuentibus.*

6 *Lectiones tres de vita B.Simbaniæ fuerunt approbatæ pro Monialibus Sancti Thomæ in Ciuitate Ianuen.*

7 *Lectiones viſitationis B. Mariæ fuerunt approbatæ pro virginibus Halæ.*
8 *Lectiones reliquiarum Sancti Laurentij del Eſcurial quando fuerunt approbatæ.*
9 *Tres Lectiones in Officio B. Margaritæ Ciuitatis Caſtelli fuerunt approbatæ pro Fratribus ſui Ordinis.*
10 *Lectiones SS. Alexandri, & Theodori fuerunt approbatæ pro Monachis monaſterij Ciuitatis Ottemburæ.*
11 *Lectiones ſecundi Nocturni de vita Sanctorum Ioachimi, & Peregrini quando fuerunt approbatæ.*
12 *Lectiones ſecundi Nocturni pro Officio S. Franciſcæ Romanæ fuerunt approbatæ pro monachis Oliuetanis.*
13 *Lectiones Sanctorum Andreæ, & Benedicti Camaldulenſium, eiſdem Camaldulenſibus conceduntur.*
14 *Lectiones Sancti Magni quando fuerunt approbatæ à Sacra Congregatione.*
15 *Lectiones S. Danielis approbantur in Feſto, & per totam octauam pro monialibus eiuſdem S. Danielis.*
16 *Lectiones ſecundi Nocturni pro Officio Sanctæ Mariæ ad Niues, approbatæ fuerunt pro Fratribus eiuſdem Sanctæ Mariæ.*

1 LEctio Decretorum Sacræ Congregationis Concilij de celebratione Miſſarum iuſſu S.D.N. Vrbani VIII. editorum ſexto quoque menſe, ideſt Feria ſecunda poſt primam Dominicam Aduentus, & Feria ſexta poſt octauam Corporis Chriſti eſt facienda in publica menſa in omnibus Monaſterijs, Conuentibus, aut Domibus Regularibus ſub pęna priuationis officij, vociſq; actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda Superioribus localibus in hoc negligentibus, ita quidem apertè mandatur in eiſdem Decretis, quæ habes impreſſa in libello Bullarum, & Decret. recentiorē pag. mihi 193. & apud Canon. Nouat. fratrem in ſumma Bullar. tit. de celebrat. miſſar.
2 Lectio Decretorum Sacrę Congregationis eiuſdem S.D.N. Vrbani VIII. iuſſu Editorum de Apoſtat. & Eiect. de quibus in tom. 4. Bullar., inter Bullas eiuſdem 26. in ordine, & in libello Bullarum, & Decret. recentiorum pagina mea 140. eſt facienda in Monaſterijs, & Conuentibus Regularium ſaltem bis in anno cum Decretis Clement. VIII. pro reformatione Regularium, alias
3 contrauenientes incurrunt pęnas priuationis officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, prout ſic patet diſpoſitum in dictis Decretis.
4 Lectio Conſtitutionum Religionis de qualitate, & requiſitis eligēdorum eſt facienda, priuſquam deueniatur ad electionem, ex Decreto Clemen. VIII. approbato, & innouato per Sacram Congregat. Concil. iuſſu S.D.N. Vrbani VIII. in Decret. de Apoſtat. & Eiect.
5 Lectio Sacræ Scripturæ in Monaſterijs monachorum, & aliorum Regularium Conuentibus facienda eſt, ſi commodè fieri valet, & Regularibus negligentibus poſſunt Epiſcopi illos coercere opportunis remedijs, vt in Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 1. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 5. Leo in theſaur. fori Eccleſ. part. 2. cap. 2. num. 59. Piaſeg. in praxi

praxi Epiſcop.part.2.cap.3.num.41.Barboſ.de poteſt.Epiſc.allega.56.nu.16.part.3.&nī[illegible]enter Paulus V. in ſua Bulla incip. Apoſtolicæ ſeruitutis mandauit, vt Monaſterijs Regularium lectio linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur, & vide ſupra in verbo Abbas n.7.

6 Lectiones tres de vita Beatæ Simbaniæ pro monialibus Sanct. Thomæ in Ciuitate Genuæ approbatæ fuerunt à Sacra Congregatione Rituum in anno 1608.de menſe Decembris.

7 Lectiones viſitationis B. Mariæ pro Virginibus Halæ exceptis tribus ſecũdi Nocturni, fuerunt approbatæ à Sacra Rituum Congregatione in ann. 1616.

8 Lectiones reliquiarum Monaſterij S. Laurentij del Eſcurial in Hiſpania approbantur à Sacra Rituum Congregatione in menſe Auguſti de ann. 1620.

9 Lectiones tres in Officio B. Margaritæ Ciuitatis Caſtelli pro Fratribus ſui Ordinis approbatæ fuerunt, ita extitit declaratum à Sacra Congregatione Rituum 28.Nouembris de ann.1609.

10 Lectiones Sanctorum Alexandri, Theodori pro monachis Monaſterij Ciuitatis Ottemburæ ſunt approbatæ ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in anno 1617.ſub die 15.Iulij.

11 Lectiones ſecundi Nocturni de vita Sanctorum Ioachimi, & Peregrini Ordinis Seruorum, approbatæ ſunt à Sacr. Congr. in Senen. & Foroliuien. in anno 1609.ſub die 21.Martij.

12 Lectiones ſecundi Nocturni pro Officio S. Franciſcæ Romanæ fuerunt approbatæ reſpectu monachorum Oliuetanorum, & monialium Turris ſpeculorum Vrbis, ita declarauit Sacra Rituum Congregatio de anno 1610.

13 Lectiones Sanctorum Andreæ, & Benedicti Eremitarum Camaldulenſium conceduntur pro monachis Camaldulenſibus, vt declarauit Sacra Rituum Congregatio ſub die 18.Martij de anno 1617.

14 Lectiones S. Magni approbatæ ſunt reſpectu monachorum S. Benedicti, ita declarauit Sacra Rituum Congregatio in anno 1618. de menſe Martij.

15 Lectiones S. Danielis eius in Feſto, & per octauam approbantur pro monialibus eiuſdem S. Danielis Ciuitatis Venetiarum, vt declarauit hac in facti contingentia Sacra Rituum Congregatio de anno 1610.

16 Lectiones ſecundi Nocturni pro Officio Sanctæ Mariæ ad Niues in anno 1610.de menſe Aprilis approbatæ ſunt, Sacra Congregatio in cauſa B.Mariæ de mercede, pro Fratribus eiuſdem S.Mariæ.

LICENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Licentiæ conceſſæ vt erigantur loca Regularia, non ſeruata forma Bullæ Clementis VIII. reuocantur.*

2 *Loca Regularia nequeunt erigi abſque Ordinariorum licentia.*

3 *Licentia Epiſcopi, aut eius generalis Vicarij ſpeciale mandatum habentis in Monaſterijs ſibi ſubiectis poteſt concedi ingrediendi Monaſteria monialium, & quid vbi eſt conſuetudo, vt ab Epiſcopis tantum concedantur, num.7.*

4 *Licentia alloquendi moniales poteſt concedi ab Epiſcopo, ſeù eius Vicarij, perſonis ſæcularibus, & quid per Diœceſim, num. 5.*

6 *Edicta quibus prohibentur acceſſus ad Monaſteria monialium ſubſcribuntur ab Epiſcopo tantum.*

8 *Licentia ingrediendi Monaſteria monialium Medicis, & Operarijs conceſſa ſingulis trimeſtribus eſt renouanda.*

9 *Licentia ſæcularibus mulieribus conceſſa ingrediendi monialium Monaſteria non ſuffragatur, niſi earum expreſſus conſenſus, ſpecialiter per expreſſa ſuffragia obtineatur.*

1 Licentiæ quæcunque à prædeceſſoribus Pontificibus conceſſæ erigendi loca Regularia, non ſeruata forma Bullæ Clement. VIII. & Decretorum Sedis Apoſtolicæ, quemadmodum effectum ſunt ſortitæ, hodiè ſunt re-
2 uocatæ virtute Bullæ S.D.N. Vrbani VIII. incip. Romanus, vbi quoque prohibuit illa de cætero erigendi abſque licentia Ordinariorum, & ſacris Canonibus, & Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de regular. necnon Clementis VIII. & Gregorij XV. Bullis minimè ſeruatis, & vide in verbo Monaſteria.

3 Licentia Epiſcopi, aut eius Vicarij generalis ſpeciale mandatum habentis in Monaſterijs ſibi ſubiectis authoritate ordinaria, in alijs verò Summo Pontifici ſubiectis delegata authoritate poteſt concedi ingrediendi monialium Monaſteria, ita decisum à Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatione fatetur Barboſ. in tract. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 102. num. 38. part. 3. poſt Armendar. quem allegat in addit. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 109.

4 Licentia Epiſcopi, ſeù eius Vicarij generalis, ac Superioris Regularis, cui moniales ſubiectæ ſunt coniunctim concedi poteſt perſonis ſæcularibus allo-
5 quendi moniales, ita vt idem Epiſcopus, ſeù eius Vicarius primo loco ſubſcribat; per Diœceſim verò, non ad Vicarium Foraneum, ſed ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, necnon Superiorem Regularem, qui priori loco ſubſcribat, pariter ſpectabit huiuſmodi licentiam concedere, idemque quo ad licentiam eorum, quibus ordinariè intra ſepta Monaſteriorum earundem monialium ingredi neceſſè eſt, ſeruandum eſt; repentinis tamen caſibus extremæ neceſſitatis exceptis, in quibus licentia alterius ſubſcriptione robora-
6 re ſufficiat. Edicta verò, quibus perſonis ad earundem monialium Monaſteria acceſſus prohibetur, ab Epiſcopo dumtaxat ſubſcribenda, & publicanda ſunt, Sacra Congregatio Concilij in Camaricen. 21. Februarij 1617. in
7 illis verò locis, in quibus adeſſet conſuetudo, vt iſtæ licentiæ ab Epiſcopis tantum concedantur, tunc non ſunt à Superioribus Regularibus petendæ, ſed ipſorum Epiſcoporum tantummodo licentiæ ſufficiunt etiam priuatiuæ quo ad ipſos Regulares, eadem Sacra Congregatio Concilij 21. Maij 1630. & alias in vna Verulen. 29. Ianuar. de anno 1633.

8 Licentia ingrediendi Monaſteria monialium in caſu neceſſitatis Medicis, & Operarijs concedi ſolita ſingulis quibuſque trimeſtribus renouanda eſt, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. de anno 1588. ſub die 28. Martij in vna Camerinen.

9 Li-

9 Licentia ſæcularibus mulieribus conceſſa ingrediendi Monaſteria monialium minimè ſuffragatur, niſi earum expreſſus conſenſus capitulariter per expreſſa ſuffragia obtineatur, ita cautum eſt in Bulla S.D.N. Vrbani VIII. de anno 1624. incip. Sacroſanctum.

LIMINA.

SVMMARIVM.

1 *Limina Apoſtolorum vt viſitentur, quis ordinauit.*
2 *Limina Apoſtolorum viſitare tenentur per ſeipſos Patriarchæ, Primatus, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, limita exiſtente impedimento, vt num.3.*
4 *Regularis etiam familiaris, & commenſalis Epiſcopi non admittitur ad limina viſitanda pro ſuo Epiſcopo, & vide num.5.*

1 Limina Apoſtolorũ eſſe viſitanda ordinauit de anno 1585. Sixtus Quintus in ſua Bulla incip. Romanus Pontifex, vbi quod omnes Patriarchę,
2 Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi per vniuerſum Orbem conſtituti, etiã ſi Cardinalatus honore præfulgeant, ſtatutis quidem temporibus perſonaliter, ac per ſeipſos Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli limina viſitare debent, aut ſi legitimè impediti fuerint per certum Nuntium ad id ſpeciale mandatum habentem de gremio ſuorum Capitulorum, aut alium in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, ſeù alias perſonatum habentem, aut ſi huiuſmodi hominem Eccleſiaſtica dignitate, aut perſonatu præditum non habeant per Diœceſanum Sacerdotem, & ſi clero careant omnino per aliquem alium præsbyterum ſęcularem, vel Regularem ſpectatæ probitatis, & religionis benè de omnibus inſtructum hoc adimpleant, refert nouiſſimè Vulp. in praxi for. Eccleſiaſt. cap. 9. & de Apoſtolorum liminibus aliqua Nouar. frater in ſumma Bullar. tit. de Apoſtolorum liminibus.
4 Cæterum Regularem nullum etiam Epiſcopi familiarem, & commenſalem, nullo modo acceptandum ad viſitãda limina pro ſuo Epiſcopo, etiam ſi alium non inueniſſe diceret, & iſtæ iam eſſe in Vrbe, reſoluit Sell in ſelect. canon. cap. 28. num. 19. referens ſic fuiſſe deciſum in Viſen. 13. Nouembris 1627. & ſubdit Sacram Congregationem Concilij ſub die 9. Maij 1626. gratiam feciſſe Epiſcopo Canarien. vt limina Apoſtolorum viſitare poſſit per Sacerdotem Regularem ab illis partibus tranſmiſſum, & benè informatum, ſtante quod propter itineris longitudinem miliarum decem ſeptem milia, & ob pericula in quæ incurrunt, alias tranſmiſſi Sacerdotes ſæculares, qui à Turcis captiui facti fuerunt, nullus inuenitur, qui mitti velit, vt ex fide publica conſtitit.

LITERÆ.

SVMMARIVM.

1 *Literas aperiens, peccat mortaliter, & punitur, ſed non eſt excommunicatus.*
2 *Aperitio, ſeu detentio literarum poteſt reſeruari inter Regulares, & quid in Ordine Minorum, num. 3.*

1 LIteras alijs etiam Papæ deſtinatas aperiens, peccat mortaliter, puniri valet, ſed non eſt excommunicatus, vt poſt Abb. in cap. cum olim, il ſecondo, de offic. deleg. num. 2. & Armill. in ſumma in verbo falſarius ſub §. 4. probat Viuius deciſ. 62. vbi alia plura conglomerat.

Cæterum ad noſtrum inſtitutum deueniendo reminiſcaris Clem. VIII. in decreto de caſibus reſeruatis pro Regularibus, circa tale crimen hæc proferre verba: Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarum à ſuperioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad ſuperiores.
2 Itaut literarum aperitio, ſeu detentio poterit inter Regulares reſeruari.
3 Et in Ordine Minorum ſtat iſte caſus reſeruatus ſub horum verborum formula: Aperitio literarum Prælatorum, vel malitioſa earum retentio.

MAGNVS MAGISTER.

SVMMARIVM.

1 *Milites Hieroſolymitani in electione magni Magiſtri quas leges obſeruare debent.*
2 *Magnus Magiſter militiæ Hieroſolymitani confert beneficia.*
3 *Magnus Magiſter huius militiæ habet iuriſdictionem meri, & mixti imperij in perſonas, & bona militiæ.*
4 *Magnus Magiſter, & perpetuus Adminiſtrator Militum S. Spiritus in Gallia eſt Rex Franciæ.*

1 MAgnus Magiſter, vulgo *il Gran Maſtro*, dum eligendus eſt a Militibus Hieroſolymitanis, quæ nam ordinationes, & leges obſeruandæ ſint, nouiſſimè ſtatuit S.D.N. Vrbanus VIII. de anno 1628. in Bulla incip. In ſpecula, quæ eſt 89. in ordine inter ſuas.
2 Magnus Magiſter Militiæ Hieroſolymitanæ Religionis
3 confert beneficia, cauſarumque cognitionem, meriq; & mixti Imperij iuriſdictionem in perſonas, & bona militiæ habet, eiuſque literis, quo ad profeſſionis emiſſionem Fides adhibetur, ita cautum eſt in Bulla Pij IV. incip. Circumſpecta, edita de anno 1560.
4 Magnus Magiſter, & perpetuus Adminiſtrator Militum S. Spiritus in Gallia, eſt Rex Franciæ, ad quem etiam exteros Catholicos admittere valet, per bullam Pauli V. incip. Maieſtatis, editam in anno 1606. de menſe Februar.

MAN-

Digitized by Google

MANTELLETTVM.

SVMMARIVM.

1 *Mantellettum vtuntur Abbates Generales Religionum.*
2 *Abbates, qui gaudent priuilegio vtendi mantelletto referuntur.*

1 MAntellettum poteſt deferri ab Abbatibus Generalibus quorundam Ordinum Monachalium ex priuilegio Summorū Pontificū, qui illis talem facultatem conceſſerunt, vt in Italia illo vtuntur Abbas Sanctiſſimæ
2 Trinitatis Canen. Ordinis Caſſinen. Abbas Montis Caſini, Abbas Generalis Cęleſtinorum, vt in Bulla Pauli Quinti, incip. Ex iniuncto, edita de anno 1606. Abbas Generalis Montis Virginis, vt patet ex declaratione Sacræ Cōgregationis Rituum de anno 1606. ſub die 9. Iunij, refert nouiſſimè Barboſ. in tract. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. tit. de Abbatibus cap. 17. à nu. 56.

MATRIMONIVM.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſolemnizatum à Regulari ſine Parochi licentia non pręcedente, ille Regularis ſuſpenditur ab Epiſcopo, cuius erat Parochus.*
2 *Regulares ſolemnizantes matrimonium non habita licentia Parochi ſunt ſuſpenſi, & ipſo facto excommunicati, limita exiſtente ignorantia craſſa, vt num. 3.*
4 *Ieſuita non ſolemniter profeſſus habens tria vota ſimplicia, vel monialis matrimoniū contrahentes, ſunt ſuſpecti de hæreſi, & ad ſanctum Officium deferuntur, & ſunt excommunicati.*
5 *Matrimonium ratum non conſumatum per ingreſſum Religionis diſſoluitur, etiam ſi fiat profeſſio in Religione S. Ioannis Hieroſolymitani, quod non procedit quoad Ieſuitas, qui poſt longum tempus profeſſionem emittunt, vt num. 6.*
7 *Matrimonium reputatur ratum non conſumatum, ad finem vt vnus ex contrahentibus ingrediatur Religionem etiam altero inuito, etiam ſi ſit contractum coram Parocho, & teſtibus, & poſtea copula non interceſſerit, licet antea adfuerit cum promiſſione de contrahendo.*

1 MAtrimonium ſi ſolemnizetur à Regulari Parochi non præcedente licentia, vtique Regularis ille remanet ſuſpenſus vſque ad beneplacitum Epiſcopi, cuius erat Parochus, qui tali matrimonio aſſiſtere debebat, ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 52. num. 4. Suarez tom. 5. diſput. 31. num. 18. ſect. 1. Hurtad. de cenſur. diffic. 13. num. 40. Henriq. in ſumma lib. 13. cap. 38. §. 2. lit. E. Bonac. de cenſur. diſp. 3. quæſt. 6. punct. 5. num. 19. Barboſ. de poteſt. Parochi cap. 21. num. 108. vbi quod id intelligitur ipſo iure quem videas ſimiliter in tract. de poteſt. Epiſcop. allegat. 32.
2 num. 186. par. 2. vbi probat num. 192. Regulares miniſtrantes, ſiuè ſolemnizan-

nizan-

nizantes matrimonia, non habita ſuper his Parochi licentia vltra ſuſpenſionem ipſo facto excommunicatos eſſe Excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſeruata, de qua in clem. 1. de priuileg. quod affirmarunt præ cæteris pariter Mirand. in manual. prælat. tom. 1. quæſt. 48 art. 2. Roderic. in compend. quæſt. regular. reſol. 93. num. 6. Alter de cenſur. tom. 2. diſp. 11. cap. 4. Molfeſ. in ſumma theolog. moral. tract. 4 cap. 8. num. 66. tom. 1. licet non deſint contrarium votantes, vt inter alios Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 15. num. 10. Pont. de impediment. matrim. cap. 26. §. 2. condit. 10.

3 At bene excuſatur Regularis id agens, ſi id ex ignorantia etiam craſſa agat, dummodo non ſit ita craſſa, vt inſit temeritas, Gutier. de matrim. cap. 75. n. 16. poſt Sanch. d. lib. 3. diſput. 48. num. 7. qui diſput. 26. per plura autumat de religioſis Parochis excuſando eos à tali pœna.

4 Matrimonium ſi contrahat Regularis, etiam Ieſuita non profeſſus ſollemniter habens tantum tria vota ſimplicia, vel monialis, ſunt ſuſpecti de hæreſi, & ad ſanctum Officium veniunt deferendi, & incurrunt excommunicationem, ex clem. vnic. de conſang. & affinitat. ita communi calculo eſt receptum apud omnes, & præcisè declaratum eſt in ſpeciali Bulla Greg. XIII.

5 Matrimonium ratum, & non conſumatum, licet per ingreſſum Religionis diſſoluatur, cap. verum de conuerſ. coniugat. Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. matrim. can. 6. Rebel. de oblig. iuſt. p. 2. lib. 3. q. 4. Coninch. de Sacram. tom 2. diſp. 26. à n. 30.

Ita vt illud diſſolui per profeſſionem in Religione Sancti Ioannis Hieroſolymitani; non autem in alijs S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, & ſimilibus, reſoluunt Nauarr. conſ. 2. de conuerſ. coniugat. Henriquez in ſumma libr. 11. cap. 8. §. 6. lit. E. Roderic. in compend. quæſt. regular. reſol. 28. num. 13. Sanch. de matrim. lib. 2. diſput. 18. num. 8. Barboſa nouiter de appellat. verb. ſignific. cap. 233. num. 9.

6 Tamen id non procedit quoad Ieſuitas, qui ſi ingrediantur Societatem poſt dictum matrimonium, quia poſt longum tempus emittunt profeſſionem minimè diſſoluitur, nè vnus diù expectare cogatur, ita cenſuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de anno 1621. ſub die 26. Aprilis.

7 Matrimonium reputatur ratum, & non conſumatum ad finem, vt vnus ex contrahentibus alio contradicente Religionem ingredi valeat, ſi poſt illud contractum coram Parocho, & teſtibus, copula non interceſſerit, licet anteà pluries etiam cum promiſſione de contrahendo adfuiſſet fornicatio, ita declarauit Sacra Congregatio de anno 1618. de menſe Nouembris die 18. & vide ſi conferat deciſ. Martæ 172. quia carnalis commiſtio poſt matrimonium debet ſequi, & per copulam præcedentem non conſumatur matrimonium, Couar. de ſponſal. c. 4. §. 1. num. 15. Ledeſm. de matr. q. 61. art. 1. Sanch. in eod. tractat. lib. 2. diſp. 21. num. 12.

MATV-

MATVTINVM.

SVMMARIVM.

1 *Matutinum, quod eſt recitandum media nocte, poteſt recitari hora octaua noctis.*
2 *Matutinum, quod recitabatur media nocte, poteſt recitari hora prima noctis ob aeris intemperiem, & aduerſam valetudinem monialium.*
3 *Matutino hora ſecunda finita poſt meridiem recitato veſpere, poteſt quis recitare matutinum ſequentis diei.*
4 *Monachi, & moniales militantes ſub regula Sancti Benedicti debent vti Breuiario Benedictino.*

1 MAtutinum, quod iuxta Ordinis Regulam eſt recitandum media nocte, ex cauſa valet recitari hora octaua noctis, ita declarauit Sacra Rituum Congregatio in vna Ciuitatis Angelorum in Indijs de ann. 1605. ſub die 12. Nouembris, quæ alias in Thenalam in Indijs 20. Iunij 1609. declarauit.
2 Matutinum, quod recitabatur media nocte, poſſe recitari hora prima noctis ob aeris intemperiē, & aduerſam valetudinem monialiū, & ad materiam Sanchez in opuſc. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 37. num. 4. & poſt cęteros Antonin. Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 4. miſcellan. reſol. 9. vbi quod hora ſecunda finita
3 poſt meridiem recitato Veſpere, poteſt ſtatim quis recitare Matutinum ſequentis diei, Ledeſma in 2. 2. 4. quæſt. 26. artic. 5. dub. 5.
4 Matutinum, & aliæ Canonicæ horæ debent recitari à Monachis, & Monialibus ſub Regula S. Benedicti in Breuiario Benedictino nuper mandato Sāctiſſimi edito, ita cenſuit Sacra Congregatio Rituum ſub die 24. Ianuarij de anno 1615. in vna Terracinen. & iterum de anno 1619. ſub die 13. Iulij in altera Galliæ Sueſſon.

MENDICANTES.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes propriè, qui dicantur.*
2 *Serui Beatæ Mariæ inter Mendicantes reponuntur.*
3 *Minimi S. Franciſci de Paula inter Mendicantes numerantur.*
4 *Ieſuati comprehenduntur inter Mendicantes.*
5 *Ieſuitæ numerantur inter Mendicantes.*
6 *Diſcalceati Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum annumerantur inter Mendicantes.*
7 *Carmelitæ diſcalceati ſunt etiam Mendicantes.*
8 *Canonici Regulares Lateranenſes fruuntur priuilegijs Mendicantium.*
9 *Canonici Regulares S. Saluatoris Bononien. ſunt Mendicantes.*
10 *Canonici Regulares S. Crucis Conimbricenſis gaudent priuilegijs Mendicantium.*
11 *Canonici Regulares S. Georgij in Alga fruuntur priuilegijs Mendicantium.*

12 *Monachi Caſſinenſes, alias S.Iuſtinæ de Padua ſunt Mendicantes.*

13 *Monachi Vallis Vmbroſæ participant de omnibus priuilegijs Mendicantium.*

14 *Monachi Camaldulenſes connumerantur inter Mendicantes.*

15 *Ciſtercienſes Congregationis S. Benedicti in Italia fruuntur priuilegijs quibus Mendicantes.*

16 *Ciſtercienſes reformati Congregationis Beatæ Mariæ Falienſis fruuntur priuilegijs Mendicantium.*

17 *Cœleſtini participant de priuilegijs Mendicantium.*

18 *Silueſtrini gaudent priuilegijs Mendicantium.*

19 *Monachi Congregationis Beatæ Mariæ Montis Virginis habent priuilegia Mendicantium.*

20 *Monachi S.Baſilij gaudent priuilegijs Mendicantium.*

21 *Præmonſtratenſes habet communionem omnium priuilegiorum tàm ſpiritualium, quam temporalium Congregationis S.Benedicti Ciſtercien. Regnorum Hiſpaniæ.*

22 *Fratres S.Spiritus in Saxia participant de priuilegijs Mendicantium.*

23 *Eremitæ S.Hieronimi in Hiſpania gaudent priuilegijs Mendicantium.*

24 *Eremitæ S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis fruuntur omnibus priuilegijs Mendicantium.*

25 *Fratres S. Hieronymi de Feſulis habent communitatem omnium priuilegiorum, & immunitatum Fratrum Cauentium, & omnium Mendicantium.*

26 *Fratres Ordinis Sanctiſſ. Trinitatis Redemptionis captiuorum Prouinciarum Caſtellæ, Leonis, & Bethicæ fruuntur omnibus priuilegijs conceſſis locis Sanctiſſimæ Trinitatis dictarum Prouinciarum.*

27 *Cruciferi habent communionem cum priuilegijs Mendicantium.*

28 *Fratres S.Mariæ de Mercede gaudent priuilegijs Mendicantium.*

29 *Fratres Militiæ Ieſu Chriſti Regni Portugalliæ Reformati per viam communicationis participant de omnibus priuilegijs Mendicantium.*

30 *Clerici Theatini gaudent priuilegijs Mendicantium.*

31 *Clerici Regulares Minores participant cum priuilegiis Theatinorum.*

32 *Clerici Regulares Scholarum Piarum habent communionem cum priuilegiis Mendicantium.*

33 *Clerici Regulares de Somaſcha retinent communionem priuilegiorum Mēdicantium.*

34 *Clerici Regulares Infirmis miniſtrantes gaudent omnibus priuilegijs Mendicantium.*

35 *Mendicantes nequeunt prohiberi ab Epiſcopis quin elemoſynam vbi habitant quæſtuentur.*

36 *Mendicantes nequeunt prohiberi à quæſtuatione, quæ de licentia ſuorum Superiorum ſit.*

37 *Mendicantes in concernentibus Sacramentorum adminiſtrationem Epiſcopis ſubſunt.*

38 *Sacerdotes ſæculares nequeunt prohiberi à Regularibus, quin in eorum Eccleſiis celebrent.*

39 *Mendicantes nequeunt benedicere nuptias abſque conſenſu Parochorum.*

40 *Mendicantes nequeunt recipere excommunicatos ad Religionem.*

41 *Mendicantes dant præcedentiam monachis.*

42 *Mendicantes poſſunt compelli ab Epiſcopis, vt accedant ad publicas proceſſiones.*

43 *Men-*

Digitized by Google

43 *Mendicantes ex reditibus beneficiorum Monaſterij annexorum Seminario contribuere tenentur.*

44 *Mendicantes nequeunt celebrare ante lucem.*

45 *Mendicantes vigore Maris magni nequeunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis.*

46 *Mendicantes quibus gaudent priuilegiis.*

1 MEndicantes verè, & propriè ſunt illi de Ordine Prædicatorum, Minorum Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum, vt patet ex Bulla Pij V. incip. Romanus, & poſt cæteros modernè Barbol. in tract. de appellatiua verborum ſignificatione appell. 147. vbi cum ſatis laborioſè enumerauerit, qui etiam per ſpecialia priuilegia inter hos Mendicantes, reponantur, & iterum idem repilogauerit in tract. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. cap. 41. à nu. 210. cum ſeq. placuit ex illo iuxta ſeriem eiuſdem hic reportare.

2 Serui Beatæ Mariæ annumerantur inter Mendicantes, vt in dicta Bulla Pii V. & probant Cochier. de iuriſdict. Ordinar. in exempt. part. 1 quæſt. 17. num. 16. Rodriq. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 55. art. 3.

Minimi S. Franciſci de Paula connumerantur ſimiliter inter Mendicantes, per Bullam Pii V. incipit. Apoſtolicæ, Sedis, editā in menſe Nouembris 1567.

4 Ieſuati comprehenduntur inter Mendicantes, & fruuntur eorum gratiis, & incultis prout ſtatuiſſe eundem Pium Quintum, in ſua Bulla incip. Romanus Pontifex, referunt Azor. lib. 12. cap. 23. quæſt. 2. Rodriq. loc. cit. art 4.

5 Patres Societatis Ieſu annumerantur in ordine Mendicantium per Bullam eiuſdem Pii V. incipit Dum indefeſſæ, & probarunt Muta in decіſ. nu. 18. & Gabriel conſ. 27. lib. 1.

6 Fratres Diſcalceati Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum inter cæteros Mendicantes reponuntur, vt eſt Bulla Pauli V. incipit Eccleſiæ Catholicæ edita in anno 1609. & Clemens VIII. in ſua bulla incipit. Romanum Pontificem, promulgata in anno 1603. de menſe Auguſti, Carmelitas diſcalceatos inter Mendicantes reponi voluit.

Sunt etenim plures alii Regularium Ordines de Mendicantium priuilegiis ſpecialibus Summorum Pontificum indultibus participantes, quos breuiter huc reponi non properam eſſe duximus.

8 Canonici igitur Regulares Lateranenſes participant de priuilegiis Mendicantium, vt in bulla 41. Pii V. incipit Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio dat. 17. Kalend. Septembris 1567. & eſt in Bullario nouo tom. 2. pag. 28.

9 Canonici Regulares S. Saluatoris Bononien. vt in bulla 30. Iulii II. in cap. inter cæteras ſub dat. 4. nonis Aprilis 1512. in Bullario nouo tom. 1. pagin. 450. & ſeq.

10 Canonici Regulares Sanctæ Crucis Conimbricenſis per dictam bullam Pii V. incipit Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio, in bullar. nouo tom. 2. p. 232. & ſequenti.

11 Canonici Regulares Sancti Georgij in Alga, vt in Bulla 92. Pii V. incip. Ex incumbenti nobis, ſub dat. 3. Idus Decembris 1596. Pontificatus ſui anno quarto, in Bullario nouo tom. 2. pag. 294.

12 Mo-

12 Monachi Caſſinenſes, alias Sanctæ Iuſtinæ de Padua, vt in Bulla Iulij II. incip. Super Cathedram, ſub dat. 10. Kalend. Septembris 1503. Pontificatus ſui anno primo. Eſt in Bullario nouo tom. 1. pag. 402.

13 Monachi Vallis Vmbroſæ participant per viam communicationis de omnibus priuilegijs Mendicantibus conceſſis ex dicta Bulla Pij V. incipit Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio.

14 Monachi Camaldulenſes, vt in Bulla 8. Gregorii XIV. incipit Ex iuncto nobis, ſub dat. 24. Septembris, 1591. Pontificatus ſui anno primo, eſt in Bullario nouo tom. 2. pag. 710.

15 Monachi Ciſtercienſes Congregationis Sancti Benedicti in Italia Regularis Obſeruantiæ, vt in Bulla 16. Gregorii XIV. incip. Romanus Pontifex, ſub dat. 28. Iunii 1592. Pontificatus ſui anno primo, eſt in Bullario nouo pag. 704.

16 Monachi Ciſtercienſes reformati Congregationis Beatæ Mariæ Fulienſis, vt in Bulla 70. Sixti V. incip. Super ſpecula, ſub dato idibus Nouembris 1587. Pontificatus ſui anno tertio, & in Bullar. nouo tom. 2. pag. 600. & in allia Bulla 23. alias 18. Pauli V. incip. Diuina diſponente clementia, ſub dato 5. Idibus Iulii 1606. Pontificatus ſui anno ſecundo, & in alia ſequenti, quæ incipit Inſupereminentis, ſub dato. 21. Nouembris 1607. Pontificatus ſui anno tertio, eſt in Bullario nouo tom. 3. pag. 206.

17 Monachi Cœleſtini, vt in Bulla S. D. N. Vrbani VIII ſub dat. 14. Auguſti 1624. Pontificatus ſui anno ſecundo.

18 Monachi Silueſtrini, vt in Bulla Pauli V. ſub die 23. Nouembris 1606. ſicut refert Laert. Cherub. tom. 1. Bullarij noui in rub. Bullæ 28. Pauli III. pagina 676.

19 Monachi Congregationis B. Mariæ Montis Virginis; vt in Bulla Pauli V. ſub dat. 19. Maij 1611. Pontificatus ſui anno ſexto, quæ eſt in appendice Bullarij noui conſtit. 1. tom. 3. pag. 46.

20 Monachi Sancti Baſilij, vt colligitur ex Bulla Gregorij XIII. ſub dato Kalend. Nouembris 1579. Pontificatus ſui ann. octauo, quæ referuntur à Rodriq. in nou. collect. priuil. Mendicant. & non Mendicant. Bulla 12. inter Bullas dicti Pontificis.

21 Monachi Præmonſtratenſes habent communicationem omnium priuilegiorum tàm ſpiritualium, quàm temporalium, tàm in genere, quàm in ſpecie conceſſorum Congregationi Sancti Bernardi Ciſtercien. Regnorum Hiſpaniæ, vt in Bulla Clementis VIII. ſub dato 20. Septembris 1593. Pontificatus ſui anno ſecundo, quam refert Rodriq. vbi ſup. Bulla 20. eiuſdem Pontificis.

22 Fratres Sancti Spiritus in Saxia participant de priuilegijs Mendicantium, vt in Bulla Sixti V. incip. Exigit, ſub die 13. Auguſti 1586. Pontificatus ſui anno ſecundo.

23 Eremitæ Sancti Hieronymi in Hiſpania, vt colligitur ex dicta Bulla Pij V. incipit. Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio, eſt in Bullario nouo tomo 2. pagin. 232. & ex alijs relatis à Rodriquez quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 55. articul. 9.

24 Ere-

24 Eremitæ Sancti Hieronymi Congregationis Beati Petri de Piſis præferuntur omnibus priuilegiis Ordinum Mendicantium, vt in Bulla 125. Pij V. incip. Religionis zelus, ſub dato 30. Martij 1571. Pontificatus ſui anno ſexto, eſt in Bullario nouo t. 2. pag. 337.

25 Fratres Sancti Hieronymi de Feſulis habent participationem, & communicationem omnium priuilegiorum, prærogatiuarum, immunitatum, & gratiarum, quibus Fratres religioſi Conuentuum quorumcunque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, vbicumque exiſtentium, vt in dicta Bulla Pij V. incip. Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio, in Bullario nouo tom. 2. pagina 332.

26 Fratres Ordinis Sãctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Prouinciarum Caſtellæ, Leonis, & Bethicæ, ex priuilegijs Leonis X. & Adriani VI. fruuntur omnibus priuelegijs conceſſis, & concedendis per Sedem Apoſtolicam locis, & perſonis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis dictarum Prouinciarum fruuntur loca, & perſonæ eiuſdem Ordinis in Regno Portugalliæ, per Bullam Pauli III. incip. Inter Curas, ſub dato Romæ idibus Nouembris 1534. eſt in Bullario nouo tom. 1. pag. 615.

27 Fratres Cruciferi communicant in priuilegijs cum Ordinibus Mendicantium tàm conceſſis, quàm concedendis, vt in Bulla Gregorij XIV. incipit Romanus Pontifex, ſub dato Romæ die 22. Iulij 1591. Pontificatus ſui anno primo, in Bullario nouo tom. 2. pag 701.

28 Fratres Sanctæ Mariæ de Mercede gaudent priuilegijs Mendicantium, vt in Bulla Leonis X. ſub dat. 5. Kal. Auguſti 1516. de qua meminit Rodriq. d. tom. 1. q. 55. artic. 12.

29 Fratres Militię Ieſu Chriſti Regni Portugalliæ reformati nuncupati, participant per viam communicationis de omnibus priuilegijs Mendicantibus conceſſis per dictam Bullam Pij V. incipit Ex ſupern. diſp. arbitrio, vt in Bullario nouo tom. 2. pag. 231.

30 Clerici Theatini gaudent priuilegijs Mendicantium per Bullam 38. §. 12. Clementis VII. incip. Dudum pro parte veſtra, ſub dato 7. Martij 1533. eſt in Bullario nouo tom. 1. pag. 605.

31 Clerici Regulares Minores communicant cum priuilegijs Theatinorum per ſpecialem Bullam Gregorij XIV. incip. Romanus, eſt in Bullario nouo tom. 2. pag. 687.

32 Clerici Regulares pauperum Matris Dei Scholarum Piarum habent communicationem ſingularum gratiarum, immunitatum, & libertatum Mendicantibus erogatarum, vt in Bulla Gregorij XV. edita de anno 1622.

33 Clerici Regulares de Somaſcha retinent communicationem priuilegiorum Mendicantium, vt in Bulla 37. §. 1. Pauli V. incip. Ex quo Diuina Maieſtas, ſub die. 9. Nouembris 1607. Pontificatus ſui anno tertio, eſt in Bullario nouo tom. 5. pag. 226.

34 Clerici Regulares miniſtrantes infirmis, omnium priuilegiorum, facultatum, libertatum, indultorum, fauorum tàm Mendicantibus, quàm non Mendicantibus conceſſorum communicationem habent, vt in Bulla Gregorij XIV. incip. Illius qui pro gregis § 26. dat. Romæ 11. Kalend. Octobr. 1591.

35 Men-

35 Mendicantes nequaquam poſſunt ab Epiſcopis prohiberi, quominus per ſe ipſos in Diœceſibus vbi habent Conuentus eleemoſinam quærant, ſed tantum extra loca vbi Monaſteria exiſtant, quæritare voluerint, tenentur ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere, vt voluit Sacra Congregatio Concilij de anno 1621. & refert Piaſeg. in praxi Epiſcopali capit. 3. numer. 47. part. 2. & vide Sellium in ſelect. canonic. capit. 16. num. 8. vbi ex eadem Sacra
36 Congregatione fatetur, quod Mendicantes nullatenus à quæſtuatione quæ de licentia ſuorum Superiorum fit, & in dies fieri contingit, prohiberi debent.

37 Mendicantes in concernentibus adminiſtrationem Sacramentorum E-
38 piſcopis ſubſunt, non poſſunt prohibere Sacerdotes ſæculares in eorum
Eccleſijs celebrare, ad ordines promouendi ab Epiſcopis examinandi ſunt,
39 non poſſunt nuptias benedicere abſque conſenſu Parrochorum excom-
40 municatos ad Religionem recipere prohibentur, Papa Leo X. in Bulla 22.
incip. Dum intra, 14. Kalend. Ianuarij 1416.

41 Mendicantes ſemper, & vbique tribuere debent præcedentiam Monachis, Sacra Congregatio Rituum in Monopolitana de menſe Martij 1619.

42 Mendicantes poſſunt ab Epiſcopo compelli, vt accedant ad publicas, & generales proceſſiones, Sacra Congregatio Rituum in Chilen. in Indijs 15. Maij 1610.

43 Mendicantes ex reditibus beneficiorum Monaſterijs annexorum Seminario contribuere debent, nec obeſt quod prætendunt ſe exemptos, quia videlicet in illis lectiones grammaticæ, & caſuum conſcientiæ pro audiendis confeſſionibus quotidie habeantur, quia non ſunt ob id exempti, ſed tantum eius impenſæ habenda eſt ratio, quæ ante Concilium fieri ſolebat pro ſalarijs horum Lectorum, & ea tanquam æs alienum detrahenda, tenentur tamen ex reliquo ad contributionem Seminario ratione beneficiorum exigi poteſt vnionem eiuſdem beneficii factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegijs gaudent; ita cenſuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium de anno 1629. ſub die 21. Iunij.

44 Mendicantes nequeunt vti priuilegiis celebrandi ante lucem, quibus antea Concilium Tridentinum gaudebant, prout ſic declaraſſe Sacram Congregationem eiuſdem Concilii fatetur Garcia in addit. ad tract. de beneficiis cap. 2. num. 520. part. 3.

45 Mendicantes vigore Maris magni prohibentur à caſibus Epiſcoporum reſeruatis abſoluere, vt ex declaratione eiuſdem Sacræ Congregationis fatetur idem d. cap. 2. num. 268. part. 3.

46 Mendicantes Religioſi quibus gaudeant exemptionibus, ſtatuit Pius V. in Bulla 11. incip. Dum ad vberes, de anno 1566. 29. Iulii, ex quibus priuilegiis, & indultis idem Pius V. in Bulla 41. incip. Et ſi Mendicantium, de ann. 1567. 11. Kalend. Iunij.

Digitized by Google

MILITES.

SVMMARIVM.

1 *Milites Hieroſolymitani habent omnia ſubſtantialia Religionis, & veri religioſi dicuntur, num.2.*
3 *Milites Hieroſolymitani gaudent omnibus priuilegijs clericatus, & religioſorum.*
4 *Milites Hieroſolymitani comprehenduntur ſub Decreto Conc.Trid.ſeſſ.25. capit.19. de Regular.*
5 *Milites Hieroſolymitani nequeunt viſitari ab Ordinarijs, niſi beneficia curata obtinuerint.*
6 *Milites Hieroſolymitani nequeunt tranſire ad alios ordines.*
7 *Milites Hieroſolymitani ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum, & à ſolutione decimarum.*
8 *Milites Hieroſolymitani poſſunt ſepelire mortuos in eorum Eccleſijs.*
9 *Milites Hieroſolymitani comprehenduntur ſub Decretis Conc. Trid. vbi de eis non ſit expreſſa mentio.*
10 *Milites Hieroſolymitani comprehenduntur ſub Decreto Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. capitul. 15. de Regular. & in capit. 19. numero 11. & ſeſſ. 6. cap. 3. de reform num. 12.*
13 *Milites Hieroſolymitani eximuntur à poteſtate Ordinariorum, non tamen à poteſtate Papæ.*
14 *Papa procedens contra Milites Hieroſolymitanos, eorum priuilegium non eſt offenſum.*
15 *Bulla Gregorij XV. non afficit Milites Hieroſolymitanos.*
16 *Milites S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, S. Stephani, & S. Lazari gaudent priuilegio fori, & priuilegio Canonis, n. 17.*
18 *Milites ſupradicti non ad chorum, vel ad ſacros ordines, ſed ad præliandum deputati non ſunt verè religioſi.*
19 *Ordo Militum S. Iacobi à quo fuit approbatus.*
20 *Milites iſti ſubſunt gubernio Coronæ Hiſpaniæ.*
21 *Milites iſti non emittentes tria vota ſubſtantialia, non ſunt incapaces beneficiorum.*
22 *Collegium horum Militum in Academia Conimbricenſi à quo fuit erectum.*
23 *Milites iſti per quinquennium contra infideles pugnantes, comendas in Portugallia exiſtentes habere poſſunt.*
24 *Milites Calatrauæ fruuntur omnibus priuilegiis Ordinis Ciſtercienſ. & ſubiiciuntur Coronæ Hiſpaniarum, n.25.*
26 *Milites iſti dormiunt exuti, & diſcalceati, & de eorum bonis diſpenſare poſſunt, numero 27.*
28 *Milites Alcantaræ fruuntur priuilegijs quibus Ciſtercienſes, & eorum regimen ſubeſt Coronæ Hiſpaniæ, n.29.*
30 *Milites iſti poſſunt diſponere de eorum bonis.*
31 *Ordo Militum S. Stephani à quo fuit inſtitutus.*

32 *Milites S.Stephani ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum,& à ſolutione decimarum.*
33 *Milites iſti poſſunt retinere annuas penſiones ducatorum quatuorcentum.*
34 *Ordo Militum S. Lazari à quo fuit approbatus.*
35 *Milites S. Lazari eximuntur à iuriſdictione Ordinariorum,& decimarum ſolutione.*
36 *Milites iſti quæcunque arma deferre poſſunt.*
37 *Magnus Magiſter Militum S. Lazari poteſt inſtituere beneficia de Iure patronatus, & eſt perpetuus,num.41.*
38 *Milites iſti poſſunt recipere ordines à quocunque Antiſtite,& quibus priuilegiis gaudent,num.39.*
40 *Cappellani Militum S. Lazari poſſunt audire confeſſiones, & illis Sacramenta miniſtrare.*
42 *Milites iſti poſſunt retinere annuas penſiones ducatorum quatuorcentum.*
43 *Milites ſupradicti non emittentes tria vota ſubſtantialia, non ſunt incapaces beneficiorum.*
44 *Milites iſti comprehenduntur ſub diſpoſitione Conc.Tridentin. ſeſſ.25.capit. 15.de Regular.*
45 *Milites cuiuſuis Religionis eius habitum geſtare tenentur.*
46 *Milites cuiuſcunque ordinis recipere religioſos Religionis laxioris nequeunt.*
47 *Milites S.Benedicti de Auis in Portugalia fruuntur omnibus priuilegijs S. Iacobi de Spata.*
48 *Collegium horum Militum in Academia Conimbricenſi quis erexit.*
49 *Milites iſti militantes per quinquennium contra infideles, poſſunt recipere comendas eiuſdem Religionis.*
50 *Milites Militiæ Chriſtianæ ſub quo titulo ſunt inſtituti.*
51 *Milites iſti quas penſiones habere poſſunt.*
52 *Milites B.Mariæ de Monte Carmelo in Gallia ſub qua regula viuunt.*
53 *Milites iſti eximuntur à iuriſdictione Ordinariorum.*
54 *Milites iſti emittunt vota obedientiæ,& coniugalis caſtitatis.*
55 *Milites iſti ab eſu carnis feria quarta abſtinere debent.*
56 *Milites S.Mauritii à quo fuerunt inſtituti.*

1 Milites Hieroſolymitani habent omnia ſubſtantialia Religionis votum,ſcilicet paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ſub regula à Sede Apoſtolica approbata,vt dixit Rota in Egitanien.Comendæ 8.Iunij 1616.coram R.P.D.Merl.Ludouiſ.deciſ.87.& ibi Addentes Rot.in Recent. dec. 333. 2 par. 1. & deciſ.87.part.2.& proinde vere religioſi dicuntur, vt percipitur ex Sacr.Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 11. de reformat. ibi; etiam Religionis ſancti Ioannis Hieroſolymitani,fusè Gratian forenſ.diſceptat.880 tom.5.Coſta modernè conſ.42.vol.& poſt cæteros latè probauimus forenſ.quæſt. 42.par.1.
3 gaudent omnibus priuilegijs clericatus, & religioſorum, ex bulla Leonis X. Innocentii VIII. & aliorum Summorum Pontificum, Burgos de Paz conſil. 17.vol.1.Azor.inſtit.moral.lib.12.cap.12.q.5.& luculenter Nos confirmauimus in prax.elect. & variat. fori quæſt. 69. ſect. 2. vbi adamuſſim omnia reportata reperies videas ibi nec pigebit.

4 Mi-

4 Milites Hieroſolymitani comprehenduntur ſub Decreto Concilij Tridentin. ſeſſ. 25. capit. 19. de regular. diſponentis circa Regulares pretendentes ſe per vim, aut metum ingreſſos Religoinem, Sacra Congregat. Concil. teſte Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. num. 51. de relig. quem refert Barboſ. in tract. de appellatiua verbor. appell. 233. num. 13. tom. 1. Illuſtriſſ. Epiſc. Riccius in praxi fori Eccleſ. reſolut. 171. part. 4. vbi Nos allegat in praxi Iuris noui Pontificij tit. de profeſſ. concl. 1. n. 24.
5 Milites Hieroſolymitani nequaquam ab Ordinarijs viſitari poſſunt, niſi in quantum beneficia curata obtinuerint, vt declaraſſe Sacram Concilij Congregationem refert Aldan. in compend. canon. reſolut. lib. 2. tit. 3. num. 4. & antea probauerat Armendar. ad recopilat. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 6. de viſitat. l. 5. §. 2. num. 6.
6 Milites Hieroſolymitani ad alios ordines tranſire nequeunt vigore Bullæ Papæ Anaſtaſij IV. incip. Chriſtianæ, edita in anno 1154.
7 Milites Hieroſolymitani ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum, &
8 à ſolutione decimarum, & aliorum onerum, & mortuos in eorum Eccleſijs ſepelire poſſunt, ac eorum Cappellani eiuſdem Militiæ Parocchialibus deſeruire valent, ita cautum eſt in bulla Pij IV. incipit Circum ſpecta, edita de anno 1560.
9 Milites Hieroſolymitanos comprehendi Decretis Concil. Trident. etiam vbi de eis non fit expreſſa mentio, niſi ſpecialiter priuilegijs poſt Concilium muniantur, fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Concilij Interpretum, fatetur Sellius in ſelect. canon. cap. 23. n. 3.
10 Vnde comprehendi illos ſub Decreto eiuſdem Concilii ſeſſ. 25. de regular. cap. 15. dum agit de profeſſione non emittenda ante decimumſextum annum, neque ante expletum probationis annum eadem Sacra Congregatio cenſuit Paris de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. num. 120. Azor. inſtit. moral. lib. 13. cap. 4. quæſt. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 101. num. 8. p. 3. Vecch. in praxi nouit. diſp. 11. dub. 2. num. 4.
11 Et ſub Decreto eiuſdem. Conc. ſeſſ. 25. de regular. capit. 19. comprehendi pariter ex declaratione eiuſdem Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Concilii Interpretum, autumat Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. n. 51.
12 Et comprehendi ſub Decreto Concilii ſeſſ. 6. cap. 3. de reformat. dum diſponit Ordinarios tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatos punire poſſe, & corrigere quemcunque Clericum ſæcularem, & Regulares extra Monaſterium degentes, & delinquentes, non obſtantibus ſui Ordinis priuilegijs, ſi rigorem verborum inſpiciamus Religioſos Hieroſolymitanos, quia vere Religioſi
13 ſunt, nec poſſe ſe iuuare priuilegio exemptionis, licet enim per illud eximatur à poteſtate ordinaria, non tamen à poteſtate Papæ ſunt exempti, cuius mandato, & authoritate hoc caſu procedunt Ordinarii, iuxta regulam l. 1. §. qui mandatum, ff. de officio eius, atque ita quemadmodum iſti dicere
14 non poſſunt offendi ſuum priuilegiũ exemptionis, ſi Papa contra eos proceſſerit, ita, nec contra eandem exemptionem fecit, Ordinarius procedens tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatus, qua ratione ita reſoluunt poſt alios

Illuſtriſſ. Epiſc. Riccius in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. 231. num. 3. part. 4. Barboſ. de appellat. verb. ſignific. cap. 233. num. 11. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub. 12 cap. 13. num. 22.

15 Nam affici autem bulla Gregorii XV. de Conſeruatoribus, niſi quoad Conſeruatores, & non quoad Iudices ordinarios habentes ordinariam iuriſdictionem intra limites ſuorum Prioratuum, declarauit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Congregatio in vna Mileuitana 6. Februarij de anno 1627.

16 Milites S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, S. Stephani, S. Lazari, & ſimiles gaudere fori priuilegio ex Pontificiis Conſtitutionibus Alexandri III. & aliorum ex recentioribus probant Mendoz. à Caſtro in praxi Luſitan. lib. 2. cap. 1. num. 10. Duard. in bulla Cœnæ lib. 2. cap. 15. quæſt. 5. à num. 9. Roderic. in compend. quæſt Regular. reſolut. 28. Squillant. de priuileg. cleric. capit. 7. num. 46. cum ſeq. Barboſ. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib 2. capit. 39. num. 46. vbi ampliat num. 48. etiam quod adhuc profeſſionem in dictis ordinibus non fecerint, Nos allegando forenſ. quæſt. 42. part. 1. necnon Cur. Philipp. part. 3. §. 1. num. 13. Mott. de confirmat. ordin. S. Iacobi lib. 2. cap. 1. § 8. num. 3. Illuſtriſſ. Epiſc. Riccius in praxi reſolut. 181. part. 4. qui reſolut. 176. affirmat illos
17 eſſe verè religioſos, & proinde gaudere priuilegio Canonis, vt etiam probarunt Giptius de caſib. reſeruat. cap. 3. num. 15. Bonacin. de cenſur. extra bullam diſp. 2. quæſt. 3. punct. 1. num 7. Filiuc. tom. 1. tract. 15. cap. 5. quæſt. 4. n. 14. Mar. Antonin. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 112. caſu 63. & Nos confirmauimus in praxi elect. fori q. 99. ſect. 2. vbi ad nauſeam, quia per plura cumulauimus in hac materia talium Militum hinc ideò manum reſtringo, vide ibi, nec pigebit.

Sed non reticeam dicere, quod moderniſſimè Barboſ. poſt cæteros in tract. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap. 7. à num. 25. cum ſeq. conatur probare huiuſ-
18 modi Milites extra clauſtrum viuentes non ad chorum, vel ſacros ordines, ſed ad præliandum deputatos non eſſe verè Religioſos, vt poſt alios probant Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. reſol. 49. & Coſta conſ. 42. vol. 1. ſed bene eſſe perſonas Eccleſiaſticas, & proinde illorum priuilegijs vti iuxta latius per eum ſcripta.

19 Quo autem ad Milites S. Iacobi eſt notandum, quod eorum Ordo fuit approbatus ab Aleſſandro III. vt patet in eius bulla incipit Benedictus, edita
20 in anno 1175. & ſubſunt gubernio Regiæ Coronæ Hiſpaniarum, per bul-
21 lam Adriani VI. incip. Romani, & non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia ad Religionem pertinentia, non ſunt incapaces beneficiorum ſæcularium tàm ſimplicium, quam curatorum, necnon & penſionum, vt declaraſſe Sacram Concilij Congregationem in anno 1600. refert Garc. in addit. ad tract. de benefic. part. 1. cap. 4. num. 22. & Paulus V. vt patet in eius Bulla incip. Ex iniuncto, de anno 1605. erexit Collegium pro huiuſmodi Religioſis in Regno Portugalliæ in Academia Conimbricenſi, & idem Paulus V. in bulla
23 incipit Maieſtatis, de an. 1606. voluit, vt huiuſmodi Milites per quinquennium contra infideles militantes, conſequi poſſint Comendas in Regno Portugalliæ exiſtentes, quod etiam procedit in Militibus Ieſu Chriſti eiuſdem Regni Portugalliæ.

24 Quò

24 Quò verò ad Milites Calatrauæ obſeruabis, quod fruuntur omnibus
priuilegijs Ordinis Ciſtercien. per Bullam Iulij II. incipit Romani, promulga-
25 tam in anno 1508. & ſubijciuntur Coronæ Hiſpaniarum, ex Bulla Adriani
VI. incipit Dum intra, quibus Clemens VII. in eius Bulla incipit Apoſtolicæ,
26 edita in anno 1526. diſpenſauit poſſe dormire exutos, & diſtinctos, quoniã
per prius veſtiti, & cincti dormire tenebantur, & Gregorius XIII. in ſua bulla
27 incipit Romani, indulſit, vt de eorum bonis diſponere poſſint.
28 Quo enim ad Militos Alcantaræ, nota, quod fruuntur omnibus gratijs,
& priuilegijs conceſſis, & concedendis Ordini Ciſterciensi S. Benedicti, vt pa-
tet in bulla Leonis X incipit. In Apoſtolicæ, promulgata in anno 1521. quo-
29 rum regimen Coronæ Regiæ Hiſpaniarum ſubijci, voluit Adrianus VI.
in eius bulla incip. Dum intra, quam promulgari voluit in anno 1522. de men-
30 ſe Maij, ac vt de eorum bonis diſponere poſſint, diſpenſationem conceſſit
Gregorius XIII. in bulla incip. Romani.
31 Quo autem ad Milites S. Stephani obſerua, eorum Ordinem inſtituiſſe
Coſmum Medices magnum Ducem Etruriæ, ſub regula S. Benedicti, cuius
32 magnus Magiſter conſtituitur, eius Milites ſunt exempti ab Ordinario-
rum iuriſdictione, necnon a decimarum, & aliarum onerum ſolutione, voluit
Pius IV. in bulla incip. His quæ, de anno 1562. necnon Paulus V. in eius bulla
33 incip. Dum generoſa, conceſſit priuilegium, vt annuas penſiones duca-
torum quatuorcentum retinere poſſint.
Quo ad Milites S. Lazari reminiſcaris Alexandrum IV. in bulla incipit
34 Cum à nobis, edita in menſe Aprilis anni 1155. approbaſſe eorum Ordi-
nem ſub regula S. Auguſtini, & tam in ſpiritualibus, quam temporalibus ab
35 Ordinariorum iuriſdictione, & à decimarum, & aliorum onerum exi-
muntur, necnon ab ijs omnibus, à quibus Concil. Trident. Milites Hieroſoly-
mitanos eximit. Et Pius V. in eius bulla incip. Sicuti, voluit vt quæcunque ar-
36 ma deferre poſſint, & vt eorum magnus Magiſter poſſit inſtituere quæ-
37 cunque beneficia de Iurepatronatus laicorum in Commendas, & de eis
38 perſonis idoneis prouidere Ordines à quocunque Antiſtite recipere poſ-
ſunt, gaudent priuilegijs Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe, & ſuſci-
pientes habitum extra Conuentum infra annum, in Conuentum compare-
re debent; eorum loca non comprehenduntur ſub reſeruationibus Apoſto-
licis, & per magnum Magiſtrum, & non alium conferri debent, viuunt ſub
Regula Ciſterciensi, & hii, qui eorum beneficia obtinuerint, infra ſex men-
ſes habitum Religionis ſuſcipere, necnon profeſſionem emittere tenen-
40 tur; eorum Cappellani confeſſiones audire, & illis Sacramenta admi-
niſtrare poſſunt, Pius V. in ſua bulla incipit Inter exiguas, edita in anno 1565.
41 viuunt ſub regimine Ducis Sabaudiæ, & eorum magnus Magiſter, &
Adminiſtrator eſt perpetuus, Gregorius XIII. in bulla incipit Pro commiſ-
42 ſa, & denique Clemens VIII. in bulla incipit Decet, promulgata in anno
1603. illis facultatem indulſit, vt quatuorcentum ducatorum auri penſiones
retinere poſſint.
43 Milites vero ſupradictos non emittentes tria vota ſubſtantialia, videli-
cet caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, non eſſe incapaces beneficiorum.

ſæcularium, aut curatorum, nec etiam penſionem, deciſum teſtatur Garc. de beneſic. part. 1. cap. 4. num 23. in adit.

Nec comprehendi ſub diſpoſitione Concilij ſeſſ. 25. de regular. cap. 15. probant Beia in reſponſ. caſ. conſcient. par. 4. caſu 28. Seraphin. deciſ. 121. n. 2. Sanchez in ſumma lib. 5. cap. 4. num. 17. D. Ricc. in praxi reſolut. 617. part. prim. Fauſt. in theſaur. relig. lib. 5. quæſt. 169. Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. c. 7. num. 33. vbi reportat contrarium tenentes Gratian. diſcept. 363. numer. 27. Rodriq. in ſumma tom. 2. cap. 8. nu. 2. concl. 1. Vener. in exam. Epiſcop. libr. 6. cap. 15. num. 7.

45 Milites cuiuſuis Religionis eius habitum geſtare tenentur, ita patet ex Bulla Pij V. incip. Cum ſacroſanctam edita in menſe Ianuarij 1589. & ſi fuerint Regulares, non poſſunt ſupra habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris, vt cenſuit Sacra Congregatio Rituum in vna Toletana in anno 1601.

46 Milites cuiuſcunque Ordinis religioſos alterius etiam laxioris recipere nequeunt, per Bullam Pij V. incipit Quacunque, promulgatam in anno 1569. de menſe Octobris.

47 Milites S. Benedicti de Auis in Regno Portugalliæ, per Bullam Grego-
rij XIII. incipit Ex Apoſtolicæ, fruuntur omnibus priuilegijs conceſſis, & con-
cedendis Militibus S. Iacobi de Spata, & Paulus V. in ſua bulla incip. Ex iniun-
48 cto, edita in anno 1605. de menſe Augusti, erexit Collegium in Conim-
bricenſi Academia pro huiuſmodi religioſis, & in bulla incip. Maieſtatis, iiſdē
49 conceſſit, vt militantes contra infideles per quinquennium Commendas
eiuſdem militiæ conſequi poſſint.

50 Milites militiæ Chriſtianæ ſub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Vir-
ginis, & regula S. Franciſci, ac S. Michaelis Archangeli, & Baſilij protectio-
ne inſtituit S. D. N. Vrbanis VIII. quorum magnus Magiſter, & militiæ ca-
put eſt vnus, faciunt nouitiatum in loco militiæ, necnon vota, Fidei profeſ-
ſionem, ac fidelitatis iuramentum emittunt, militant contra infideles, reci-
piuntur viri nobiles, & ingenuè nati etiā coniugati, & quamuis bigami ſint,
51 tamen ſuper Eccleſiaſticis beneficijs penſiones vſque ad tercentum ſcuta
habere valent, per Bullam eiuſdem S. D. N. Vrbani VIII. incipit Imperſcruta-
bilis, edita in anno 1623.

52 Milites B. Mariæ de Monte Carmelo in Gallia viuunt ſub regula, & ha-
53 bitu Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, inſtituti à Paulo V. ab
Ordinariorum iuriſdictione ſunt exempti, tenentur emittere profeſſionem
54 Fidei, ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipere debēt, emittunt votum obe-
dientiæ, & caſtitatis coniugalis, promittunt pugnare contra hoſtes Roma-
næ Eccleſiæ, recitare Officium, aut Coronam Beatæ Mariæ ſingulis diebus,
55 audire Miſſam Feſtis diebus, & Sabbati, necnon feria quarta ab eſu car-
nium ſe abſtinere debent, per bullam Pauli V. incipit Romanus, editam in
anno 1607.

56 Milites S. Mauritij fuerunt inſtituti ſub regula S. Benedicti à Ducæ Sabaudiæ in anno 1572. & confirmati à Gregorio XIII. ſub die 16. Septembris eiuſdem anni, vt in eius bulla incipit Chriſtiani populi, de quorum ordine

Aubert.

Aubert. de orig. Benedict. cap. 32. lib. 12. Morigia de relig. cap. 7. lib. 4.

De his autem omnibus, & ſingulis Militibus, eorumq; ordinibus, ſi realiter ſatiari velis eſt perquirendus Barboſ. poſt hæc ſcripta viſus in tract. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. de religioſorum ordinibus cap. 41. vbi ad nauſeam omnia reperies, videas ibi, & guſtabis.

MINISTER.

SVMMARIVM.

1 *Miniſter Generalis de Obſeruantia qualiter Generalis totius Ordinis titulo vtatur.*

2 *Miniſtri Prouinciales Fratrum de Familia non habent poteſtatem, nec iuriſdictionem in reformatos.*

1 MInifter Generalis de Obſeruantia legitimè vſus fuit, & vti valet titulo, & ſigillo cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, vt de anno 1631. ſub die 22. Martij Sacra Rituum Congregatio cenſuit.

2 Miniſtri Prouinciales Fratrum de Familia nullam habent poteſtatem, & ſuperioritatem, ac iuriſdictionem in Reformatos, ex bulla Gregorii XV. incipit Oneroſa, edita ſub die 1. Septembris de anno 1621.

MISSÆ.

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ approbatæ pro certis Regularibus, ab alijs celebrari nequeunt.*

2 *Miſſa Roſarii eſt conceſſa tantum Dominicanis.*

3 *Miſsa S. Mariæ de Carmelo ſolis Carmelitis eſt conceſſa.*

4 *Miſſæ poſſunt audiri à laicis in Eccleſiis Regularium, & præcepto ſatisfaciunt, nec Epiſcopus illis prohibere poteſt, num. 5.*

6 *Parochus tenentur monere populum, vt miſsas frequentet, non tamen cogere, vt illos audiat in Parochia.*

7 *Verbum* monere *inducit conſilium, non præceptum.*

8 *Miſſa de Sancto, de quo moniales recitant Officium, poteſt celebrari à Cappellano.*

9 *Miſſa S. Raphaelis Archangeli, Monaſterio S. Franciſci de Paula eſt conceſſa.*

10 *Regulares poſſunt celebrare miſſas in eorum Eccleſiis ante miſſam Eccleſiæ Parrochialis, & campanas pulſare, nu. 11. quod neque Ordinarius prohibere poteſt, n. 12.*

13 *Miſsa S. Simeonis eſt approbata pro monialibus eiuſdem in Ciuitate Raguſæ.*

14 *Superiores Regularium in canone miſſæ non ſunt nominandi nomine Antiſtitis.*

15 *Miſſæ propriæ Sanctorum Ordinis Carmelitarum reformatæ ad vſum miſſalis Romani approbantur, & conceduntur Fratribus Carmelitanis diſcalceatis.*

16 *Epiſcopi poſſunt mandare nè celebretur miſsa in Eccleſiis Regularum, niſi viſis prius litteris dimiſſoriis.*

17 *Sacerdos alienigena, qui per longum tempus celebrauerit, non cogitur oſtendere dimiſſorias.*

18 *Miſſa Sanctorum quindecim Auxiliatorum, in miſſali Ordinis Prædicatorum impreſſa ſuſpenditur.*

19 *Hora debita in celebratione miſſarum quando dicatur.*

20 *Regulares qua hora celebrare poſſunt.*

21 *Regulares poſſunt celebrare miſſas in Eccleſiis ſecularium cum conſenſu Rectoris.*

22 *Miſſa ter in anno ab Abbatibus cum baldachino, & ſede, qualiter celebranda.*

23 *Miſſæ recitandæ à Regularibus hodiè non poſſunt reduci à Generalibus Religionum, nec earum onera perpetua recipi valeat ſine conſenſu eorundem Generalium, vel Prouincialium.*

24 *Decreta de miſſarum celebratione edita à Sacra Congregatione de ordine S.D.N. Vrbani VIII. edita, per extenſum reponuntur.*

25 *Declarationes Sacræ Congregationis ſuper dictis decretis de celebratione miſſarum reportantur.*

26 *Miſſarum celebrandarum onera hodiè reduci non poſſunt, niſi à Papa.*

27 *Verbum* præſcriptæ fuerint, *appoſitum in decreto de celebratione miſſarum qualiter intelligatur.*

28 *Miſſas ab offerente præſcriptas celebrare tenentur Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruum, cum Ordinarius præſcripſerit elemoſinam congruam.*

29 *Miſſas, qui obligantur celebrare ratione beneficii, ſeù Cappellæ, legati, aut ſalarij, ſi elemoſinas pro aliis miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſunt eadem miſſa vtrique obligationi ſatisfacere.*

30 *Miſſarum numerum ſi teſtator relinquat, vt celebrentur pro eius anima abſque vlla præſcriptione elemoſinæ, illa ab Epiſcopo erit taxanda, & non ab hæredibus iuxta morem tamen regionis.*

31 *Priuilegia quibus indulgetur, vt certarum miſſarum, & anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus plurium miſſarum oneribus ſuſcipiendis ſatisfiat reuocantur.*

32 *Sacerdos miſſam quam ſuſcepit celebrandam cum certa elemoſina eandem cum minori pitantia alteri committere nequit, & quid declarauit Sacra Congregatio reſpectu Adminiſtratorum Eccleſiarum, num. 33.*

34 *Miſſam per alium celebrare volens beneficii Rector non tenetur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem reddituum beneficii, ſed ſufficit vt congruam conſignet.*

35 *Miſſæ pro celebratione, quando offertur elemoſina maior ſolita debet abſolutè is, cui oblata fuit eandem integram elemoſinam tribuere Sacerdoti celebranti.*

36 *Nouæ elemoſinæ pro miſſarum celebratione quatenus recipi prohibeantur, & nu. 37.*

38 *Pœna interdicti appoſita in decreto de celebratione miſſarum quos afficiat.*

39 *Capſulæ elemoſinarum, quænam ſit prohibita, vt teneantur.*

40 *Miſſarum elemoſinæ qualiter ab Adminiſtratoribus Eccleſiarum accipi valeant.*

41 *Sacerdotes priuati includuntur ſub decreto de celebratione miſſarum, circa non receptionem elemoſinarum pro miſſis celebrandis, cum niſi poſt longum tempus illas celebrare non valeant.*

1 MIſſæ approbatæ pro certis Regularibus nequeunt ab aliis celebrari, nec in eorundem Regularium Monaſteriis, ita declarauit Sacra Cõgregatio Rituum 19 Nouembris 1622. meminit nouiter Gauant. in manual.
2 Epiſcopor. in verbo miſſæ ritus n. 1. indè miſſa Roſarii conceſſa eſt Dominicanis tantum, non aliis, eadem Sacra Congregatio ſub die 8. Aprilis 1628. quæ declarauit ſub die 6. Maii 1623. pro ea ſolere concedi miſſam votiuam communem de Beata Virgine, & alias, in Polignanen. 31. Iulii 1632.
3 Et miſſa S. Mariæ de Carmelo, ſolis Carmelitis conceditur, vt declarauit eadem Sacra Congregatio ſub die 6. Aprilis de anno 1628.
4 Miſſæ poſſunt audiri à laicis in Eccleſijs Regularium ad libitum, & ſatiſfaciunt præcepto vigore bullæ Leon. X. emanatæ de anno 1517. ſub die 13. Nouembris, & bullæ Pij V. incipit Etſi Mendicantium, ſicque declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ſub die 1. Iulii 1606. Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 11. num. 34. & vide eundem de poteſt. Parochi c. 11. nec poteſt Ordinarius loci mulctis, & pœnis etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ populum cogere, nè in illis vadant ad audiendas miſſas, ſed in Parrochiali Eccleſia propria, vt deciſum probat Zerol. in praxi Epiſcop. in verbo miſſa §. 6. part. 1. & in verbo parrochia part. 2. ſequitur Barboſ. in tract. de poteſt. Epiſcop. allegat. 24. ſub num. 17. part. 2. vbi num.
6 16. conſtituit axioma Parochum obligari populum monere, vt miſſas frequenter, non tamen poſſe cogere, vt illas audiant in Parrochia, quia Concil. Trid. ſeſſ. 22. in decret. de obſeruand. & euitand. in celebrat. miſſar. vtitur verb.
7 moneant, quod inducit conſilium, & non præceptum, & ita dicit præ cæteris quos adducit tenere Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 18. q. 322. Gutier. can. quæſt. cap. 30. lib. 1. Paez in cap. miſſas de conſecrat. diſt. 1. n. 133. D. Ricc. deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 152 part. 1.
8 Miſſa de Sancto, de quo moniales recitãt officium, poteſt celebrari à Cappellano cum Miſſali Romano de communi, vbi in illo propria miſſa non reperitur, Sacra Congregatio Rituum ſic cenſuit ſub die 20. Nouembris de ann. 1628. refert Gauant. in man. Epiſc. in verbo miſſæ Ritus n. 8.
9 Miſſa S. Raphaelis Archangeli pro Monaſterio S. Franciſci de Paula conceditur, ita decidit Sacra Congregatio Rituum in vna Maſſilien. de ann. 1602. ſub die 2. Martii.
10 Miſſas celebrare nequaquam prohibetur Regularibus in ſuis Eccleſijs ante celebrationem miſſæ in Eccleſia Parrochiali, ita decidit Sacra Congregatio in nullius Prouinciæ Rauennaten. 15. Septembris 1629. vt refert Sellius in ſelect. canon. cap. 18. num. 20. & ita probat Aldan. in compend. canonic. reſolut. cap. 13. num. 4. vbi Regularibus minimè prohibitum eſt miſſas celebra-
11 re, & cãpanas pulſare in ſuis Eccleſijs ante celebrationem miſſæ, & pulſa-
12 tionem Campanæ in Eccleſia Parrochiali, ideoque Ordinarium minimè hoc illis prohibere poſſe, ſed tantum monere populum, vt accedat ad Eccleſiã Parochialem, ſed Sacri Concil. Trident. præſcriptum.
13 Miſſa S. Simeonis, approbatur pro monialibus S. Simeonis in Ciuitate Raguſæ, ita declarauit Sacra Congregatio Rituum in vna Raguſina de anno 1609. ſub die 28. Nouembris.

14 Miſſæ

14 Miſſæ in Canone nomine Antiſtitis non ſunt nominandi Regularium Superiores, ita declaraſſe Sacram Rituum Congregationem ſub anno 1605. die 12. Nouembris, patefacit Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo miſſæ Ritus num. 24.

15 Miſſæ propriæ Sanctorum Ordinis Carmelitanorum reformatæ ad vsũ Miſſalis Romani approbantur, & conceduntur Fratribus Carmelitanis diſcalceatis, ita cenſuit Sacra Congregatio Rituum in cauſa Carmelitanorum diſcalceatorum de anno 1605 ſub die 3. Septembris.

16 Miſſa in Eccleſijs Regularium nè celebretur, poteſt mandari ab Epiſcopis locorum Ordinarijs, niſi prius viſis, & recognitis literis dimiſſorijs, Sacerdotes ab eiſdem admiſſi fuerint, ita ex declaratione Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum, patet apud Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ tit. 18. l. 7. de relig. num. 55. lib. 2. & penès Illuſtriſs. Epiſcop. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 635. part. 1. & deciſ. Cur. Archiep. 298. part. 4. Barboſ. in tractat. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 21. num. 8. par. 2. & nouiſſimè probant Homobon. in examin. Eccleſ. tract. 12. cap. 4. quæſt. 16. reſol. 3. & Gauant. in manual. Epiſc. in verbo miſſa, num. 7. autumans num. 8. ex Prouinc. 2. Mediolan. neque in Eccleſijs monialium licere cuiquam celebrare abſque licentia Epiſcopi ſub pęna ſuſpenſionis.

17 At circa id non prætermittam obſeruare, quod vbi Sacerdos alienigena iam per longum tempus celebrauerit, ita vt eius vita, & mores ſint notorij, non poteſt cogi ad patefaciendas ſui Ordinarij dimiſſorias, prout ſic cenſuiſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum ſub die 26. Ianuarij de anno 1588. modernè demonſtrat Barboſ. in tract. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. cap. 11. num. 31.

18 Miſſa Sanctorum quindecim Auxiliatorum in Miſſali Ordinis Prædicatorum impreſſa ſuſpenditur, ita Sacra Congregatio Rituum de anno 1617. ſub die 14. & 17. Ianuarij.

Miſſa, quod debitis horis celebretur, ſtat cautum vigore Concil. Trident.
19 ſeſſ. 22. in decret de obſeruand. & euitand. in celebrat. miſſar. quæ hora debita dicitur regulariter ab Aurora, quando aer illuſtratur, ſeù illuminatur per primam Solis irradiationem, vel paulò ante per dimidiam horam vſque ad meridiem, vt poſt antiquorum ſcholam ex recentioribus probarunt Vaſq. in 3. part. tom. 3. diſp. 233. à num. 26. cum ſeq. Azor. inſtit. moral. lib. 10. cap. 25. part. 1. Fagundez in quinque præcept. Eccleſ. lib. 3. cap. 17. par. 1. Coninch. de Sacrament. quæſt. 83. à num. 217. cum ſeq. tom. 1. Bonac. de Sacrament. diſput. 4. quæſt. fin. punct. 9. Piaſeg. in praxi Epiſcop. capit. 3 num. 22. part. 2. Filiuc. tom. 1. tract 5. à num. 111. Homobon. in exam. Eccleſ. par. 1. tractat. 4. cap. 14. quæſt. 136. & vide Ragucc. de voce canon. rubr. de miſſa in Eccleſia quæſt. 63.

20 At Regulares, quibus ex priuilegio conceſſum eſt per horam ante diem celebrare poſſe, pariter per tres horas ante ortum Solis celebrare, probat Suarez in 3. par. tom. 3. diſput. 80. ſect. 4. licet attenta opinione Layman. in ſumma lib. 4. tract. 5. cap. 4. num. 3. & Vaſq. in 3. part. to. 3. d. diſp. 233. cap. 3. num.

num.27. poſſint tantum per duas, & dimidiam horam, non autem per tres horas. Sed Io. de la Cruz. in direct. conſcient. part. 2. de ſacrific. miſſæ quæſt. 2. dub. 1. concl. 3. in fin. annuit, poſſe illicò ad matutinum, aut poſt duas horas mediæ noctis miſſas celebrari ex priuilegijs, refert, & ſequitur Antonin. Dian. reſolut. moral. part. 2. tract. de celebrat miſſar. reſolut. 33. verſ. ex his inferunt in fin. firmans reſol. 34. in fine, religioſos ex ſuis priuilegijs poſſe celebrare vſque ad nonam incluſiuè, ideſt vſque tres horas poſt meridiē, ex Io. de la Cruz in direct. conſcient. part. 2. d. tit. de ſacrificio miſſæ quæſt. 2. dub. 1. concluſ. 4. & vide Molfeſ. in ſumma theolog. moral. tract. 3. de ſacrific. miſſæ capit. 10. tom. 1.

21 Miſſæ ſacrificium Regularibus in Eccleſia ſeculari de conſenſu Rectoris eiuſdem Eccleſiæ celebrare licere, tradit Sellius in ſelect. canon. cap 18. num. 8. firmans ſic deciſiſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium ſub die 10. Ianuarij 1610.

22 Miſſam Abbatialem ter in anno cum baldachino, & ſede in cornu Euāgelij poſita cum quinque miniſtris, & ſex paratis, quorum tamen paratorum ſedes ſit extra chorum, ita vt in ſcabellis ſedeant, cum ſex tantum candelabris, & abaco paruo, ita declarauit Sacra Congregatio Rituum in anno 1628. ſub die 29. Ianuarij, vt per Gauant. in manual. Epiſcopor. in verb. Abbas num. 11. teſtificantem num. 12. eandem Sacram Congregationem reſcripſiſſe ſedem prædictorum ſex paratorum debere eſſe extra chorum, ita vt in ſcabellis ſedeant, nouiter Barboſ. de iure Eccleſiaſt. vniuerſal. lib. primo, capit. 41. ſub num. 73.

23 Miſſæ recitandæ à Regularibus hodiè non poſſunt reduci à Generalibus Religionum, nec earum onera perpetua recipi valent ſine conſenſu eorumdem Generalium, vel Prouincialium, vt expreſsè ſtat cautum à Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Congregatione vigore Decretorum ad id promulgatorum, in quibus cum per plura enodentur in huiuſmodi miſſarum materia illorum tenorem adamuſſim hic reportare neceſſarium putaui, & ſunt vt infra.

24 Cum ſæpè contingat in quibuſdam Eccleſijs, tam magnum miſſarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis aut piorum elemoſinis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen noua onera miſſarum in diebus ſuſcipiantur, indeque fiat, vt depereant piæ teſtantium voluntates obſtricta benefactoribus fides violentur defunctorum animæ ſuffragijs priuentur Eccleſijs debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſti fideles graui ſcandalo affecti plerumque à ſimilibus charitatis operibus retrahantur.

Cum his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quod ij, qui miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiant, ſperent illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri, aut quod Eccleſijs forte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera miſſarum abſque vllo emolumento, aut quod elemoſina pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic ſe muneri ſubijcere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterij adeò exigui, vt Sacerdotes, & pro neceſſaria ſua ſubſtentatione nouis

ſe

ſe oneribus abſtringere compellantur, Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum animaduertens facturam ſe rem Deo gratiſſimã charitatiq; ac iuſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica conuellere, atque eradicare Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Diuina Prouidentia Papæ VIII. authoritate ſibi ſpecialiter attributa infraſcripta Decreta edidit.

Ac primo diſtrictè, prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alia quoquo modo reducant onera vlla miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Conc. impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ res diligenter perſpecta id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & cõmutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contingerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

Deinde vbi pro pluribus miſſis, etiam eiuſdem qualitatis celebrandis: plura ſtipendia, quantumcunq; incongrua, & exigua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur, in futurum Sacerdotibus, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſterijs, Conuentibus, Domibus, ac Locis Pijs quibuſcunque tam ſecularibus, quam regularibus. Sacra Congregatio ſub obſtentatione Diuini Iudicij mandat, ac præcepit, vt abſolutè tot miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemoſinæ præſcriptæ fuerint, ita vt alioquin ij ad quos pertinent ſuæ obligationi nõ ſatisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

Id verò, vt deinceps obſeruetur exactius, Sacra Congregatio eadem authoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuſuis perſonis, Eccleſijs, ac Locis Pijs tam ſecularibus, quam regularibus cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, & inſtituti quamcunque ob cauſam conceſſa quibus indulgetur, vt certarum miſſarum, vel anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus plurium miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia reuouere volens, prohibens Sacerdoti, qui miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa elemoſina, nè eãdem miſſam alteri parte eiuſdem elemoſinæ ſibi retenta celebrandam committat.

Prçterea nè in Eccleſijs, in quibus onera miſſarum in perpetuum impoſita ſunt Sacerdotes in eis, vt par eſt adimplendis tepidiores, ac ſegniores redantur, quod onera huiuſmodi cũ nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta ſtatuit, atq; decernit, vt pecuniæ, ac bona mobiliæ Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tam ſecularibus, quam regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda, cum onere perpetuo miſſarum celebrandarum ab ijs, ad quos pertinet ſub pçna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant penès Ædem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, ſeù illorum pretium quam primum inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur, ac ſi eadem bona

im-

immobilia authoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit eorundem pretium ſub eadem pœna, vt ſupra deponit, atque in alijs bonis ſtabilibus itidem fructiferis cum eiuſdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibuſuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum tam ſecularium, quam regularium Superioribus, vel alijs ad quos pertinet, diſtrictè prohibet ne in poſterum onera perpetua ſuſcipiant miſſarum celebrandarum, ſeculares quidem ſine Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò ſine Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, alioquin ſecularis, qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit ab ingreſſu Eccleſiæ interdictis ſit eo ipſo; Regularis verò pęna priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cętero obtinenda, vocisq; actiuæ, ac paſſiuæ abſquè alia declaratione incurrat; elemoſinas verò manuales, & quotidianas pro miſſis celebrandis ita demum ijdem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoque valeant, alioquin omnino abſtineant ab huiuſmodi elemoſinis etiam ſpontè oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſijs cum inſcriptione illa, elemoſina pro miſſis, vel alia ſimili ſub iiſdem pęnis ipſo facto incurrendis, nè fideles hac ratione fruſtrentur.

Epiſcopus, ſeù eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus, nec antea aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam prębeant, quam eis legitimè conſtiterit illius Sacerdotes tàm nouo ſuſcipiendo, quàm antiquis ſuſceptis ſatisfacere poſſe: præcipuamq; rationem habeant, vt reditus, qui Eccleſiis, & locis piis relinquuntur, omnino reſpondeant oneribus adiunctis ſecundum morem cuiuſdam Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantq; ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint in nouiſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe redituros.

Poſtremo Sanctiſſimi Patres non ſine graui animi dolore intelligentes mala ferè omnia, quæ regularem diſciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hāc facilitatem fouent in oneribus miſſarum ſupra vires ſuſcipiendas, veluti ex infecta radice pullulare ex maiori Regularium numero, quam ferant reditus, & elemoſina cuiuſque Monaſterij inhærentes Summorum Pontificum, ac Sacr. Trident. Concil. Decretis hac de re editis S. D. N. authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicarijs, & quibuſcunque alijs Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, ac Domorum Regularium bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium cuiuſcunq; Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, vt ſinguli, ad quos pertinet in qualibet Prouincia adhibitis duobus, vel tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probationibus, & rerum vſu peritioribus bona immobilia, cēſus, reditus, & prouentus, omnes conſuetas item elemoſinas, & obuentiones tam

com-

communes Monaſteriorum, Conuentuum, Domorum eiuſdem Prouinciæ, quam etiam ſingularibus perſonis religioſis aſsignatas, ſeù permiſſas in communem vſum deinceps conferendas decem annorum immediatè præcedentium habita ratione diligenter, & maturè recognoſcāt ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grādines, ſterilitates, aliauè cuiuslibet generis onera conſueuerunt abſorbere eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Superior cuius intereſt in proximo Capitulo, ſeù Congregatione Generali, vel Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo, ſeu Congregatione diligendis proponant, qui computatis huiuſmodi redditibus, elemoſynis, & conuentionibus vniuerſis, & oneribus vt ſupra detractis ſedulo examinēt, quot religioſi homines connumeratis etiam laicis, alijſque neceſſarijs ſeruientibus in vnoquoque Monaſterio, Conuentu, & Domo Regulari, iuxta regionis, & proprij inſtituti morem victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes competenter valeant ſuſtentari; tum eorundem bonorum reditum, elemoſinarum, & onerum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeù Congregationi exibeant, vt in illo diligenter omnibus diſcuſſis cuiuſq; familiæ, Monaſterij, Conuentus, ac Domus Regularis in ſingula quaque Prouincia certus earum tantum perſonarum numerus Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus elemoſinis, & obuentionibus, vt ſuperius ſufficienter alij poſſint. Nè vero Superiores, qui id præſtare debent ſerius, aut remiſſius, quam par eſt ſuo muneri ſatisfaciant, mandat Sacra Congregatio vt infra annum poſt proximum Capitulum Generale, vel Prouinciale comparandum omnia hęc de genere capitulariter geſta in authenticam formam redacta ad Sacram ipſam Congregationem Concilij ſinguli mittant, numerumq; familiæ, ſingulorumq; Conuentuum, Monaſteriorum, & Domorum huiuſmodi Regularium Capituli, ſeù Congregationis Generalis, vel Prouincialis ſententia, & authoritate præfinitum ijdem Superiores tam Generales, Prouinciales omnes, quam locales, perpetuò ſeruare omnino teneantur, nec poſſint illum quoquo modo augere etiam prætextu augmenti redditurum abſque Sacræ ipſius Congregationis licentia, Superiores autem huiuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerum vt ſupra præſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vociſq; actiuæ, ac paſſiuæ, & ad omnia ſuæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pęnam eo ipſo incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apoſtolica infligendis pęnis, Sacra Congregatio ſubiacere voluit, & declarauit.

25 Ceterum quia ſuper dictis decretis de celebratione miſſarum inſurrexerunt nonnullæ declarationis Sacræ Congregationes Concilij S. D. N. Vrbani Papæ VIII. authoritate editæ placuit pariter illarum tenorem hic inſerere vt infra.

Super primo Sacræ Cōgregationis Decreto de celebratione miſſarum, quo prohibetur, nè Epiſcopi in Dięceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquo modo reducant onera vlla miſſarum celebrandarum, vt poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Quæritur quid ſi legatum ſit ita tenuè, vt non ſit, qui velit onus illi iniunctum

ctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris totum, aut ferè totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſarijs, & quid ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, vt poſſit huiuſmodi onera moderari.

26 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum in hunc modum reſpondit, quod ſi legatum ſit, adeò tenuè nihilominus pro reductione oneris vt ſupra impoſiti ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque vlla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe iudicauerit; verumtamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit; vt liceat Epiſcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſubſtulerunt eſſe validam, & obſeruandam.

Quæritur Secundo, ſuper ſecundo eiuſdem Congregationis Decreto, quo cauetur, celebrentur tot miſſæ, quot ad rationem tributæ elemoſynæ præ-
27 ſcriptæ fuerint, ân verba illa præſcriptæ fuerint ſunt intelligenda de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario.

Sacra Congregatione reſpondit eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui elemoſinam tribuit, non autem ab Ordinario; quod ſi retribuens elemoſinam numerum miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot miſſas celebrari debere, quod præſcripſerit Ordinarius ſecundum morem ſuæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

28 Tertio quæritur, an cum Ordinarius præſcripſerit elemoſynam congruam iuxta qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruum, teneantur miſſas illas ab offerente præſcriptas celebrare.

Et teneri reſpondet Sacra Congregatio.

29 Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù cappellæ, legati, aut ſalarij, poſſint etiam manualem elemoſinam pro miſſis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnico miſſæ ſacrificio vtrique oneri ſatisfacere.

Et Sacerdotes non poſſe eadem miſſa vtrique obligationi ſatisfacere cenſuit Sacra Congregatio.

30 Quinto, poſito, quod teſtator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum miſſæ abſque vlla præſcriptione elemoſynæ, quæritur an ſit liberum hæredibus elemoſinam ſibi benè viſam præſcribere, an verò eadem elemoſina præſcribenda ſit ab Ordinario.

Et eadem Congregatio cenſuit, vbi nullam certam elemoſinam teſtator reliquit eſſe ab Epiſcopo præſcribendam elemoſinam congruam, quæ reſpondeat oneribus miſſarum celebrandarum ſecundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

31 Sexto, ſuper tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio reuocat priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum miſſarum, vel anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus plurium miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat, quæritur an verba in futurum ſuſcipiendis, intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt priuilegium.

Et

Et ita intelligenda eſſe cenſuit Sacra Congregatio.

Septimo, ſuper quarto eiuſdem Congregationis Decreto, quo prohibetur
32 Sacerdoti, qui miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa elemoſina, nè eandem miſſam alteri pro parte elemoſinæ ſibi retenta ad celebrandam committat, quæritur an permittendum ſit Adminiſtratoribus Eccleſiarũ, vt retineant aliquam elemoſinarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, Altarium, inſeruientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtiæ, & ſimilium.

33 Sacra Congregatio reſpondit permittendum non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca pia, ſeù illorum Adminiſtratores, ex elemoſinis miſſarum celebrandarum vllam vtcunque minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſiæ, & loca ipſa alios non habent reditus, quos in vſu eorundem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantum miſsæ ſacrificio neceſſario ſunt ſubeundæ; & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, vt ex pecunijs, quæ ſuperſunt (expenſis, vt ſupra deductis) abſolutè tot miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus elemoſinas.

34 Octauo, an hoc Decretum habeat locum in beneficijs, qui conferuntur in titulum, ideſt an Rector beneficij, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redituum beneficij.

Et cenſuit non habere locum, ſed ſatiseſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemoſinam congruam, ſecundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficij aliud cautum fuerit.

35 Nono, an Sacerdotes quibus aliquando offertur elemoſina maior ſolita pro celebratione miſſæ debeant dare eandem integram elemoſinam ijs, quibus miſſas celebrandas committunt: an verò ſatis ſit, vt det celebrantibus elemoſinam conſuetam.

Et debere abſolutè integram elemoſinam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem poſſe retinere, decreuit Sacra Congregatio.

36 Decimo, ſuper quinto eiuſdem Congregationis Decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba: elemoſinas verò manuales, & quotidianas pro miſſis celebrandis, ita demum ijdem accipere poſſunt ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoq; onera obire valeant; alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi elemoſinis, etiam ſpontè oblatis, in futurum recipiendis, capſulas auferãt &c. quæritur an hoc Decretum prohibeat abſolutè, quominus accipiant nouas elemoſinas, ij, qui acceptis non ſatisfecerunt, & quid ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere.

Reſpondit non prohibere abſolutè, ac propterea, & ſi oneribus iam ſuſceptis non ſatisfecerint; poſse tamen noua etiam onera ſuſcipere miſsarum celebrandarum, dummodo infra medium tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

37 Vndecimo, quid ſi offerens elemoſinas, audito impedimento, conſentiat, vt Sacerdos miſsam celebret cum primum poterit.

Sacra Congregatio decreuit, vt quamuis onera ſuſcepta infra modicũ tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens elemoſinam pro aliorum miſsarũ cele-

celebratione id ſciat, & conſentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit Decretum non prohibere, quo minus eo caſu elemoſina accipiatur pro iiſdem miſſis iuxta benefactoris conſenſum celebrandis.

38 Duodecimo, an pęna interdicti, & aliæ oppoſitæ in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt elemoſinas contra formam ibi præſcriptam, quam eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſijs, vt ibidem præcipitur.

Congregatio decernit has pęnas non habere locum niſi in ſuſcipientibus onera perpetua miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, vel eius Generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

39 Decimotertio, an in hoc Decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſijs in die commemorationis omnium Sanctorum, vt vulgo dicuntur, *Caſſe de morti*.

Sacra Congregatio cenſuit comprehendi.

40 Decimoquarto, an Adminiſtratores Eccleſiæ magnæ deuotionis, & cōcurſus poſſint elemoſinas pro miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem miſſis non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, nè alias cultus Eccleſiæ, & deuotio, an concurſus fidelium, (vt aiunt) minuantur.

Congregatio reſpondit non poſſe, niſi de conſenſu eorum, qui elemoſinas tribuunt, vt ſupra ad vndecimum.

51 Decimoquinto, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum tam ſecularium, quam Regularium Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non tamen priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali & alijs ad quos pertinet, ſupplicatur pro opportuna declaratione.

Et decidit comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

M I T R A.

S V M M A R I V M.

1 *Abbas vnica tantum Mitra vti poteſt.*
2 *Mitra eſt in triplici ſpecie.*
3 *Abbas qua Mitra vti poteſt.*
4 *Dignior dicitur ille, qui habet vſum Mitræ aurifrigiatæ, quam ille, qui habet vſum Mitræ ſimplicis.*

1 MItra vna tantum vti poteſt Abbas, quia vnica illi conceditur, vt cenſuit Sacra Congregatio Rituum ſub die 29. Ianuarij 1628. Gauant. in manuali Epiſcop. in verb. Abbas num. 7. & vide recenter Barboſ. in tract. de iu-
2 re Eccleſiaſt. vniuerſal. tit. de Abbat. cap. 17. lib. 1. num. 54. vbi Mitræ triplicem eſſe ſpeciem, ait.

Vna, quæ pretioſa dicitur, quia gemmis, & lapidibus pretioſis, vel laminis aut argenteis contexta eſſe ſolet. Alia aurifrigiata ſine gemmis, & ſine laminis aureis, vel argēteis, ſed vel aliquibus paruis margaritis cōpoſita, vel ex ſerico albo auro intermixto, vel ex tela aurea ſimplici ſine laminis, & margaritis vt ſup.

Tertia tandem, quæ ſimplex vocatur ſine auro ex ſimplici ſerico damaſceno, vel alio, aut etiam linea ex tela alba confecta, rubeis lacinijs, ſeù francijs, & viteis pendentibus, ex cæremon. Epiſcop. lib. 1. cap. 17. Caſtald. in praxi cæremon. lib. 1. ſect. 5. cap. 4. num. 5.
3 Ex quibus tribus Mitris Abbates illa tantum vti debent, & non alterius ſpeciei, quæ eis à Sede Apoſtolica eſt conceſſa; ille enim, cui ex priuilegio
4 conceditur vſus Mitræ aurifrigiatæ, & prætioſæ, reputatur dignior illo, cui vſus Mitræ ſimplicis conceſſus eſt, Leon. Exten. in ſpecul. ſacrar. cæremon. verb. Abbas.

MONACHI.

SVMMARIVM.

1 *Monachi vnde dicantur.*
2 *Monachi cur ſic hodiè appellantur.*
3 *Monachi non ſe immiſcent prædicationibus.*
4 *Monachi non tenentur ſociare, & reaſſociare proprium Abbatem ad ſolemniter celebrandum accedentem.*
5 *Canonici tenentur aſſociare Epiſcopum ſolemniter celebrantem.*
6 *Monachi Vallis vmbroſæ quare ſic dicti, à quo fuerunt inſtituti, num. 7. eorum Congregatio à quo fuit approbata, num. 8.*
9 *Prælati Monachorum Vallis vmbroſæ ad Capitulum non accedentes, dignitatibus, & officijs priuantur.*
10 *Monachi S. Baſilij à quo fuerunt redacti ad meliorem, & arctiorem diſciplinam, ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum, num. 11. & fruuntur priuilegijs Caſſinenſium, num. 12. eorum Abbas Generalis habet poteſtatem quam cæteri Abbates, ibidem.*
13 *Congregatio iſtorum Monachorum à quo fuit approbata, eorum maior pars debent eſſe laici reformati, num. 14. Sacriſtæ eorum releuantur à labore manum, num. 15. & ſacram Scripturam addiſcere valeat. num. 17.*
16 *Nequeunt frequentare ſtudia, nec ſcientias addiſcere.*
18 *Monachi Eremitæ S. Hieronymi de Obſeruantia nequeunt lectiones extra clauſtra audire eorum Priores, ſunt perpetui, num. 19. eorum Capitulum generale quolibet triennio celebratur, num. 20. eorum Superiores veſcuntur eo victa, quo, & ipſi, num. 21.*
22 *Monachi Celeſtini à quo fuerunt inſtituti, ſub qua protectione ſunt recepti, nu. 23. eorum Abbas generalis facit omnia, quæ faciunt alij Abbates exempti, num. 24. & poſſunt impartiri benedictiones pontificales ſolemniter celebrantes, num. 25. eorum Conſtitutiones à quo fuerunt confirmatæ, num. 26.*
27 *Monachi S. Mariæ Montis Virginis à quo fuerunt inſtituti, eorum immunitates, & libertates quis confirmauit, num. 28. eorum Abbas quibus inſignibus vtitur, numero 29. poteſt conferre ordine minores, num. 30. an poſſit benedicere Calices, & alia paramenta, num. 31.*
32 *Mulieres nequeunt ingredi monaſteria iſtorum monachorum, niſi in certis caſibus.*

33 *Monachi S. Mariæ Montis Virginis nequeunt obtinere officia in eorum patria, Abbates eorum fruuntur priuilegijs Camaldulenſium, num. 34. eorum oblati faciunt nouitiatum per annum, num. 35.*

1 MOnachi, ideſt (ſoli) quod nomen propriè ſortiuntur, qui in ſolitudinibus habitant, cap. 1. iuncta gloſ. 16. quæſt. 1. cap. ſi cupis, eadem cauſ. & quæſt. Henriq. conſ. 67. num. 83. moderne Barboſ. in tract. de iure Ec-
2 cleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. cap. 41. num. 15. dicens num. 16. Monachos hodie appellari, qui ſoli vitæ contemplatiuæ operam nauant, neque prædicationibus,
3 aut alijs ſe immiſcent, quales ſunt Caſſinenſes, Ciſtercienſes, Camaldulenſes, Carthuſiani, Oliuetani, Silueſtrini, & ſimiles, quos ita declarauit Sacra Congregatio, & de illis Nos plura in eorum proprijs locis, hoc in eodem opere vbi erit videndum.
4 Monachi minimè ſunt obligati aſſociare, & reaſſociare proprium Abbatem, quando ad Eccleſiam accedit ſolemniter celebraturus, ad inſtar tenentur Canonici aſſociare Epiſcopum, ita de anno 1613. ſub die 11. Decembris cēſuit in vna cauſa Hiſpaniarum S. Ioannis de Penna, Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Congregatio, & habui in facto dum meū exquireretur cōſiliū.
6 Monachi Vallumbroſani de quorū ordine præ cæteris Morig. de orig. religion. cap. 26. lib. 1. Azor. inſtit. moral. part. 1. cap. 21. quæſt. 2. lib. 12. Suarez de relig. tract. 9. lib. 2. c. 3. tom. 4. Mirand. in manual. Prælat. quæſt. 4. art. 2. tom. 1. ſunt dicti à valle denſiſſimis arboribus cenſita, propè Florentiam fuerunt inſtituti à S. Ioanne Gualberto Monacho Benedictino anno 1080. Pontifice Gregorio VII.
8 Quorum Congregatio fuit approbata in anno 1090. ab Vrbano II. vt in eius Bulla incip. Cum vniuerſis.
9 Et eorum Prælati non exiſtente legitima cauſa ad Capitulum non accedentes dignitatibus, & officijs priuantur vigore Bullæ Innocentii VIII. incip. Alto, editæ in anno 1484 & Iulius II. eorum priuilegia confirmauit, & in ſpecie Monachorum Caſſinenſium conceſſa, & concedenda communicauit, vt patet in eius Bulla incipit Militantis, edita in anno 1507. recēter meminit Barboſ. in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. tit. de relig. ordin. cap. 41. num. 48.
10 Monachi S. Baſilij ſunt redacti in meliorem, & arctiorem diſciplinam
11 à Gregorio XIII. eximuntur ab Ordinariorum iuriſdictione, necnon Cō-
12 mendatorum, fruuntur priuilegijs Caſſinenſium, quorum Abbas generalis eandem habet poteſtatem, & iuriſdictionem, quam cæteri Abbates generales in eorum ordines, mediante Bulla Gregorij XIII. incipit Benedictus, de anno 1579. & Paulus V. in ſua Bulla incipit Iniuncti, eorum reductionem
13 in vnam Cōgregationem approbauit; Gregorius XIII. in Bulla incip. Cogit, promulgata in anno 1577. aggregat, & vnit eorum Monaſteria in Hiſpania, ac plures gratias, priuilegiaq; concedit.
14 Maior pars quorum reformatos laicos eſſe decet, & à labore manū Sa-
15 criſtæ magis releuantur, quorum inſtitutum cum cæteris conuenit in tribus votis eſſentialibus, necnon duo alia eſſentialia præcepta retinent; oratio-
16 nem ſcilicet, & manuum laborem, ſtudia frequentare, ſcientiaſque addi-

17 ſcere prohibētur, & ſolum Sacriſtæ caſus conſcientię, ſacram Scripturam
ediſcere valent, vigore Bullæ Clementis VIII. incipit Altiſſimi, editæ in anno
1603. de menſe Septembris.
18 Monachi Eremitæ S. Hieronymi de Obſeruantia, prohibentur extra
19 clauſtra lectiones audire, quorum Priores ſunt perpetui, ſed in eodem
Monaſterio vltra triennium morari nequeunt, & prius tamen debent eſſe
Vicarii alicuius Monaſterij, Generalis Prępoſitus eorum ex Prioribus eſt eligendus cum Prioratus retentione quam antea retinebat, ita Gregorius XIII.
in ſua Bulla incipit Pro noſtri, edita in anno 1574. 26. Maij, nec non in Bulla
20 incipit Ea quæ, de anno 1584. eorum Capitulum generale quolibet triennio celebrari voluit, ambitumque illis prohibuit; & Clemens VIII. in Bulla
21 incipit Quæ ad proſperam, iuſſit vt eodem victu quo Monachi, veſcuntur, veſcantur, & eorum Superiores.
22 Monachi Cœleſtini, de quorum ordine Rodriq. quæſt. regul. tom. 1. q. 3.
artic. 3. Caſſan. in cathal. glor. mundi part. 4. conſid. 61. Morigia de orig. relig. lib. 1. cap. 36. Mirand. in manual. prælat. quæſt. 4. artic. tom. 1. Marul. in
ocean. relig. lib. 4. fol. 309. fuerunt inſtituti à Petro Mozono deinde Papa ſub
nomine Celeſtini V. qui Papatui renũciauit, vt cernitur c. vnic. de renunc. in 6.
23 Qui Monachi recepti ſunt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, vt in Bulla
Benedicti XI. incip. Religioſa, de anno 1603.
24 Eorumq; Abbas Generalis illas agere valet functiones, quas cæteri Abbates exempti facere conſueuerunt, habituq; prælatitio Regularium induuntur, & pontificalibus indumentis, & benedictionem impartiri tempore miſ-
25 ſæ valet, vt in Bulla Pauli V. incipit Ex iniuncto, qui vigore alterius Bullæ
incip. Iniuncti, de anno 1606. conceſſit, vt viſitet Monaſteria Ordinis vbique
locorum, & ſine illius præſentia nè cogatur Capitulum generale, & in alia
Bulla incip. Quoniam de anno 1616. interdixit ipſis ambitum.
26 Ipſorum autem Conſtitutiones, & Statuta pro Congregationis, gubernio confirmata fuere à S. D. N. Vrbano VIII. de anno 1626. vt in eius Bulla
incip. Quonim, meminit de his omnibus nouiter Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 41. à nu. 69. & ſeq.
27 Monachi B. Mariæ Montis Virginis ſub regula S. Benedicti, fuerunt inſtituti à S. Guglielmo Vercellen. Papa Caliſto II. & approbati, & exempti à decimis per Cœleſtinum III. de anno 1197. vt in eius Bulla incip. Religioſam.
28 Omnes immunitates, & libertates à Romanis Pontificibus illis, & Monaſterio Montis Virginis conceſſas, nec non libertates, & exemptiones à Regibus, & Principibus, vel alij Chriſti fidelibus illis, ſeù illorum Monaſterio
indultas confirmat, ac eas ſoli Romanæ Eccleſiæ cenſuales exiſtere declarat
Vrbanus IV. in ſua Bulla edita in anno 2. ſui Pontificatus, qui alia Bulla
incipit Eccleſia Romana promulgata in anno 1263. voluit vt eorum Ab-
29 bas Montis Virginis, cui benedictionis munus fuerit impenſum, ac ordo Sacerdotalis collatus, habeat vſum Mitræ, Baculi, Annuli, Chirothecarum, Sandalium, Tunicæ, Dalmaticæ ſolemniter populum benedicat, ordi-
30 nes minores conferat, Indulgentias quadraginta dierum impartiatur,
31 benedicat Calices, cæteraque Eccleſiaſtica ornamenta inter vaſſallos, in
quibus

quibus ſpiritualia habet, de matrimonio cognoſcat.
32 Monaſteria eorum mulieres ingredi nequeunt, niſi in certis caſibus vigore Bullę Pij V. incipit Regularium editæ in anno 1566. & Clemens VIII. in ſua Bulla incipit Inter grauiſſimas, eorum ſtatuta, & conſtitutiones confirmauit; & Sixtus V. in Bulla incip. Dudum, exemit à iuriſdictione Sacriſtæ Hoſpitalis Beatæ Mariæ Annuntiatæ huius Ciuitatis Neapolis.
33 Iſti monachi in eorũ patria dignitates, ac Congregationis officia obtinere nequeunt, eorum Abbates Camaldulenſium priuilegijs fruuntur, eorum
34 oblati per annum nouitiatum facere tenẽtur vigore Bullæ Pauli V. incipit Paſtoralis, editę in anno 1611. in qua etiam præſcripſit Monaſteria, in quibus tota Montis Virginis Congregatio conſtare debet.

MONASTERIA.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria tam virorum, quam mulierum erigi non poſſunt abſque Ordinarij licentia.*
2 *Vicarius ſede vacante an poſſit impartiri licentiam erigendi Monaſteria.*
3 *Monaſteria quæcunque etiam Mendicantium, etiam cum licentia Epiſcopi erigi non poſſunt, niſi auditis aliorum Conuentuum Procuratoribus.*
4 *Monaſteria quantum debent diſtare ab Eccleſijs, & Conuentibus Fratruum.*
5 *Regulares habebant ex priuilegio poſſe conſtruere Monaſteria abſque Epiſcopi licentia, ſed quid hodie.*
6 *Monaſteria monialium non eriguntur, niſi locorum Ordinarijs conſentientibus.*
7 *Monaſteria monialium non eriguntur abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indultu, quibus conſtructis non celebratur abſque loci Ordinarij licentia.*
8 *Tranſlatio monaſteriorum monialium quando fieri poteſt.*
9 *Monaſteria, Prioratus, & alia beneficia Eccleſiaſtica perpetuè vnita, & de cætero non vacantia, Cameræ Apoſtolicæ debita iura præſtare tenentur.*
10 *Monaſteria non poſſunt recipi, vbi ſaltem duodecim fratres ſuſtentari nequeunt.*
11 *Religiones, quæ non conſueuerunt recipere onera pro celebratione miſſarum, an comprehendantur ſub decreto de celebratione miſſarum.*
12 *Decretum de celebratione miſſarum an habeat locum extra Italiam.*
13 *Numerus religioſorum ſtat præfinitus in Monaſterijs Regularium.*

1 MOnaſteria tam mulierum, quam virorum abſque Epiſcopi Ordinarij licentia, & conſenſu ædificari, & erigi prohibentur per Sacr. Concil. Tridem. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3. in fin. de quo latè Nos diximus in praxi nou. Iur. Pontific. concluſ. 1. de ædific. Monaſter. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 26. part. 2. licet talis licentia non poſſit impartiri à Vicario ſede vacante, vt declarauit Sacra Congregatio ſub die 19. Ianuarij 1633. nec à Vicario Epiſcopi niſi habeat expreſsè in mandato, vt decidiſſe eandem Sacram Congregationem, fatetur Sellius in ſelect. canon. cap. 90.
3 Ex Bulla Clem. VIII. incip. Quoniam, cautum eſt, Monaſteria quorum-
M 3 cunque

cunque etiam Mendicantium non poſſet erigi, & ædificari, quamuis adſit licentia Epiſcopi, niſi vocatis, & auditis aliorum Conuentuum Procuratoribus, ac alijs intereſſe habentibus, & cauſa cognita, vt ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſint, & ſi dicti Procuratores nihil apponāt, dabitur eis licentia per Epiſcopum ſuper diſpoſitione, de quo cum latius diſcuſſerimus in concluſ. 2. cit. tit. de ædificat. monaſter. & modernè nonnulla reportauerit Can. Nouarr. frater in ſumma Bullar. tit. de monaſt. ædificat. ideò amplius non inſiſto, ſed ibi videndum erit.

4 Et Monaſteria ædificari non poſſe propè alias Eccleſias, ſiuè Conuentus Fratruum infra ſpatium triginta cannarum cautum eſt vigore Bullæ Clementis IV. incipit Ad conſequendam, quod etiam ſtat communicatum alijs Mendicantibus, vt de ijs, & alijs fuſius habes in praxi noui Iuris Pontificij concluſ. 3. cit. tit. de ædificat. monaſter. vbi videas, nè eādem recanam cantilenam.

5 Monaſteria conſtruere abſque conſenſu Epiſcopi, quamuis habeāt ex priuilegio Regulares aliqui, tamen illo hodiè vti nequeunt, ſtante quod Sanctiſſ. D.N. Vrbanus VIII. vigore Bullæ emanatæ in anno 1624. ſub die 28. Auguſti mandauit eſſe reuocandas omnes alias licentias, ſiuè facultates à Romanis Pontificibus per diuerſos Ordinum Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Regularium inſtitutorum Superiores, ſeu alios eorum nomine, vbique locorum Monaſteria, Domus, Collegia, Conuentus, & alia Regularia loca quouis nomine nuncupata contra ſacros Canones, & Concil. Trident. ſiue importunis pręcibus, ſiuè motu proprio obtentas, & extortas, mandat obſeruari dictam diſpoſitionem Sacr. Concil. Tridentin. & Bulla Clementis VIII. incip. Quoniam, ac etiam decreta eiuſdem Clementis VIII. & Gregorij XV. de quibus vide latè apud Canon. Nouar. fratrem cit. tit. de monaſter. ædificat. pag. 388.

6 Monaſteria monialium non erigātur niſi Ordinariis locorum conſentientibus, & niſi in iis dumtaxat locis, quæ nu mero vnita ſunt, & in quibus adeſt Præsbyterorum ſecularium, vel Regularium copia ad audiendas earum confeſſiones, niſi in facultatibus habeant moniales, vt Confeſſarium aliundè aſcitum ſuſtentare valerent, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in facti contingentia.

7 Monaſteria monialium abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indultu erigi minimè valent, nec in eis erectis abſque Ordinarii loci licentia celebrari poteſt, prout determinauit Sacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatio in anno 1615. de menſe Aprilis in vna Vicentina.

8 Monaſterii monialium trāslatio ob ſcandalum, & propter ſuperęminentem aeris peſtilentis cauſam debet fieri ad aliud eiuſdem ordinis ſimul cum introitibus, redditibus, & emolumentis, quos illud poſſidebat, ita cenſuiſſe Sacram Concilii Congregationem, fatetur Zerola in praxi Epiſcop. in verb. moniales §. 17. part. 1.

9 Monaſteria, Prioratus, & alia beneficia Eccleſiaſtica perpetuo vnita, & de cętero non vacantia Cameræ Apoſtolicæ debita iura præſtare tenentur, vt extat determinatam per Bullam Pauli II. incipit Decet, editam in anno 1469. de menſe Ianuarij.

10 Mo-

10 Monaſteria recipi nõ poſsunt in locis, in quibus duodecim ſaltem Fratres, ſeù monachi ſubſtentari valeant, prout ita declarauit Sacra Congregatio Concilij ſuper Decretis de celebratione miſsarum de ordine S. D. N. Vrbani VIII. de qua apud Canon. Nouar. fratrem in ſumma Bullar. tit. de celeb. miſsar. Vulp. in praxi fori eccleſiaſt. c. 42. n. 20. eius autem tenor eſt vt infra.

Deinceps verò Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeù Religioſi degere ex redditibus, & conſuetis elemoſinis detractis omnibus, vt ſupra detrahendis competenter ſubſtentari valeant ad præſcriptum decreti fęlic. record. Gregor. XV. hac de re editi alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim religioſi ſubſtentari, atque inhabitare non potuerunt, & actu non habitauerint. Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodè iuriſdictioni ſubiecta eſse intelligatur.

11 Super quo Decreto accidit dubitari, vt cum videatur editum in ordine ad celebrationem miſsarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conſueuerunt onera miſsarum accipere, vt ſunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Ieſu.

Et Sacra Congregatio cenſuit comprehendere.

12 Nec non dum fuiſset dubitatum num dictum Decretum habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam eſt reſtrictum Decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam.

Et habere locum etiam extra Italiam Sacra Congregatio voluit.

13 Monaſterijs Regularium certum Religioſorum numerum præfiniri mandauit Paulus V. de anno 1605. ſub die 4. Decembris, vt in eius Bulla incip. Sanctiſſimus.

MONETARII.

SVMMARIVM.

1 Monetarij ſi fuerint Regulares cuiuſcunque ordinis, etiam Hieroſolymitani, cognoſcuntur ab Epiſcopis.

1 Monetarij ſi fuerint Regulares cuiuſcunq; Religionis, & Societatis, etiam Milites Hieroſolymitani poſsunt cognoſci ab Epiſcopis locorum Ordinarijs, & vbi fuerint reperti culpabiles præuia degradatione Curiæ ſeculari remittuntur puniendi iuxta tenorem Bullæ S.D.N. Vrbani VIII. incip. In ſuprema paſtorali ſpecula, in illis verbis: Qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel alias adulterare, ſeù etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut expendere præſumpſerit, extendimus, & ampliamus, volentes, & culpabiles in præmiſſis reperti præuia degradatione Curiæ ſæculari puniendi tradantur, pœnas verò ſit, vt præfertur adulteratas ſcienter detinentibus, ſeù de loco ad locum transferentibus materiam inſtrumenta, ſiue opem ad præmiſsa præſtantibus, pœna triremium

mium per decennium imponimus, & cognitionem cauſarũ huiuſmodi quoad perſonas Eccleſiaſticas præfatas tam ſeculares, quam Regulares in Prouincijs nobis, & Sedi præfatæ ſubiectis, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in eiſdem Prouincijs de Latere Legatos, & per Legatos pro tempore exiſtentes in alijs verò omnibus, & ſingulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis tam ſub noſtræ, & dictæ Sedis, quam cuiuſuis alterius Principis ditione in Italiam tantum comprehenſis priuatiuè quoad omnes, etiam Superiores Religioſorum, ipſiſq; Superioribus penitùs excluſis ad Ordinarios locorum ſpectare etiam volumus.

Circa quam Bullam modernè per plura quidem coadunat Canon. Nouarius frater in ſumma Bullar. tit. de monetarijs, apud quem ampliationes, & declarationes vtiliter reperies.

MONIALES.

SVMMARIVM.

1 *Moniales vocantur ſub titulo de ſor, & non de don.*
2 *Moniales legere neſcientes, nec ad profeſſionem, nec ad chorum admittuntur.*
3 *Moniales nequeunt dicere Confiteor ad Primam, & Completorium, (tibi Mater, vobis Sorores) ſed vt in Breuiario.*
4 *Moniales tacitè, vel expreſsè Religionem profeſſæ, clauſuram ſeruare tenentur.*
5 *Moniales cuiuſcunque Ordinis à decimis, ſubſidijs, & alijs oneribus eximuntur.*
6 *Moniales Bullæ Cruciatæ nequeunt recipere alios Confeſſarios quam ab Ordinarijs approbatos.*
7 *Moniales non habent facultatem diſponendi de earum cellis poſt obitum.*
8 *Moniales cuiuſcunque Ordinis à militum hoſpitio eximuntur.*
9 *Puellæ quando recipi poſſunt à Monialibus educationis cauſa.*
10 *Moniales poſſunt deputari in Officiales Monaſteriorum à Superioribus.*
11 *Monialis, quæ emiſit profeſſionem, deinde dubitans non eſſe baptizatã, rebaptizatur.*
12 *Moniales nequeunt parare cibum exteris, nec oſculenta vendere.*
13 *Moniales Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ ab Epiſcopo gubernantur.*
14 *Moniales, quæ tacitè emiſerunt profeſſionem, non coguntur, vt emittant expreſsè.*
15 *Moniales in illegitimo thoro procreatæ ſub Conſtitutione Sixti V. edita contra Regulares illegitimos non comprehenduntur.*
16 *Moniales nequeunt recipere pecunias, vel aliam rem anticipatam ad computum eleemoſynæ dotalis.*
17 *Moniales ab Ordinarijs nè in bacchanalibus accedant, prohibentur.*
18 *Moniales ſubiectæ Regularibus, cum Regularibus eiuſdem Ordinis alloquentes, quam pœnam incurrant.*
19 *Moniales alieno Epiſcopo ſubiectæ, ab Epiſcopo Diœceſano viſitari debent.*
20 *Regulares ſi ex priuilegio poſſunt conſecrare moniales, debent obſeruare ceremonias quas obſeruat Epiſcopus in conſecratione virginum.*
21 *Moniales nequeunt tenere clauem Cuſtodiæ ſanctiſſimi Sacramenti.*
22 *Monialis non conſecratur niſi vigeſimum quintum annum expleuerit.*

23 Mo-

23 *Moniales ſi intra numerum præfixum deceſſerit eligere aliam in illum locum, ad alias Moniales ſpectat.*

24 *Moniales ab eorum Monaſterijs egredientes excommunicantur excommunicatione Summo Pontifici reſeruata.*

1 MOniales debent vocari titulo de Sor, & non de Don, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1595. ſub die 9. Ianuarij in vna Toletana.

2 Moniales vbi legere neſciunt, nec ad profeſſionem, neque ad chorum admittendæ ſunt, vt de anno 1604. ſub die 12. Ianuarij in vna Girgen. declarauit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Congregatio, Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſal. tit. de monialib. cap. 44. n. 25. lib. 1.

3 Moniales non poſſunt dicere Confiteor ad primam, & Completorium (ſibi Mater) (vobis Sorores) ſed vt in Breuiario, ita declaraſſe Sacram Congregationem Rituum ſub die 18. Auguſti de anno 1629. moderne oſtendit Gauant. in manual. Epiſcopor. in verbo Horæ Canonicæ n. 16.

4 Moniales tacitè, vel expreſsè Religionem profeſſæ ſeruare tenentur, & recipiendarum in Monaſterio, in Monaſterijs numerus iuxta eorum redditus regulari debet, & prohibetur illis licentiæ ſtandi extra clauſtra, Pius V. ſic determinauit in ſua bulla incipit Circa paſtoralis, edita in anno 1566.

5 Moniales cuiuſcunq; Ordinis Regularium eximuntur à decimis, ſubſidijs & alijs oneribus, vigore Bullæ Pij V. incip. De ſtatu promulgatæ in an. 1560.

6 Moniales vigore Bullæ cruciatæ alios Confeſſores præter eos, qui ad audiendas ipſarum Monialium confeſſiones ab Ordinario fuerint approbati, eligere nequeunt, prout determinaſſe Sacram Concilij Congregationem refert Garc. de benefic. part. 2. cap. 5. num. 64.

7 Moniales non habent facultatem diſponendi de earum cellis poſt obitum, ſed & dum vacauerint Superiorum arbitrio alijs Monialibus in ordine ſenioribus ſunt diſtribuendæ, vt cenſuit Sacra Concilij Congregatio in anno 1604. de menſe Ianuarij in Auerſana, & in Modonen. de anno 1615.

8 Moniales cuiuſcunque Ordinis Regularium à militum hoſpitatione ſunt exemptæ per Bullam Pij V. incip. Cum ſicut, editam in anno 1572.

9 Moniales in earum Monaſterijs puellas educationis cauſa, niſi eadem Monaſteria capacia, & pro dictis puellis educandis particularia loca deſtinata, retinere, & recipere minimè valent, voluit Sacra Concilij Congregatio in anno 1615. de menſe Ianuarij in Seuerinen. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. cap. 44. tit. de monialib. num. 50. Piaſeg. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. n. 57. Quarant. in ſumma Bullar. verb. Monaſteria Monialium.

10 Monialis deputatæ in Officiales redditúum Monaſterij à ſuis Superioribus illas adminiſtrare, poſſunt, vt determinaſſe Sacram Concilij Congregationem, refert Armendar. in addit. ad copilat. leg. Nauarræ l. 7. de relig. n. 88.

11 Moniales, quæ emiſerat profeſſionem, & deinde probabiliter dubitans non eſſe baptizatam, denuò ad cautelam baptizata fuit, profeſſione ligatur, ſed ad maiorem cautelam iterum eam emittere debet alio anno non expectato, vt determinaſſe Sacram Concilij Congregationem, refert Vecchis in praxi

praxi de admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis diſput. 13. dub. 1. n. 17.
12 Moniales externis cibum parare nequeunt, nec oſculenta vendere, exceptis tamen tribus, ſcilicet pro infirmis, parentibus, & conſanguineis, Sacra Concilii Congregatio ſic determinauit in anno 1606. de menſe Iulii.
13 Moniales Apoſtolicæ Sedi ſubiectæ, ſpirituali, ac temporali gubernio ab Epiſcopo ſunt gubernandæ, prout decidiſſe Sacram Concilii Congregationem, probat Armendar. in addit. ac recopil leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 93.
14 Moniales, quæ ſunt Ordinis profeſſionem requirentis, ſi tacite eam emiſerint, & ſi palàm, & expreſsè id faciendum non fuit, cogendæ non ſunt, vt expreſsè profiteantur; vt determinaſſe Sacram Regularium Congregationem, teſtatur Vecch. in praxi in admittendi ad Religionis ſtatum nouitios, diſput. 14. dub. 7. num. 4.
15 Moniales in illegitimo thoro procreatæ, ſub Conſtitutione Sixti V. contra Regulares illegitimos edita minimè comprehenduntur, quin ad officium, aut dignitatem Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, ac alia Monaſterij munia eligi poſſint, ita cenſuit Sacra Concilii Congregatio in anno 1582. in vna Corduben.
16 Moniales nequeunt recipere pecunias, vel aliam rem anticipatam ad computum eleemoſinæ dotalis, quam quæuis puella habitum monachalem ſuſceptura perſoluere debet, alioquin tam recipientes, quam perſoluentes, ſunt excommunicati, ex Decreto Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 16.
17 Moniales ab Ordinarijs prohiberi debent, & ſi Regularibus Superioribus ſint ſubiectæ, nè in bacchannalibus, vel alijs recreationis temporibus, virorum habitu vtantur aut, aliquibus armis ſe cingant, Sacra Concilij Congregatio ſic determinauit in anno 1604. in vna Ferrarien.
18 Moniales Regularibus ſubiectæ, cum Regularibus eiuſdem Ordinis legitimam licentiam non habentibus alloquentes, incurrunt in pœnas, & cenſuras à Concilijs Prouincialibus, vel Epiſcopalibus adictis appoſitas vigore Bullæ Gregorij XV. de exemptor. priuileg. & ita declarauit Sacra Concilij Congregatio in anno 1633. de menſe Ianuarij in Verelun.
19 Moniales in Ciuitate ſituatæ, ſed alieno Epiſcopi ſubiectæ, ab Epiſcopo Diœceſis viſitari debent ſicuti aliæ Moniales Regularibus ſubiectæ, Sacra Concilij Congregatio ſic determinauit, vt refert Galet. in margarit. caſ. conſcient. verb. moniales, Barboſ. in tractat. de poteſt. Epiſcop. allegat. 102. num. 6. part. 3.
20 Moniales conſecrare, ſi ex priuilegio ad Superiores Regulares ſpectat, in earum conſecratione, omnes ceremoniæ, quæ in conſecratione virginum ab Epiſcopo facienda præſcribuntur, obſeruari debent, voluit Sacra Rituum Congregatio in anno 1601. de menſe Iunij in vna Camaldulen.
21 Moniales nequeunt ſanctiſſimi Sacramenti cuſtodiæ clauem tenere, ſed penes eum Sacerdotem ad quem illud adminiſtrandi cura ſpectat ſemper eſſe debet, vide in verbo clauis.
22 Monialis ad conſecrationem non admittitur niſi vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum expleuerit, attamen illis Monialibus, quæ ſunt ex Ordine Mendicantium cum ſacrari non conſueuerint, huiuſmodi conſecratio non
con-

conceditur; ita cenſuit Sacra Concilij Congregatio in anno 1619.
23 Monialis intra numerum præfixum ſi deceſſerit ad reliquas Moniales ſpectat capitulariter, ac votis ſecretis in eundem locum, eam, quæ illis viſa fuerit puellam admittere, præcedente tamen Epiſcopi exploratione, iuxta diſpoſitionem, Sacr. Concil. Tridentin. ita declarauit Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium die 2. Iulii 1602.
24 Moniales ab eorum Monaſteriis egredientes excommunicantur, excommunicatione Summo Pontifici reſeruata, necnon in eandem cenſuram ingredi eas receptantes, ſtatuit Pius Quintus in Bulla incipit Decori, & probant præ cæteris Mirand. de ſacr. Monialib. quæſt. 3. art. 6. de Barboſ. de poteſt Epiſc. allegat. 102. num. 29.

MOZZETTA.

SVMMARIVM.

1 *Abbates Generales quorundam Ordinum Monachalium mozzetam cum cappuccio vti poſſunt.*
2 *Abbas S. Andreæ Congregationis Lateranen. Ciuitatis Vercellen. vtitur mozzetta præſente Epiſcopo.*
3 *Mozzetta ſuper mantelletto vtitur Abbas Generalis Cœleſtinorum.*

1 MOzzetta cum cappuccio vti poſſunt Abbates Generales quorundam Ordinum Monachalium qua facultate gaudent ex priuilegio Summorum Pontificum, retento tamen ſui habitus colore, vt in Italia deferunt Abbas Montis Caſſinen. alias Sanctæ Iuſtinæ de Padua, Abbas Sancti Michaelis de Valuenere Ordinis Vallis Vmbroſæ Abbas Generalis Cœleſtinorum, vt in Bulla Pauli V. incipit Ex iuncto, ſub dato 9. Decembris 1606. & Abbas Generalis Montis Virginis, ex deciſione Congregationis Sacrorum Rituum ſub die 9. Maii 1606. ſunt & alii quamplurimi Abbates tam Regulares, quam ſæculares in Gallia, Hiſpania, & Germania, qui prælatitium, vt ſupra habitum geſtant, & poſſunt extra ſua Monaſteria, & vbique etiam coram Epiſcopo deferre mozzetam, vt reſpondit Sacra Rituum Congregatio ſub die 9. Decembris 1617. & iterum Eminentiſſimo Cardinale Creſcentio referente
2 in herendo Decreto ſub die 9. Decembris emanato cenſuit die 30. Martii 1621. Abbatem S. Andreæ Congregationis Lateranen. Ciuitatis Vercellen. poſſe vbique etiam præſente Epiſcopo deferre mozzetam, eidemque pontificaliter celebranti iuxta antiquam conſuetudinem Sede; ſeù Cathedra cum duobus gradibus vti licere; ita moderniſſimè probat Barboſ. in tract. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. tit. de Abbatib. cap. 17. n. 56.
3 Mozzetta ſuper mantelletto vti poteſt. Abbas Generalis Congregationis Cœleſtinorum, vt de anno 1606. ſancitum eſt à Paulo V. vigore Bullæ incipit. Ex iniuncto.

NO-

NOTARIVS.

SVMMARIVM.

1 *Notarij poſſunt creari à Prælatis Regularibus in cauſis ſuorum priuilegiorum, & conceſſionum Papalium, qui ſunt perpetui in negotijs priuilegiorum, n. 2.*
3 *Prouinciales poſſunt creare Notarios intra ordinem pro cauſis criminalibus Religioſorum.*
4 *Regularis poteſt creari Notarius ſancti Officij.*

1 Notarij poſſunt creari à Prælatis Regularibus in cauſis ſuorum priuilegiorum, & conceſſionum Papalium qui erunt eiuſdem fidei, ac valoris, vt ſunt ſæculares creati ab habente poteſtatẽ, vt patet ex Bulla Pij V. incip. Debitũ, edita in anno 1571. apud Rodriquez tom. 3. quæſt. regular. quæſt. 8.
2 art. 1. vbi probat tales Notarios etiam extra ordinem eſſe perpetuos pro negotiis priuilegiorum, & licere Prouincialibus creare Nota-
3 rios intra ordinem pro Religioſorum criminalibus cauſis, prout ſic indi-
3 ſtinctè ſeruatur etiam à Guardianis, & Prioribus Conuentuum, & Monaſteriorum, latè videndus Aldret. de relig. diſcipl. cap. 8. lib. 1.
4 Notarii ſanctæ Inquiſitionis creari valent in cauſis eã pertinentibus per Inquiſitores hæreticæ prauitatis, ita conſtat ex bulla Alexandri IV. edita in anno 1260. incip. Ne commiſſæ, & ita practicatur indiſtinctè.

NOVITII.

SVMMARIVM.

1 *Nouitij ad habitum Regularium recepti, an poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſterijs, in quibus habita profeſſione, numeri commodè ali non valeat.*
2 *Nouitij Prædicatorum in articulo mortis in manibus Prælatorum ante tempus regulam profiteri poſſunt, & num. 3.*
4 *Nouitia recipi non poteſt cauſa induendi habitum probationis in Religione, niſi ſit maior duodecim annis.*
5 *Nouitia non poteſt admitti ad profeſſionem ante decimumſextum annum.*
6 *Nouitia profeſſionem emiſſura, quæ ſeruare tenentur.*
7 *Nouitij egredientes extra Monaſterium de licentia Superioris, non interrumpunt annum probationis.*
8 *Nouitij recipiuntur in Societate Ieſu etiam non ſeruata forma Bullæ Sixti Quinti.*
9 *Nouitij ſi compleant probationis annum die 24. Februarii anno biſſeſtili, annus quando dicitur expletus.*
10 *Nouitij maiores ſexdecim annis quando recipiantur ad Religionem.*
11 *Receptio nouitiorum qualiter admittatur, & quomodo ſit moderata.*
12 *Exteri, & aduenæ quando ad Religionem recipi poſſunt.*

13 Bullæ

13 *Bulla Sixti V. eſt moderata reſpectu Monaſteriorum, in quibus perpetua filiatio eſt.*
14 *Inquiſitio plenaria fit, antequam nouitij admittantur ad profeſſionem.*
15 *Nouitij à quibus Religionibus recipi poſſunt.*
16 *Profeſſio quando ſit nulla.*
17 *Superiores admittentes perſonas inhabiles, qua pœna puniantur.*
18 *Nouitij ad habitum Regularem, & profeſſionem non admittuntur niſi in Conuentibus deſignandis.*
19 *Formula concedendi facultatem nouitiis ad Regularem habitum recipiendis à quo inſtituta, & num. 20.*
21 *Inſtitutionis ſuper receptione, & educatione nouitiorum, Religioſorum, Monaſteriis, & Conuentibus deſignatis, & deſignandis, à quo fuerunt inſtitutæ.*
22 *Tempore probationis elapſo, qui admittuntur ad profeſſionem.*
23 *Profeſſio nouitiatus in particulari libro eſt ſcribenda.*
24 *Teſtes debent eſſe præſentes in profeſſione conuerſi litterarum ignari, qui ſigna Crucis faciat.*
25 *Filiatio eſt in vſu in quibuſdam Ordinibus.*
26 *Loca vnius Monaſterii nè ab aliis occupentur, quid ſit faciendum.*
27 *Nouitii poſt profeſſionem vt in bono ſpiritu melius maneant, quid ſit agendum.*
28 *Licentia pro recipiendis nouitiis quando cenſetur conceſſa.*

1 NOuitij ad habitum Regularium recepti, an poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſterijs, in quibus habita profeſſione numeri, iuxta nouiſſimum Decretum Sacræ Congregationis S. D. N. Vrbani VIII. authoritate editum de celebrat. miſſar. de quo Nos ſupra in verbo Monaſteria, & in Bullis recentioribus fol. mihi 193. comodè ali non valeant.

Sacra Congregatio cenſuit eſſe admittendos ad profeſſionem, ſi alias habiles exiſtant, ac deinde in aliquo alio Monaſterio eiuſdem Religionis eſſe collocandos, vbi commodè ali poſſint, ita patet in declarationibus editis ſuper dicto Decreto de celebrat. miſſar. verſ. ad decimumoctauum, vt in dictis Bullis recentioribus fol. 203. in fine, & apud Nouar. fratrem in ſumma Bullar. tit. de miſſar. celebrat. pag. mihi 381. col. 1.

2 Nouitii Prædicatorum in articulo mortis in manibus Prælatorum ante tempus regulam profiteri valent, ex Bulla Pij V. incip. Romanus 23. Auguſti 1570. refert modernè Barboſa de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. tit. de Religioſorum Ordinibus cap. 41. num. 123.

3 Et tales nouitij, ſiuè nouitiæ Ordinum Prædicatorum ſi ſint ætatis ſexdecim annorum in mortis articulo conſtituti, profiteri valent, quamuis integrum nouitiatus annum non peregerint, vt in Bulla Pij V. edita motu proprio incipit. Summi Sacerdotii cura, Roderic. in compend. quæſt. regular. reſolut. 101. num. 40. Mirand. in manual. prælator. quæſt. 22. artic. 10. tom. 1. Sanchez in ſumma cap. 4. num. 16. lib. 5.

4 Nouitia recipi minimè poteſt cauſa induendi habitũ probationis in Religione, niſi duodecim annis ſit maior, ita declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ſub die 1. Martii 1608. & alias determinaſſe Sacrã Congregationẽ Conc. teſtatur Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ, lib. 2.

lib.2.tit.18.l.7.de relig.num.43.vbi etiam num.41.autumat ex eiuſdem Sacræ
5 Congregationis deciſione, nō poſſe nouitiam admitti ad profeſſionem ante ſextumdecimum annum completum etiam de conſenſu Monaſterii ad finem vt illud ſuccedat in dote, & bonis, Sacra Congregatio Concilij in vna Montis Regalis 13. Nouembris 1627.

6 Nouitiæ profeſſionem emiſſuræ non tenentur ſeruare formam laicorum ſtatuto præſcriptam in renunciationibus faciendis, ita vt omiſſio illius minimè inualidas, nullas, & irritas reddet tales renunciationes, ita cenſuit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatio in anno 1606.

7 Nouitiis de Superioris licentia cum habitu, ex iuſta cauſa extra Monaſterium egredientibus, non interrumpitur annus probationis Sacra Concilijs Congregatio ſic cenſuit in anno 1617. & probant Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi for. Eccleſ. reſolut. 392. n.3. Sayr. deciſ. 15. de regular. Gratian. forenſ. diſcept. c. 66. num. 14. tom. 1.

8 Nouitii recipiuntur in Societate Ieſu etiam non ſeruata forma Bullæ Sixti V. & id vigore conceſſionis factæ à Gregorio XIV. in eius Bulla incip. Exponi, de anno 1591. ſub die 30. Auguſti.

9 Nouitii ſi compleant probationis annum die 24. Februarij anno biſſeſtili, non dicitur expletus hic annus, niſi ſecunda die, ſic declarauit Sacra Congreg. Concilij in vna Patauina de menſe Iulij 1627. & 2. Auguſti eiuſdem anni in Andegauen. & tradunt etiam Mirand. in manual. prælat. quæſt. 22. cap. 10. Sanchez de matrim. lib. 2. diſput. 24. num. 22. Roderic. reſolut. 101. nu. 39. Bonac. de Sacrament. diſput. 8. quæſt. vnic. punct. 5. num. 15.

10 Nouitij ad Religionem maiores ſexdecim annis vigore bullæ Sixti V. incip. Cum de omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus recipi nequeunt, niſi prius de eorum parentibus patria, & de anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex actu rata informatione, & fide digna relatione compertum, & exploratum ſit, eos, nec aliquorum criminum, vt ſunt homicidia, latrocinia, vel alia ſimilia, vel grauiora reos, aut ſuſpectos exiſtere, vt propterea condemnati ſint vel condemnari timeant, neque ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum grauatos, vel reddendis ratiociniis ita obnoxios, vt tali de cauſalis, aut moleſtia ei iam illata, vel timendum ſit, inferri, niſi denique conſtet ipſos non humana aliqua ratione, ſed ſolum deuotionis, & pietatis feruore religioſam vitam ſpontè elegiſſe.

11 Quorum receptio, & admiſſio, licet ipſe Pontifex mandaſſet, vt fieret in Generali, vel Prouinciali Capitulo indubitata fides facta tā Superioris Generalis, ſeù Prouincialis, quam diffinitorum conſenſu de prædictis omnibus, tamen deinde vigore alterius bullæ de anno 1588. incip. Ad Romanum Pontificem, moderauit ſubiungens hiſce verbis.

Cum vero in quibuſdam Religionibus Capitula Prouincialia, aut nunquam, aut non quot annis, ſed rarius celebrentur, quædam etiam Monaſteria, aut Domus huiuſmodi remotiſſimis regionibus hæreticorum, aut infidelium tirannidi finitimis ſita ſint, ne ijs, quos extra Capitula ad habitum vel profeſſionem Regulares admitti prohibemus tempus celebrandi Capitulis præfixum nimis diù expectare, aut ad ea cum maximo incommodo accedere cogatur,

Digitized by Google

gatur, concedimus, & indulgemus vt in qualibet Prouincia ſaltem duo, vel ſi comodè fieri poterit tria, aut plura Monaſteria, ſeù Domus Regulares deputentur, quarum, ſeù quorum Superiores infra annum ſaltem ad inquiſitionem ſuper Notariis facientem, & ad ipſos Religioſos iuxta formam præfatæ Conſtitutionis recipiendos, & ad alia, quæ in ipſa Conſtitutione continentur peragenda inſimul congregentur; quod ſi paucitas, aut nimia diſtantia Monaſteriorum, ne id quidē patiatur ſaltem tribus ex antiquioribus Patribus vnius Monaſteri, aut Domus eius Prouinciæ huiuſmodi facultas, & auctoritas per Capitulum Generale, ſcilicet monachorum, vel Prouinciale Mendicantium, & reliquorum eiuſdem Ordinis demandetur.

12 Pro exteris verò in locis à propria patria longiſſimè remotis degentibus, aut quorum patria ab hæreticis, vel infidelibus detinetur, ſi velint Religionem intrare, conceſſit idem Pontifex exteros huiuſmodi aduenas quamuis non liquido conſtet de his omnibus, quæ in Conſtitutione noſtra requiruntur, tamen ſi diligentia adhibita nihil appareat, quod eos impediat habiles reputandos, eſſe, vt apud Quarant. in ſumma bullar. verbo Monaſteria.

13 Sed non reticeam dicere prælibatas Sixti V. bullas fuiſſe moderatas à Gregorio XIV. vigore bullæ incipit Circumſpecta, reſpectu illorum Monaſteriorum, in quibus perpetua filiatio Religioſorum reperitur videlicet, quod Superiores aliorum Monaſteriorum de conſenſu ſui Capituli præhabita ſimul cum his, de quibus in vnaquaque Religione, aut Monaſterio, iuxta eius Conſtitutiones recipiendas, interrogari ſolent aliqua iniqua informatione ſuper his, quę in dictis Conſtitutionibus continentur ad receptionem huiuſmo-
14 di procedere valeant, dum tamen antequam ad profeſſionem admittātur plenaria, & eo modo prout in dictis Cōſtitutionib. habetur inquiſitio fiat, quę poſtea ab his, à quib. in prædictis Monaſterijs examinari ſolent diligentes examinetur, & approbatur, & demum omnia in dicto Capitulo coram Superiore referantur; volentes, quod Superiores prædicti cum eorum Capitulo, aut vbi conſuetudo non fuerit celebrandi Capitula cum tribus, aut quatuor, ad id in generali Congregatione per vota ſecreta deputatis ſeruatis eorum Regularibus inſtitutis, ac ſupradictis omnibus eandem in recipiendis Nouitijs habeant auctoritatem, quæ per dictas Conſtitutiones Prouincialibus Capitulis eſt attributa.

Obſeruat autem Lezana, qui ſupradicta etiam autumat in ſumma quæſt.
15 regular. c. 24. n. 14. eſſe conceſſa nonnulla priuilegia aliquibus Religionibus, quibus tam ipſa, quam quę ipſorum priuilegia fruuntur, vti poſſunt circa formam ſignatam à Sixto V. in prædictis Conſtitutionibus ad recipiendū Nouitios ad habitum, & profeſſionem, primo enim Clem. VIII. per ſuam Cōſtitutionem, quæ incip. In his, quæ an. 1597. conceſſit Dominicanis Conuentus S. Stephani Salmaticenſis, vt quoſcunque iuuenes etiam decimumſextū ætatis ſuę annū excludentes ad habitum in eodē Conuentu admitti petentes recepto ab eis iuramento, quod criminoſi rationibus, vt præfertur obligati furto, latrocinio, aut homicidio notati, aut alijs impedimentis, in dicta Bulla Sixti V. contentis, detenti non ſint, recipere poſtea per aliquem eiuſdem Conuentus religioſum ad hoc deputatum ad inueſtigationem ante actæ illorum vitæ, ac mo-

morum,& aliquorum præmiſſorum abſque ſtrepitu iudiciario, ſed per ſcrutinium ſæcretum præcedi facere, qui ad hoc deputatis proceſſum, & informationem cęptam dictis Priori,ſeu Præſidenti,ac Superiori,& magiſtro Nouitiorum,& Studentium,à quibus approbari,& reprobari poſſit, referre fideliter debeat liberè, & licitè,& poſſit, valeant, ſecundum idem Clemens VIII. per ſuam Conſtitutionem Aſſidua,ferè ſimilem priuilegium conceſſit Clericis Miniſtrantibus infirmis anno 1594.tertio etiam Paulus V.anno 1612.conceſſit Fratribus ſeruitis Domus Montis Sinarij, quod tres ex antiquioribus à Capitulo Conuentuali eiuſdem Domus deputari poſſint, qui eandem habeāt facultatum in admittendis Nouitijs,quam habent Capitula Generalia,& Prouincialia,vt in Bull.76.Pauli V.tom.3. Bullar. Peirin. priuileg. Minim. Bull. 2. Sixti V.tom.2.Mirand.in manual.prælat.q.21.art.1.tom.1.

Plus inſuper putat aduertendum idem Lezana loco citato numer 13. quod
16 Licet Sixtus V. in prædicta ſua Bulla illos, qui non ſeruatis dictis conditionibus ad habitum recepti fuerint, inhabiles ad profeſſionem faciendam ipſam,quæ profeſſionem irritam, & nullam declarauerit, poſtea verò Clemens VIII. anno 1602. Conſtitutionem illam ad terminos Iuris communis reduxit,quod prædictam nullitatem profeſſionis, ſaluis ſemper pœnis contra tranſgreſſores inflictis, quas ſic intimauit Sixtus V. (inſuper quoſcunque Re-
17 ligioſos,eorumque Superiores, qui aliquas perſonas, vt dictum, eſt inhabiles,poſſe hanc Conſtitutionem publicatam receperint voce actiua, & paſſiua,necnon officijs,gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcunque per eas obtentis,eo ipſo in perpetuum priuamus, & tam illis priuatos, quam ad illa, & alia quæcunque in poſterum obtinenda perpetuò inhabiles eorumque incapaces decernimus, & declaramus.) vide apud Quarant.in ſumma Bullar.verbo Monaſteria,& Conuentus,Suarez de relig.lib.5.c.7.tom.3.

18 Nouitii ad habitum Regularem, & profeſſionem non ſunt admittendi niſi in Conuentibus deſignandis,ita ſtatuit Clemens VIII.in ſuo Decreto particulari in hoc edito,cuius tenor ſequitur vt infra.

Regulares diſciplinæ reſtitutioni pro qua potiſſimum iuxta noſtri muneris debitum laborare non deſiſtimus,illud inprimis magnum impedimentum afferre quotidiano vſu etiam cōpertum eſt, quod in omnibus Conuentibus in præteritum,qui maiori reformatione indigent ſinguli ad Religionem venientes,paſſim recipiuntur vnde fit, vt quo magis nos varijs Conſtitutionibus male affectas radices amputare ſtudemus:eo magis in dies deprauata, infructuoſaque eiuſmodi nouiter profitentium germina accreſcant cui quidem malo occurrere volentes, præſenti Decreto, ſtatuimus, diſtricteque præcipimus omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commiſſarijs, Miniſtris, cæteriſque Superioribus Conuentum intra Italiæ, & Inſularum adiacentium fines exiſtentium quibuſcunque, & quorumcunque Ordinum mendicantium, vt de cætero neminem ſub quouis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, niſi in Conuentibus auctoritate noſtra prope diem in vnaquaque Prouincia deſignandis. inſuper ſancimus vt quoad eiuſmodi Conuentus, vt præfertur, per nos deputati non fuerint, omnes præfatorum ordinum Superiores à receptione quorumcumque Nouitiorum ſiue ad habitum, ſiue ad

pro-

profeſſionem, omnino abſtineant. Superior, qui huius Decreti tranſgreſſor extiterit, ipſo facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit; vociſq; actiuæ, & paſſiuæ inhabilitatis ad alia in poſterum obtinenda ſe nouerint incurriſſe; ac alijs etiam pœnis arbitrio noſtro ſubiaceat, receptiones verò, & profeſſiones quoslibet eorum qui contra huiuſmodi Decretum noſtrum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe, & nunc decernimus, & declaramus priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſcunq; in contrarium minimè obſtantibus. Dat. Romæ die 12. Martij 1596.

Quod quidem Decretum fuit renouatum, & ampliatum ab eodem Summo Pontifice ſub horum verborum formula videlicet.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Clemens Diuina Prouidentia Papa VIII. iam dudum animaduerteret collapſæ regularis diſciplinæ reſtitutioni (pro qua potiſſimum iuxta ſui muneris debitum vigilare, ac laborare non deſiſtit) illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monaſteriis, & Conuentibus, iiſque præſertim, qui maiori indigent reformatione, ſinguli ad Religionem profitendam accedentes paſſim, ac ſine delectu recipiuntur, ac inde fieri, vt quo magis variis Conſtitutionibus malè effectas radices euellere ſtudet, & magis infructuoſa nouiter profitentium germina quotidiè ſuccreſcant: cumq; ob zelum, ac deſiderium quo tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus ſuæ cuiuſque Religionis inſtitutum redigendi diſtrictè prohibuerit, ne quis incertis Monachorum Ordinibus ad ſuſcipiendum habitum Religionis admitteretur, profitereturuè quouſq; Monaſteria, & Conuentus aliquot deſignarentur, in quibus poſſet commodius Regularis obſeruantia ſecundum reformationem à Sanctitate Sua inſtitutam introduci.

Quia tamen non obſtante tali prohibitione cognouit nonnullos fuiſſe, vel ſub colore facultatis, & licentiæ à Sanctitate Sua obtentæ, vel qui talis prohibitio ad illorum notitiam non peruenerit receptos, & admiſſos præter mentis ſuæ ſenſum: idcirco huic malo proſpicere volens, nè licentiarum, ac facultatum huiuſmodi ſubreptione, ac prætextu Decretum Sanctitatis Suæ irritum redatur; nunc denuò diſtrictè præcipit, ac mandat omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commiſſariis, & Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuſcunque, cæteriſque Superioribus Conuentuum, Monaſteriorum, ac Domorum quocunque nomine appellentur intra Italiam, & Inſularũ adiacentium fines exiſtentium quorumcunq; Ordinũ mendicantium (exceptis tamen Carthuſianorum, Fratrum minorum de ſtrictiori Obſeruantia, necnon Capuccinorum S. Franciſci, Reformatorum S. Dominici, Diſcalceatorum, Ordinis Carmelitanis, necnon Fratrum Congreg. Tolienſis, Ciſtercienſis Ordinis, ac Eremitarum eremi Camaldulenſis, & Montis Coronæ, Clericorum Regulariũ Theatinorũ, Societatis Ieſu, S. Pauli, Decollati, & aliorum de Somaſcha Miniſtrorum Infirmorum, reſpectiuè Ordinibus Societatibus, Congregationibus nuncupatis, quæ etiã antea exceperat & nũc iterũ excipiendo, voluit prohibitione hanc ad illã nullo modo extendi) Ne ſua cuiuſuis licentię, & facultatis impetratæ, vel impetrãdę obtẽta (niſi per literas in forma breuis dũtaxat, & non alias) quemquam ad habitũ Regularẽ

ſuſcipiendum; nec etiam conuerſos niſi in Conuentibus; Monaſteriis, & Domibus, auctoritate eiuſdem S. D. N. prope diem in vnaquaque Prouincia deſignandis recipere, aut receptos ad profeſſionẽ admittere vllo modo audeāt.

Quinimò contra primam prohibitionem Sanctitatis Suæ receptos (etiam ſi imperfectum habitum, aut ſine caputio gerant) poſt præſentis Decreti in Romana Curia publicationem omnino eijcere debeant.

Superiorem autem, qui huius Decreti tranſgreſſor extiterit, ipſo facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis actiuæ, & paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in poſterum obtinenda, eo ipſo incurrere voluit ac declarauit, & alijs etiam pœnis arbitrio Sanctitatis Suæ imponendis ſubiacere.

Receptiones verò, & profeſſiones quaslibet eorum, qui contra huiuſmodi Decretum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe ad quemcunque effectumque effectum ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere, qui Conuentus, Domos, & Monaſteria à ſe probata pro Nouitiorum receptione, & educatione, hactenus permiſſione ſua conſtituerint.

Cæteras verò licentias, ſiue particulares, quæ in hanc diem effectum non ſunt ſortitæ, reuocat, & annullat.

Vult autem Decretum hoc ſuum in ſolitis locis Vrbis publicatum, ita prędictorum ſingulos afficere, ac ſi cuilibet perſonaliter fuiſſet intimatum Priuilegijs, Statutis, & Conſtitutionibus quibuſcumque in contrarium minimè obſtantibus. Datum Romæ apud S. Marcum die 20. menſis Iunij 1599.

19 Qui idem Pontifex formulam concedendi facultatem pro Nouitijs ad regularem habitum recipiendis in Monaſterijs, & locis deſignatis pariter ſanxit hiſce ſub verbi ſequentibus.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Clemens Diuina Prouidentia Papa VIII. cum regularem diſciplinam reſtituere, atque in priſtinum ſtatum reuocare maximè cuperet: Regulareſque omnes vitam, moreſque ſuos ad rationem eius inſtituti, quod quiſque profeſſus, eſſet, ita comparere, vtq; ad votorum vim habitum, victumque communem pertinent; ea potiſſimum ſinguli religioſiſſimè obſeruarent generali Decreto, quod de menſe Iunij editum tertia Iulij anni 1599. promulgatum fuit ordinum Religioſorum Superioribus (nonnullis exceptis) prohibuit, nè aut Nouitios reciperent, aut quemquam ad profeſſionem ante admitterent, quam à Sanctitate ſua Monaſteria aliquot ad eam rem præſcripta eſſent, in quibus obſeruantia regularis vigeret. Nunc vero eadem Sanctitas Sua à locorum etiam Ordinarijs, quibus id munus demandauerat, certior facta, infraſcriptis Monaſteriis, & Conuentibus Ordinis N. præfenitum eſſe numerum dumtaxat eorum; qui vel ipſius Monaſterij cenſibus, vel conſuetis elemoſinis ſuſtentari ibi commodè poſſunt, atque in ijs omnia fideliter obſeruari, quæ ſunt cum iſtorum profeſſionis perfectione coniuncta, nempè caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ vota cum cæteris Decretis particularibus, vel conſtituti ipſius, vel Pontificis etiam ad victum, veſtitumque communem ſpectantibus (ipſo Decreto vt ſupra edito, & promulgato, nequaquam obſtante) poteſtatem facit Superiori eiuſdem Ordinis, No-

Nouitiatus in infraſcriptis Monaſteriis, & Conuentibus erigendi, Nouitios recipiendi, educandi, atque ad profeſſionem admittendi; modo tamen id ad præſcriptum inſtrictionis, iuſſu Suæ Sanctitatis mens, & voluntas, vt in Monaſteriis, & Conuentibus ad alendos Nouitios præfinitur Regularis Obſeruantia perpetuò retineatur; mandat, & præcipit, vt in ipſis præſcriptus iam perſonarum numerus in poſterum ſeruetur; nullusque omninò Superior cuiuſuis conditionis perſonarum, & Nouitiorum numerum augere præſumat, ea pœna propoſita, vt omnibus priuatus officii, vocis actiuæ, & paſſiuæ, ius omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua huiuſmodi facultatem per Congregationem reformationis Apoſtolicæ hoc Decreto Secretarij manu ſubſcripta concedi, non obſtante Decreto vt ſupra promulgato. Datum Romæ die &c. præſcribitur verò numerus Sacerdotum..... Clericorũ..... Nouitiorum..... Conuerſorum autem.....

20 Et aliud decretum ſuper forma recipiendi Nouitios Regulagium ad habitum, & profeſſionem, idem Papa Clemens ſtatuit vt infra.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Clemens Diuina Prouidentia Papa VIII. qui alias pro Regularis diſciplinæ reſtitutione ſingulis Regularium Ordinibus (quibuſdam exceptis) prohibuit, nè ad Regularem habitum Nouitios in poſterum reciperent, receptosuè ad profeſſionem admitterent, quouſque in aliquibus cuiuſuis Ordinis, Monaſterijs, ſeù Conuentibus (in quibus Nouitiatus pro recipiendis, & educandis Nouitijs deſignarentur, & approbarentur) ad eius, quam profeſſi ſunt, regulæ præſcriptum vitam, moreſq; reſtituerent, & componerent: certior deinde factus quoſdam omnium ferè Ordinum, Conuentus, ſeù Monaſteria ad priſtinam illam regularem viuendi formam, & diſciplinam, quam diutius deſiderauerat, fuiſſe redactam in eiſdem Monaſterijs, & Conuentibus, vt Nouitiatus erigi, Nouitijque recipi poſſent ſub certis tamen legibus, ac ea præſertim (vt licentia à Congregatione Reformationis Apoſtolicæ prius obtenta eſſet) conceſſit, & ad illa deſignauit, & approbauit. Nunc volens, vt ea, quæ pro Nouitiorum receptione, & inſtitutione, de mandato Sanctitatis Suæ præſcripta fuerunt, in poſterum accuratius, & exactius obſeruentur vltra formam traditam in Conſtitutionibus fœlic. record. Sixti Papæ V. & etiam Sanctitatis Suæ ſuper receptione Nouitiorum decreuit; ac præſentis Decreti virtute mandauit, nè in Conuentibus ſeu Monaſterijs ad Nouitios recipiendos, de Sanctitatis ſuæ, ſeu dictæ Congregationis Reformationis licentia hactenus deſignatis, & approbatis ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis; Nouitij ad habitum recipi vllatenus poſſint, vel admitti, niſi prius ab ipſa Congregatione, vel à proprijs locorum Ordinarijs, aut ab illis, in quorum diœceſi Nouitiatus exiſtunt, in quibus Nouitij ipſi recipiendi approbati fuerint, & vt recipi, & admitti poſſint licentiam in ſcriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quo ad ſcripturam concedendam) obtinuerint Monet autem Sanctitas Sua eoſdem Ordinarios omnem curam, & diligentiam adhibere, vt circa ætatem, conditionem educationem, ſcientiam, vitam, & mores cœteraſq; qualitates in ipſis Nouitijs requiſitas, obſeruẽtur inſtitutiones pro illis recipiendis ab eadem Cõgreg. reformat. factę, & publicatæ; neq; aliter, nec alio modo aliquẽ ad habitũ

recipi permittant: Ordinariorum ipſorum conſcientiam onerando, ſi quempiam approbauerint, vel admiſſi permiſerint, qui non ſit idoneus, & iuxta Conſtitutiones prædictas approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcunque ordinandum, qui in admittendis ad habitum, & profeſſionem Nouitijs formam Cõſtitutionum, & in Conſtitutionum prædictarum non ſeruauerint; aut Nouitium aliquem quantumuis idoneum, & approbatum in quouis alio cõuentu, & loco, ſeù Monaſterio, prǽterquam hactenus à Sua Sanctitate, vel à dicta Congregatione deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis, vel vltra numerum in eorũ ſingulis præſcriptum, ſeù præſcribendũ receperint, vel admiſerint, ſeù alias præmiſſis quouis modo contrafecerint irritum ex nunc, & inane decernens quicquid ſecus, vel alias quauis auctoritate à quouis geſtum, vel attentatũ fuerit non obſtantib. quibuſcunq; & c. Dat. Rom. apud S. Petrum die 19. Maij 1602. Pontificatus eiuſdem S.D.N. an. vndecimo.

21 Et inſtitutiones ſuper receptione, & educatione Nouitiorum Religioſorum Monaſterijs, & Conuentibus deſignatis, vel deſignandis, fuerunt pariter ab eodem Clemente VIII. editæ, vt patet ex tenore talium inſtitutionum, qui ſequitur vt infra.

Cum ad regularem diſciplinam in ſingulis Religioſorum Monaſterijs propagandam Nouitiorum inſtitutio maximè vtilis ſit, ac neceſſaria; & nihil ad grauem illam, ac laudatiſſimam priſcorum patrum viuendi rationem relaxandam, maiorem vim habuiſſe compertum ſit, quam vel minorem in recipiendis Nouitijs facultatem ſupra numerum quam capere, atq; alere Monaſteria ipſa poſſent, vel negligentiam in probando, & examinando eorũ ſpiritu, an vere eſſet ex toto atque ex præcipuo deſiderio illi inſeruiendi; vel deniq; in curiam in eis educendis, atque inſtituendis, idcircò vt huiuſmodi inconimodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, vt in recipiendis Nouitijs, & in eorum inſtitutione atq; educatione; necnon in Magiſtris, & aliorum miniſtrorum electione, præter alia, quæ in Sacris Canonibus, & Decretis, præſertim Concilij Tridentini Pontificis, & cuiuſcumque Ordinis, aut inſtituti Conſtitutionibus continentur, tam in alias deſignatis, quam nunc, & poſterum ad hoc deſignandis Monaſterijs, & Conuentibus, hæc quæ ſequuntur inuiolatè obſeruari, & exequi perpetuò curent.

Primum quod attinet ad Nouitiorum recipiendorum formam, vltra diligentem perquiſitionem, quæ habenda erit de vniuſcuiuſque natalibus corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipuè eorum, qui ſextumdecimum ætatis ſuæ annum excedent, an criminoſi, an ære alieno grauati, vel reddendæ rõnis alicuius obnoxii ſint, iuxta formã Conſtitutionis fel. rec. Sixti V. & moderationum ſubſecutarum: illud etiam Superiores ad quos ſpectabit, ſedulo perquirant, vt quibus in Monaſterijs, & Conuentibus, ex Apoſtolica facultate Nouitiatus fuerint inſtituti; in ijs ad Religionem nullus in poſterũ admittatur, qui & ex honeſtis parentibus natus non ſit, ad conditionis Sacris Canonibus, Summorumq; Pontificatum Conſtitutionibus præſcriptas non habeat, iuxta Decretũ ſuper forma recipiendi Nouitios, die 15. Maii 1602. editũ.

Quiſque recipiendus in aliquo ordine regulari etiam Mendicantium, in ea ſit

ſit ætate conſtitutus, quam eius Ordinis in quo recipietur regularia inſtituta, & ordinationes requirunt; eam verò literarum ſcientiam calleat, aut illius addiſcendæ ſpem indubiam præſeferat, vt minores, & ſuis temporibus maiores ordines iuxta Decreta Sacr. Concil. Tridentin. ſuſcipere valeat; ſed ſi quis annum vigeſimumquintum extendens ad habitum regularem admitti poſtulauerit, & talis eruditionis expers inuentus fuerit in conuerſorum tantum (quibus literarum conſcientia non eſt neceſſaria) numerum referatur; ipſi autem conuerſi non recipiantur ante vigeſimum ætatis ſuæ annum, & niſi ſaltem præcipua Doctrinæ Chriſtianæ capita nouerint.

Demum Superiores diligenter exquirant, quo ſpiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem ſibi finem propoſuerit, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & vt Deo liberius famulari poſſint, an potius leuitate, vel humano aliquo effectu, vt in ordinato animo ducantur, & an eorum parentes ope, & ſubſidio ipſorum indigentes deſtituantur; prouideant quoque vt omnes etiam conuerſi recipiendi priuſquam ad habitum regularem admittantur ab ijs, quibus munus hoc incumbit de regula quam profeſſuri ſunt tribus votis eſſentialibus, ſtatuque regulari, & alijs cuiuſque Ordinis peculiaribus inſtitutis, & conſtitutionibus diligenter inſtruantur; quia quarundam Religionum moris eſt, nedum conuerſos ad profeſſionem admittendos; verum & oblatos, vt vocant recipere circa ipſorum oblatorum receptionem, vnaquęque Religio ſuas peculiares Conſtitutiones, ſpecialiaque inſtituta obſeruare teneatur ſtatim, atque Nouitii ad habitum recepti, & in locum nouitiatus introducti fuerint per generalem omnium peccatorum confeſſionem totius ante actæ vitæ conſcientiam diſcutiant, & expurgent.

Quod verò ad loci qualitatem vniuſcuiuſque Nouitiatus ſpectat locus huiuſmodi propria clauſura ab ea parte Conuentus, & Monaſterii, in qua degunt profeſſi, ſegregatus ſit, atque diſtinctus; habeatque tot ad dormiendum cellulas ſeparatas, quod erunt numero Nouitij, vel dormitorium ita capax, vt pro ſingulis ſinguli lectuli commode ſterni poſſint; in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magiſtro, eiuſque ſocio reperiatur in eo, etiam præter alias communes commoditates, aptus locus adſit ad ſpirituales collationes, ſeu conferentias faciendas, ac lectiones, inſtructioneſque Magiſtri audienda, & in quē hiemis tempore calefaciendum ſe igne cōmuni recipiant.

Oratorium inſuper, ſeu Cappella (ſit cōmodè fieri poterit) ad Nouitios in ſpiritualibus præſertim in ceremonijs, Eccleſiaſticiſq; functionibus exercēdos. Hortus quoque peculiaris ad honeſtam recreationem benè concluſus, atque munitus adſit; ſin minus, hortum cæteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur; ipſis vero Nouitijs ibi commorantibus, curabit Magiſter cum loci Superioris auctoritate (ſi opus fuerit) nè in eundem quiſquam alius ingrediatur: ad huiuſmodi locum Nouitiatus nemini eiuſdem, vel alterius Ordinis regulari etiam Conuentus, & Monaſterii Officiali vllo vnquam tempore ſub quouis prætextu aditus pateat, pręterquam Magiſtro, eiuſque ſocio: ac etiam Monaſterij, aut Conuentus Superiori, ſi quandocumque ingrediendum ſibi neceſſario exiſtimauerit, quo tamen caſu aliquem ſemper

Google

ex ſenioribus Conuentus, vel Monaſterij patribus ſocium aſſumat.

Huius loci clauſura clauis apud Magiſtrum ſemper aſſeruetur; illique ſoli liceat ex graui tantum cauſa ingreſſu illuc alicui permittere, ſi quis autem Nouitiorum Magiſtro ſocios, ſi per Nouitiorum inſtruendorum multitudine neceſſarius fuerit, vita, & moribus (quo ad fieri poterit) conſimulis deputetur; qui in his, quæ ad nouitiatus regimen ſpectant dicto Magiſtro, quam ſocius per Prouinciale Capitulum per triennium ad minus onus huiuſmodi ſubituri. quod ſi aliquo caſu extra tempus capitulare noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem Magiſtri Nouitiorum, & ſocii huiuſmodi in his nouis per Generalem, vel Prouincialem, ſeu Miniſtrum, aut eorum viſitatores, ſeù vicarios; de Diffinitorum tamen, vel grauiorem Patrum conſenſu fieri permittatur, idemque ſeruetur, ſi intra triennium alterum, vel vtrumque vrgenti aliqua de cauſa ex illis locis amouerit, vel mori contingerit, in cuius vel quorũ locum alii conſimiles ſubrogari debeant.

Tam Nouitiorum Magiſter quam, ſocius ab iis omnibus officiis, oneribuſque vacationem habeant, quæ Nouitiorum curam, & regimen impedire valeant, ipſi Magiſter ſacerdotali ordine ſit initiatus, ac in quinto ſaltem ſupra trigeſimum ætatis ſuæ anno conſtitutus, & per decennium à profeſſione emiſſa in Religione perſtiterit, ſocius verò trigeſimum annum excedat: ſintque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam & vires fieri poterit, vita etiam anteactè exemplo præſtantes; orationis præterea, & mortificationis operibus addicti; prudentia, charitateque refert, non ſine affabile graues, zelum Dei manſuetudine præſeferentes: ab omni cordis, ac animi perturbatione iræ præſertim, & indignationis, quę in ſe, & erga alios charitatem impedire conſueuerunt, quam longiſſimè alieni, & tales demum, qui in omnibus ſeipſos bonorum operum exemplum præbent: vt ii, qui eorum curæ ſubſunt, illos non tam metuant, quam reuereantur, nec illis vnquam detrahere quicquam poſſint.

Habere etiam Magiſter plenam, & abſolutam poteſtatem circa Nouitiorum inſtitutionem, ac nouitiatus regimen, ita vt in illis nemini (Viſitatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quouis colore ſe in genere liceat. Curam adhibeat dilegentem, vt Nouitij omnes in regulare diſciplina ſedulo exerceantur; agnoſcantq; præcipuè diuinæ. qua digni facti ſunt, vocationis præſtantium, & excellentiam, quæ vera ſit, atque perfecta votorum ſolemnium, & quam neceſſaria cuiuſque ordinis *Constitutionum* obſeruantia; modum in oratione tum vocali; tum mentali fructuosè perſiſtendi, licitas paſſiones, & vitia, ad quem natura per peccatum labefactata omni tempore prona eſt, atq; procliuij per ſenſuum cuſtodiam, & mortificationem cohibendi; auſteritatem, ieiunia, cilicia, diſciplinas conſcientiæ puritatem, crebram illius diſcuſſionem Sacramentorum frequentiam confeſſionis præſertim, quę bis ſaltem ſingulis menſibus fiat per aperitionum quotidianam motuum internorum, cordis, & tentationum manifeſtationē per exercitium humilitatis circa viliora miniſteria per modeſtiam in omnibus actionibus, diuturnumq; ſilentium.

Quilibet Nouitius bis quotidiè orationi, mentali, & vocali, incumbat, vnuſquiſque

quiſque ſecundum propriam capacitatem, & ordinem ſibi à Magiſtro præſcriptum, ac pluries in die propriam conſcientiam vnuſquiſque examinare contendat; ipſi autem Magiſtro ſoli Nouitiorum confeſſiones audiendi cura committatur; liceat tamen Superiori etiam locali, ſi ita expedire iudicauerit, vel per ſe ipſum, vel per alium ab eo deputandum ſemel, aut bis in anno eorundem Nouitiorum confeſſiones audire.

Quodiè Miſſæ ſacrificio interſint, & ſtatutis horis in choro nocturnis, diurniſq; diuinis officijs aſſiſtant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legent, vel ſcribant res ſpirituales; modeſtam animi recreationem interponãt, quæ in ſolitario loco, & cõmodo extra nouitiatũ ſemel in hebdomada, vel in alternis ſaltem hebdomatibus longior ſtatuatur; fiatq; ſemper Magiſtro præſente, vel ſocio, qui multum inuigilent, nè duo ab alijs commorentur diſiuncti, atque eo tempore cuiuſq; in quam natura feratur, propenſionem ſcrutentur.

Non liceat eius durante Nouitiatus, & probationis tempore vna cum profeſſis niſi in choro, in Eccleſia tempore officiorum in proceſſionibus, aut in cœnaculo cauſa refectionis comedere; nec permittatur eis profeſſis domó exercentes comitari.

Pro communibus, & proprijs cuiuſquè neceſſitatibus, quæ accidere poſſunt, vnus ex Nouitijs ipſis; ætate, moribuſque prouectior deputetur, qui abſente ſocio, Magiſtro permittente omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam ianuæ cuſtodia, & rerum leuioris momenti prouiſio intra Nouitiatum committi poterit.

Cum autem licet Clericorum benè inſtituendorum cura debeat eſſe præcipua, conuerſorum tamen religioſa inſtructio non ſit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda quandoquidem ſatis exploratum eſt, iſtorum etiam (cum regulam profiteantur eandem) perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, non alijs Chriſti fidelibus ædificationem exemplum, atq; vtilitatem afferre. Conuerſis ipſis à clericorum nouitiatu ſeparatus ad dormiendum locus quantum comodè fieri poterit aſſignari præcipitur illi tamen (hac ſeparatione non obſtante) Magiſtro Nouitorium, ſeù ſuperioribus Monaſteriorum, & Conuentuum, iuxta cuiuſque Ordinis ſtatuta, & conſtitutiones ſubditi eſſe, & obedientiam præſtare debebunt, à quo non tantum circa corporalia obſequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & comoditate, de ſpiritualibus præſertim de modo mentaliter orandi, diligenter inſtruendi erunt; quod vt comodius fiat, ad capitula, & ſpirituales conciones, quæ per Magiſtros Nouitijs fieri ſolent, auertiri debeant, & in Eccleſiis ſtatutis horis conueniant; tunc in ſuis officij actualiter occupati fuerint.

22 Tempore verò probationis elapſo ij tantum, qui non ſolum religioſæ perfectionis capaces, ſed ad laborem corporalem aptinouo, ac diligenti examine reperti fuerint, dummodo ætatis ſuæ annum quoad clericos decimumſextum, quoad conuerſos vigeſimumprimum exceſſerint, ad profeſſionem admittantur, ſed qui ad conuerſum habitum recepti fuerint ad clericorum ſtatum tranſire etiam durante tempore probationis non poſſint.

23 Superior cuiuslibet Conuentus, in quo nouitiatus fuerit conſtitutus, particularem librum habeat, in quo vniuſcuiuſque Nouitij profeſſio regiſtretur, illamque Nouitius profeſſus propria manu, & duo teſtes, qui præſentes fuerint ſubſcribant.

24 Cōuerſus verò literarum ignarus profeſſus in eorum teſtium, qui ſe ſubſcripſerint præſentia propria manu ſignum Crucis apponat; aſſeruetur que liber, & cuſtodiatur in Archiuio vbi ſcripturæ ad Monaſterium, ſeu Conuentum pertinentes, reponi conſueuerunt.

25 Quia verò in quibuſdam Ordinibus filiationis vſus eſt receptus declaratur, quod licet Decretum ſit, vt Nouitijs educandis certa Monaſteria, aut Conuentus deſignata, quilibet ordo habere debeat; licitum tamen ſit Superioribus Monaſteriorum, & Conuentum huiuſmodi Ordinum, in quibus filiationis vſus receptus eſt eos, quos prænaratis qualitatibus ſuffultos repererint in ſuorum locorum filios iuxta cuiuſcunque Ordinis Conſtitutiones adſcribere, ſicque adſcriptos, cum iuxta præſentes Inſtitutiones, & alias ſeruatis ſeruandis ad Ordinem recepti fuerint ad loca nouitiatuum cum teſtimonialibus literis tranſmittere, vbi tanquam dictorum Conuentuum, ſeu Monaſteriorum filij, eorundem nomine, & inſtantia recipi, ac in nouitiatu probari; & deinde ante quam ad eadem Monaſteria remittantur in profeſſorio ad perfectionem, vt permiſſum eſt exerceri debebunt.

26 Porrò nè loca vnius Monaſterij, ſeu Conuentus ab alio præoccupentur, Capituli Generalis, aut Prouincialis, partes erunt numerum præſcribere pro omnibus, & eam ſimiliter rationem circa alimentorum contributionem (ſi opus fuerit) inire, ac ſingulis Conuentibus, & Monaſterijs præſcribere, quæ magis expedire videbitur.

27 Vt autem Nouitij iam in profeſſorum numerum, ſicut præmittitur recepti melius in bono ſpiritu regulariſque diſciplinæ obſeruantia ſtabiliantur, & confirmentur, mandatur vt ſtatim poſt profeſſionem emiſſam, ſi in Conuentibus, aut Monaſteriis pro nouitiationibus aſſignatis, locus aderit ſæcundi nouitiatus, ſiue profeſſorij ab ea, quæ Nouitiorum eſt, atque antiquorum profeſſorum habitatione diſtinctus, & ſegregatus ibi collocentur, ſi Monaſterium, aut Conuentus eos alere queat, ſin minus in alium comodiorem Conuentum, aut Monaſterium transferantur, in quo eis locus cum requiſitis ad nouitiatum ſupra enarratis reperiatur, vel accomodatur, aut de nouo conſtruatur.

Ad hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ ſuarum Conſtitutionum, ſeù Inſtitutorum vigore maioris temporis curſu nouos profeſſos intra nouitiatum detinere conſueſcunt, quibus in hac parte non derogatur: illis tamen permittitur, vt prædictis earum Conſtitutionibus non obſtantibus id ipſum facere poſſint, ſi id rationi, ac Religioni magis expedire dijudicauerint, quibus in locis degant ſub regulis, & modo viuendi adhuc arctiori, quam ſeruent antiquiores profeſſi. Ita quod in negotijs Monaſteriorum, aut Conuentuum non ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe; neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debeant,

ibique

ibique permaneant quouſque ad ætatem ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem deuenerit, vel ſaltem per triennium poſt profeſſionem; quo etiam tempore poterunt, quinimò debebunt, literarum ſtudijs operam nauare, ſub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magiſtrum præditum eſſe oportere dictum eſt.

28 Declaratur tamen, quod propter præmiſſa non cenſeatur conceſſa licentia recipiendi Nouitios, niſi in locis pro Nouitiatu deſignatis, aut in poſterum deſignandis, & pro numero dumtaxat in eorum ſingulis præſcripto, vel præſcribendo.

Denique ſi illi, qui inter religioſos gradu, & ordine Superiores ſunt, & alij ad quos ſpectat, in prædictis omnibus vel eorum aliquo deliquerint, ſeu quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, priuationem, grauioreſque pro modo admiſſæ culpæ pœnas ſe ſubituros certò ſciant.

NVLLITAS.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas profeſſionis à Regularibus deduci debet coram Ordinario loci vbi extitit Monaſterium in quo emiſit profeſſionem, necnon eiuſdem Monaſterij Superiore.*

2 *Superiore cognoſcente de nullitate profeſſionis debet interuenire Superior Monaſterii vbi profeſſio fuit emiſſa, non Religionis.*

1 NVllitas profeſſionis à Regularibus deduci debet coram Ordinario loci vbi exiſtit Monaſterium, in quo profeſſionem emiſit, & coram proprio Superiore regulari illius eiuſdem Monaſterij, vt deciſum fuiſſe à Sacra Congregatione probat Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 104. num. 12. part. 3. poſt Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ l. 7. de relig. num. 18. alias
2 determinatum refert Sellius in ſelect. canon. cap. 80. nu. 10. vbi quod Superior cui commiſſiones ſuper nullitate profeſſionis, ex præſcripto Concilij ſeſſ. 25. de regular. cap. 19. directæ ſunt vna cum Ordinario, intelligitur de Superiore Monaſterij, non Religionis, Bonacin. de clauſur. & pœnis eam violantibus quæſt. 2. punct. 10.

OBEDIENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Obedientia eſt præcipua inter tria vota ſubſtantialia Religionis.*

2 *Religioſi non tenentur obedire quando præcipitur res illicita, mala contra regulam, aut præceptum Superioris ſupremi, & n. 4. & vide n. 5. 6. 7. & 8.*

3 *Obligationes religioſorum ratione voti remiſſiuè.*

9 *Religioſi an teneantur ſub obedientia manifeſtare rem omnino occultam.*

1 Obe-

1 OBedientia, (quæ eſt præcipua inter tria vota ſubſtantialia Religionis) tantum extenditur ad reſlicitas, & honeſtas, tali modo, vt ſi conſtet rem, quæ præcipitur eſſe illicitam,
2 & malam, vel contra regulam, aut præceptum Superioris ſupremi, minimè teneatur religioſus obedire etiam ſub cēſurarum pœna, vt declaraſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, relatum fuit, & nouiter probat Lezan. in ſumma
3 quæſt. regularib. cap. 4. vbi de obligationibus religioſorum ratione voti obedientiæ emiſſi in profeſſione per plura verba facit aſſerens num. 4. ex D. Thom. quodlib. 10. artic. 10 & Sanchez in ſumma cap. 2. num. 15. lib. 6. non
4 teneri religioſum obedire Prælato mādanti vana, & impertinentia, vel quæ explicitè, ſiue implicitè, ad regulam non ſpectant, nec ad ea, quæ ſolum con-
5 cernunt vtilitatem temporalem Prælati præcipientis, aut conſanguineorū ipſius, ibidem num. 3. nec ad actus merè internos, niſi quando ſunt neceſſarij
6 pro externis, ibidem num. 5. nec ad obedientiam formalem, ibid. num. 6.
7 nec ad ea, quæ Superior vult, niſi illa manifeſtet, ibidem num. 7. neque ad
8 ea, quæ Prælatus proponit ſolum ſub conſilio, ibidem num. 8. nec ad ea,
9 quæ ſunt ſupra regulam, ibidem num. 13. niſi quando hoc præſcribitur in regula ipſa, nec ad manifeſtandum rem omnino occultam, qui nulla laborat infamia, ibidem num. 23. nec ad obediendum Prælato publicè excommunicato, ibidem num. 38.

OBLATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, & elemoſinæ inter miſſarum ſolemnia poſſunt recipi à Regularibus, qui etiam poſſunt ſe vertere ad populum, & generalem confeſſionem pro eo facere.*
2 *Oblationes ſi fiant in Eccleſijs regularium, ipſis debentur.*

1 OBlationes, & elemoſinæ inter miſſarum ſolemnia poſſunt recipi à Regularibus, qui poſſunt ſe vertere ad Populum, & generalem confeſſionem pro eo facere, ſiſtendo in medio altaris, non autem illo diſcedendo, & Eccleſiam circuendo, ita deciſum in Nullius Prouinciæ Rauennaten. 15. Septembris 1629. probat modernè Aldan. in compend. reſol. canon. lib. 1. cap. 13. num. 3.

2 Et tales oblationes deberi eiſdem Regularibus, quoties fiunt in Monaſterijs, vel locis Clericorum Regularium, ex cap. 1. de ſtat monach. & cap. nimis, il primo, vbi Abb. de exceſſ. prælator. probat recenter Illuſtriſ. Epiſcop. Ricc. deciſ. Curiæ Archiep. Neap. 170. par. 4. num. 3. vbi plura pariter in materia de qua ante Mariſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 41. & modernè Rota diuerſ. in nouiſſ. deciſ. 37. & 402. in vlt. impreſſ. apud Guerilios Venetijs de anno 1636. fusè Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap. 23. vbi per plura circa hanc oblationum materiam poſt cæteros coadunat.

OBLA-

OBLATI.

SVMMARIVM.

1 *Oblati Religionis Carthuſianorum gaudent iiſdem priuilegiis, quibus Fratres eiuſdem Ordinis vigore Bullæ Gregorij IX. editæ in anno 1231. in ordine III.*

2 *Oblati debent recipi in vnaquaque Religione, iuxta propriarum Conſtitutionum diſpoſitionem, & priuilegia, quorum tenor ad vnguem ſeruandus eſt, vt patet ex Bulla Clem. VIII. incip. In ſuprema, de anno 1602.*

1 OBlati alicuius Religionis ex priuilegio, ac exemptione, ita debent potiri, ſi in forma iuris valida perpetuò, irreuocabiliter, plenè, & cum effectu ſe ipſos, & bona ſua omnia præſentia, & futura, nulla prorſus, quamuis minima eorum portione, neque in proprietatem, neque in vſumfructum ſibi reſeruata, Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutauerint, de quo latius diximus in tract. de elect. & variar. fori quæſt. 64. ſect. 2. & Sacra Congregatio cenſuit, quod ſi omnia prædicta ſimul non concurrant, neque fori priuilegio, nec immutatione à ſecularibus exactionibus frui poſſe, vt in ſequentibus caſibus.

Primo, dum quis obtulit perſonam cum reſeruatione bonorum.

Secundo, dum obtulit perſonam nulla bonorum facta mentione, quippè non includuntur in ſimplici oblatione perſonæ.

Tertio, dum obtulit perſonam, & aliquam tantum partem bonorum, quamuis maiorem.

Quarto, dum obtulit bona omnia præſentia, & perſonam, reſeruato ſibi vſufructu.

Quinto, dum obtulit perſonam, & bona omnia preſentia tantum.

Sexto, dum obtulit perſonam, & bona omnia præſentia, & futura, ſed poſtea à Superiore Religionis aliquarum eorum partem, quamuis minimam emphiteuſim recepit.

Septimo, dum obtulit bona, vel omnia, vel partem eorum abſque perſona, quo caſu perſonam offerentem fori priuilegio non gaudere, ſed in bona in Religione cum effectu tranſlata eſſe immunia a vectigalibus, dummodo offerens vſumfructum illorum ſibi non retineat, eo namque caſu bona immuna non eſſe etiam quoad proprietatem.

His tamen omnibus caſibus, quibus oblati à priuilegio, & exemptione à iure communi excluduntur, ſeruandam eſſe cuiuſcunque Religionis conſuetudinem, cuius vigore ipſi tale ius priuilegij, vel exemptionis acquiſiuiſſent.

Oblati, qui omnia ſupradicta adimpleuerint fori priuilegio, & ſupradicta exemptione num gaudeant, quamuis matrimonio copulati ſint, ſiuè ante, ſiuè poſt, oblationem contraxerint, Sacra Congregatio reſpondit gaudere ſiue ante, ſiuè poſt, de licentia Superioris, contraxerint, Aldan. in compend. canon. reſolut. lib. 21. tit. 10. num. 14. vbi num. 15. dicit pariter deciſum ab eodem Sacra Congregatione.

Et

Et tales oblatos etiam quoad delictum ante huiuſmodi oblationem commiſſum, cuius ratione à Iudice laico erant puniēdi, gaudere fori priuilegio, & à iuriſdictione Iudicis laici eſſe liberatos, nec non puniri debere à Iudice Eccleſiaſtico, dummodo abſque fraude, ideſt non animo effugendi punitionem Iudicis laici hoc fecerint, quod ſi fraus ſubſit, poſſe à Iudice laico puniri pœna confiſcationis bonorum, & alia pecuniaria, ſed non corporali, illique remanere ſubiectos quoad cauſam, & bona non quoad perſonam, debere tamen Iudicem Eccleſiaſticum, ſi delicti qualitas id expoſcat eos in fraudē oblatos tradere ſeculari corporaliter puniendos, & recenter Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 39. nu. 45. vbi etiam quęrit, ſi iuriſdictio, vigore Concil. Trident. cap. 11. ſeſſ. 24. competat Ordinario in oblatos carentes qualitatibus expreſſis ibi in verſ. exceptis, intelligatur tributa Ordinario in oblatos cumulatiuè, vel priuatiuè quoad Superiores Regulares, & cumulatiuè eſſe conceſſam, refert eandem Sacram Congregationem cenſuiſſe, & inſuper petit, an iuriſdictio ex eodem Concilij Decreto tributa fuerit Ordinario in criminalibus tantum, an vero etiam in ciuilibus, & dicit eſſe tributam in criminalibus tantum, non autem in ciuilibus, ex eadem Sacra Congregatione.

OFFICIVM.

SVMMARIVM.

1 *Regulares extra chorum poſſunt vti Breuiario Romano ſuæ, vel alterius Religionis in recitando officium.*

2 *Dominicanus extra chorum poteſt recitare officium cum Breuiario Benedictorum, & è contra.*

3 *Ieſuitæ recitant Officium diuinum priuatim, non communiter.*

4 *Officia propria Canonicorum Regularium poſſunt recitare Moniales eiuſdem Ordinis.*

5 *Moniales S. Benedicti poſſunt recitare Officium ſecundum vſum Breuiarij Romani.*

6 *Regularis, ſiuè ſecularis recitans Officium cum Epiſcopo, debet cum ipſo ſe conformare.*

7 *Officium duplex alicuius Sancti in die eius Feſtiuitatis recitari poteſt in Eccleſia vbi ſunt eius reliquiæ, & quid vbi reliquia inſignis non eſt, & num. 8.*

9 *Officium de Sancto canonizato non poteſt fieri extra propriam Eccleſiam abſque decreto.*

10 *Diſcalceati S. Mariæ de Mercede poſſunt recitare Officium, & Miſſam de communi Confeſſ. non Pontif. de S. Raimundo.*

11 *Officium in tumulandis cadaueribus in Eccleſiis Regularium, fit per eoſdem, limita vt num. 12.*

13 *Officium ſuper defunctos ad Eccleſiam Mendicantium delatos ab ipſis Fratribus eſt faciendum.*

14 *Officium quindecim Auxiliatorum eſt ſuſpenſum.*

15 *Officium prout recitant obſeruantes, recitare poſſunt Moniales Ordinis Canonicorum Regularium, quæ gubernantur à Fratribus Obſeruantiæ.*

16 *Moniales S. Claræ in Ciuitate Mantuæ poſſunt recitare Officium Concept. B. Mariæ.*

17 Or-

17 *Ordinarij locorum nequeunt addere Officia Sanctorum Kalendarijs proprijs.*
18 *Miſſa, & Officium alicuius Sancti in loco vbi eſt eius Feſtum non celebratur per Ciuitatem, & Diœceſim.*
19 *Reliquia inſignes, quæ ſint.*
20 *Eccleſia Hiſpaniarum poſſunt celebrare Officia Sanctorum, quæ non ſunt in Breuiario Romano, ſecus in alijs Eccleſijs, num. 21.*
22 *Officium nè recitent religioſi occupati in prædicationibus, confeſſionibus, vel ſtudijs, & infirmitatibus quis nam conceſſit, & nu. 23.*
24 *Officium S. Thereſiæ conceditur Carmelitanis.*
25 *Officium B. Ludouici Bertrandi recitant Dominicani, & Clerici Regulares, ſeculares.*
26 *Officium B. Franciſci Borgiæ quibus eſt conceſſum.*
27 *Officium S. Geltrudæ, qui recitare poſſunt.*
28 *Officium B. Gulielmi Aquinatis Ducis, Ordinis S. Auguſtini, quibus conceditur.*
29 *Officium B. Ioannis de Deo, pro quibus conceſſum eſt.*
30 *Moniales tertij Ordinis S. Franciſci poſſunt recitare Officium B. Margaritæ de Cortona.*
31 *Officium B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis monialis Ordinis S. Mariæ de Monte quibus conceditur.*
32 *Officium B. Ioannis de S. Facundo, pro quibus eſt conceſſum.*
33 *Moniales Monaſterij Donnæ Reginæ Ciuitatis Neapolis recitant Officium Beatæ Margaritæ martiris, & Officium Sanctiſſimi nominis Ieſu.*
34 *Fratres Obſeruantes S. Franciſci ſingulis Sabbatis feſto nouem lectionum non impeditis recitant Officium Beatæ Mariæ.*
35 *Officium viginti trium Martyrum Ordinis S. Franciſci Minoris de Obſeruantia, pro quibus eſt conceſſum.*
36 *Officium B. Petri de Alcantara quibus conceditur.*
37 *Officium S. Raimundi Ordinis B. Mariæ de Mercede, quibus eſt conceſſum.*
38 *Officium B. Ritæ de Caſſia quibus conceditur.*
39 *Moniales S. Claræ Auenionen. prima die cuiuslibet menſis feſto nouem lectionum non impedita, recitant Officium S. Claræ ſub ritu duplici.*
40 *Officium B. Andreæ de Auellino pro quibus conceditur.*
41 *Ciuitas Neapolitana habet in Patronum B. Andream de Auellino.*
42 *Officium B. Caietani Thienei quibus eſt conceſſum.*
43 *Officium S. Conradi tertij Ordinis S. Franciſci pro quibus conceditur.*
44 *Officium S. Claræ de Monte Falchio quibus eſt conceſſum.*
45 *Officium Coronæ Spinæ Sanctiſſimi Domini Noſtri pro quibus conceditur.*
46 *Officium B. Fœlicis de Cantalicio, quibus eſt conceſſum.*
47 *Officium B. Ioannis Capiſtrani pro quibus conceditur.*
48 *Officium B. Paſchalis de Babylon quibus conceditur.*
49 *Officium Patrum S. Romualdi, qui recitare tenentur.*

1 Officium cum Breuiario Romano, vel alterius Religionis non ſuæ, vti poſſunt extra chorum Regulares vigore conceſſionis Innocentij IV. vt teſtatur Rodriq. in cōpen. qq. regul. reſol. 24. n. 34. Miran. in man. prælat. quæſt. 37. art. 13. tom. 1. Leſſius de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 37. dub. 12. num. 74. nouiſ-

nouiſſimè probat Antonin.Dian.reſol.moral.de hor.can.part. 2. reſol.10. & par.3.tract.2.de dub.regular.reſolut.135. vbi quod Dominicanus extra chorum poteſt recitare Horas canonicas cum Breuiario Benedictinorum, & è contra, dicens in praxi eſſe ſequutam hanc opinionem alias impugnatam ab Azor.inſtitut.moral.lib.10.capit.11.quæſt. 1. Suarez de relig. lib. 4. cap. 23. num.9.tom.2.

3 Officium diuinum priuatim, & non communiter recitant Patres Ieſuitæ, ex Bulla Pauli III. incip. Regimini.

4 Officia propria Canonicorum Regularium poſſunt recitari à Monialibus eiuſdem Ordinis, non autem Officia propria Eremitarum, ita de anno 1605. ſub die 3.Septembris voluit Sacra Congregatio Rituum in vna Limana in Indijs.

5 Officium ſecundum vſum Breuiarij Romani recitare poſſunt Moniales Sancti Benedicti, ita declarauit Sacra Congregatio Rituum de anno 1606. ſub die 25. Februarij in vna Tricen.

6 Officium quicunque recitat cum Epiſcopo, ſiue Regularis, ſiue ſecularis, debet cum Epiſcopo conformare, ita cenſuit Sacra Congregatio Rituum die 11. Iunij 1605.

7 Officium duplex de aliquo Sancto in die eius Feſtiuitatis recitari poteſt in Eccleſia, vel Monaſterio vbi illius Sancti eſt Reliquia, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum de anno 1605. 24. Septembris in vna Viſen. & alias de anno 1602. 23. Nouembris in vna Vicentina, dummodo tamen Reliquia ſit inſignis, vt corpus integrum, magna pars corporis caput, & ſic de Sanctis approbatis in Martyrologio, & tunc in Eccleſia tantum vbi eſt Reliquia ſeruatis rubricis Breuiarij, ex declaratione eiuſdem Sacræ Congregationis 23. Iunij 1617. in Vrbis Theatinorum, & adde Gauant. in theſaur. 1. tom.par.1. tit.11.

8 De Sancto vero cuius Reliquia non inſignis habetur, ſi concedatur officium, debet eſſe ſemiduplex ad differentiam inſignis Reliquiæ, Barboſ. de
9 officio Parochi cap.10. num.20. vbi etiam num. 21. quod de Sancto canonizato non poteſt fieri Officium etiam in propria Eccleſia ſine nouo decreto, Gauant.in theſaur.tom.2.ſect.2.cap.2. num.30.

10 Officium, & Miſſam de communi Confeſſorum non Pontificum recitare poſſunt Fratres Diſcalceati B. Mariæ de Mercede, de S.Raimũdo de Non Nat vigore conceſſionis Sanctiſs. D. N. Vrbani VIII. vt in eius Bulla incipit Saluatoris de anno 1625. refert Barboſa de iure Eccleſiaſt. vniuerſal. lib. 1. cap.41.num.133.

11 Officium in tumulandis cadaueribus in Eccleſijs Regularium fieri debet per eoſdemmet Regulares non obſtante quauis contraria conſuetudine, ſic declarauit Sacra Rituum Congregatio 8. Auguſti 1619. in vna Sulmonen. ſic etiam 2. Octobris 1619. in vna Catanien. Ciuitatis Platæ, necnon 18. Februarij 1619. in vna Andrien. & 2. Martij eiuſdem anni, & alias 5. Iulij 1631. & iterum 12. Martij 1612. in vna Eugubina, ita pariter 5. Iulij 1614. & iterum 23.
12 Martij 1619. in vna Licien. licet ſi Parochus ſit in poſſeſſione Officium faciendi, tunc manutenendum eſſe, cenſuerit eadem Sacra Congregatio Rituum

tuum in Rauennaten. de anno 1615. ſub die 28. Auguſti.

13 Officium ſuper defunctos ad Eccleſias Mendicantium delatos eſt faciẽdum à Fratribus, non à Canonicis, vel Clero, Peregrin. in 3. part. ſui compendij tit. ſepultura §. 3. Peirin. tom. 1. priuileg. Minim. in conſt. 2. Iulij II. §. 21. num. 57. & ita declarauit Sacra Congregatio hiſce ſub verbis.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum ſæpius cenſuit, quoties cadauera mortuorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur Officia mortuorum, & reliqua munia, quæ in huiuſmodi miniſterijs adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed ab ipſis Fratribus peragi debere.

14 Officium Sanctorum quindecim Auxiliatorum eſt ſuſpenſum, ita Sacra Congregatio Rituum mandauit de anno 1617. de menſe Ianuarij.

15 Officium prout recitant Obſeruantes, recitare poſſunt Moniales Ordinis Canonicorum Regularium, quæ gubernantur à Fratribus Obſeruantiæ, dummodo non omittant Officium Sãctorum ſuæ regulæ, ita de anno 1603. ſub die 6. Septembris cenſuit Sacra Congregatio Rituum in vna Nolana.

16 Officium Conceptionis B. Mariæ Virginis, & Sanctorum Ordinis Sancti Franciſci poteſt recitari à Monialibus S. Claræ in Ciuitate Mantuæ, vt determinauit Sacra Rituum Congregatio de anno 1609. ſub die 25. Martij in vna Mantuana.

17 Officia Sanctorum non potuerunt, nec poſſunt locorum Ordinarij tàm ſeculares, quàm Regulares addere Kalendarijs proprijs, niſi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani Rubricis, vel Sacrę Rituum Cõgregationis, ſeù Sedis Apoſtolicæ licentia conceduntur, vt declarauit de mandato S. D. N. Vrbani VIII. Sacra Congregatio Rituum ſub die 8. Aprilis 1628. vbi etiam quod non poſ-
18 ſit celebrari per totam Ciuitatem, vel Dięceſim etiam de cuiuſque Ordinarij authoritate Miſſam, vel Feſtum cum Officio de Sancto, eo quod in loco adſit Eccleſia Parochialis, vel Regularis, aut aliqua Reliquia, ſed tantum in ipſius Sancti Eccleſia tutelari, ſeù vbi aſſeruatur inſignis Reliquia, & non ali-
19 bi; Imaginis autem Reliquias declarauit eſſe corpus, caput, brachium, crus, aut illam partem corporis, in qua paſſus eſt Martyr modo ſit integra, & non parua, & legitimè ab Ordinarijs approbata, Gauant. in rubr. Breuiarij tit. 7. n. 9. & ſeqq. cap. 10. ſect. 1. tom. 2 Barboſ. de poteſt. Parochi à nu. 12. cum ſeqq. moderniſſimè P. Lezana in ſum. quæſt. regul. cap. 12. à num. 33. vbi n. 34. aſſerit Gregorium XIII. in quodam Breui, quod incipit Paſtoralis officij, anno 1573. edito, aduertens, quod in Eccleſijs Hiſpaniæ conceſſum erat, vt poſſent celebrare Officia propria Sanctorum illius Prouinciæ, illique ſint plures numero, ideo declarauit vnamquamque Hiſpaniæ Eccleſiam, eorum
20 tantum Sanctorum, qui in Breuiario non ſunt deſcripti Officia propria celebrare poſſe, qui cum illius Eccleſiæ ſint naturales, vel eius Eccleſiæ, ſeù Dioeceſis ſunt Patroni, vel eorum corpora, ſeù notabiles Reliquiæ in ea Eccleſia, ſeù Dięceſi requieſcunt. De alijs vero Sanctis, etiam ſi ſint naturales, vel Patroni Dięceſis, etiam ſi illorum corpora, vel notabiles Reliquiæ in aliqua Eccleſia alterius Dięceſis requieſcant, non celebretur Officium proprium, ſed ſeruetur ordo Breuiarij Romani, & quo die celebrabitur Feſtiuitas Patroni

vnius

vnius Diœceſis Religiones omnes teneantur eodem die in ſuis Eccleſijs intra limites illius Diœceſis exiſtentibus eandem Feſtiuitatem celebrare, & in hoc cum Eccleſia tranſire ſe conforment, quod antea probauerat Quarant. in ſumma Bullar. in verb. diuinum Officium, & ambo reportant fuiſſe conceſſum, quod quælibet Eccleſia, & Monaſterium Hiſpaniæ habens Reliquias inſignes, puta caput bracchium, vel crus alicuius Sancti etiam alienigenæ non exiſtentis in Breuiario, vel de quo in dicto Breuiario ſit tantum commemoratio, poſſit illius Feſtiuitatem celebrare, & Officium duplex facere, & de alio Sancto eodem die occurrenti ſi fuerit ſimplex, fiat commemoratio, ſi vero fuerit duplex, vel ſemiduplex, transferatur in primam diem ſimili Feſto non impeditam.

2 Officium nè recitent Religioſi in prædicationibus, confeſſionibus, vel ſtudijs, aut infirmis, vel illis ſeruientibus ex priuilegio fuit conceſſum à Clemente VII. Regularibus Theatinis, vt in tali caſu Superiores poſſint diſpenſare, vt legitur in Bulla eiuſdem, de qua tom. 1. Bullarij pag. 606. in illis verbis videlicet: Super recitationem diuinorum officiorum ad hoc quod ipſi acceptati, vel impediti certum Pſalmorum per ipſos Superiores eis aſſignandorũ numerum non minus ſeptem, aut ſex, cum diuiſione, ac orationem Dominicam ſepties, Symbolum Apoſtolorum bis grauiter autem ægrotantes orationem Dominicam ſemel, & Salutationem Angelicam ſepties in die recitando ſeptem Horis Canonicis, & toti diuino officio ſatisfeciſſe cenſerentur.

Sed non reticeam dicere, quod modernè Lezana in ſumma qq. regular. 23 cap. 2. à nu. 28. recenſet multarum Religionum priuilegia, ex quibus Regulares, & infirmi, vel alias occupati erant excuſati à recitatione officij, ſed quia illa fuerunt conceſſa viuæ vocis oraculo, de illis non eſſe habendam rationem autumat, vt latius eſt videre apud ipſum, qui & alia quoque in materia officij cumulat.

24 Officium S. Thereſiæ conceditur Carmelitano Ordini, vt ſancitum eſt à Gregorio XV. in eius Bulla incipit Omnipotens ſermo, de anno 1621. de qua nouiter meminit Barboſ. in tract. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. c. 41. n. 28.

Quod etiam pro Religione Carmelitarum Diſcalceatorum fuit approbatum à Sacra Congregatione Rituum de anno 1628. ſub die 20. Decemb.

25 Officium recitandi de B. Ludouico Bertrando, gratia eſt conceſſa Fratribus Dominicanis in Regno Valentiæ, & illa extenditur per vniuerſam Religionem Dominicanam, imò conceditur pariter Clericis Regularibus, & ſecularibus, ac cæteris in Ciuitate Valentiæ, eadem Sacra Congregatio Rituum ſub die 9. Octobris de anno 1610. in vna Valentina, ſic quidem determinauit.

26 Officium B. Franciſci Borgiæ pro omnibus Societatis Ieſu Religioſis, vbique exiſtentibus, necnon inditionibus familiæ illorum de Borgia pro omnibus Sacerdotibus tàm ſecularibus, quàm Regularibus, eſt conceſſum à S. D. N. Vrbano VIII. in eius Bulla incipit Alias nobis.

28 Officium S. Geltrudis poſſunt recitare Moniales Conceptionis Beatæ Mariæ de Ieſu Maria in Indijs, Sacra Rituum Congregatio in Mexicana in anno 1609.

28 Officium B. Guilielmi Aquinatiæ Ducis, Ordinis S. Auguſtini conceditur

tur pro Monaſterio Regali S. Laurentij in Hiſpania, Sacra Rituum Congregatio in anno 1600.ſic voluit.

29 Officium B.Ioannis de Deo,pro omnibus dictæ Congregationis Regularibus vbique exiſtentibus, quotannis in die eius obitus de communi Confeſſ.non Pontific. in Ciuitate Granaten.ſ. in Eccleſia vbi eius ſacrum corpus obormit, & in Terra nuncupata Montemor, & vbi natus eſt, conceditur pro omnibus Eccleſijs tàm Regularium,quàm ſecularium,vigore Bullæ S.D.N. Vrbani VIII.incipit In ſede Principis,in anno 1630.aditæ.

30 Officium B.Margaritæ de Cortona valent recitare Moniales tertij Ordinis S.Franciſci,per Bullam eiuſdem S.D.N.Vrbani VIII.incipit Cœleſtis,editam in anno 1623.de menſe Septembris.

31 Officium B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Monialis Ordinis S.Mariæ de Monte Carmelo, in ipſius obitus, ſeù alia ſubſequenti non impedita die ſingulis annis pro omnibus vtriuſque ſexus eiuſdem Ordinis religioſis, Sanctiſſ.D. N. Vrbanus VIII. in Bulla incipit In ſupremo, conceſſit, & extendit ad omnes Eccleſias tàm in Diœceſi Florentina, quam in vniuerſa ditione temporali Magni Ducis Etruriæ, vt promulgauit in alia ſua Bulla incipit Alias pro parte.

32 Officium recitare die B.Ioanne de S. Facundo, eſt conceſſum toti Religioni Fratrum Eremitanorum, vt declarauit Sacra Rituum Congregatio in vna Salamantina de anno 1603. ſub die 6.Septembris.

33 Officium S.Margaritæ martyris conceditur pro Monialibus Venerabilis Monaſterij Donnæ Reginæ huius inclitæ Ciuitatis Neapolis, prout declarauit Sacra Rituum Congregatio in vna Neapolitana in anno 1601. de menſe Maij, & eadem Sacram Congregationem in alia Neapolitana, eiſdem conceſſit Officium Sanctiſſimi Nominis Ieſu in anno 1612.

34 Officium Conceptionis B.Mariæ, vt ſingulis Sabbatis, Feſto nouem lectionum non impeditis à Fratribus Obſeruantibus Ordinis S. Franciſci recitari poſſit, conceſſit Sacra Rituum Congregatio in anno 1609. de menſe Ianuarij, & eadem Sacra Congregatio in eodem menſe idem conceſſit Fratribus Conuentualibus.

35 Officium vigintitrium Martyrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia Prouinciæ Diſcalceatorum S.Gregorij Philippinarum, & Iaponiæ pro Fratribus dicti Ordinis, & de alijs quibuſcunque Manilen. Diœceſis die eius obitus quinta Februarij recitari poſſe, voluit S. D. N. Vrbanus VIII. in eius Bulla incipit Saluatoris, edita de anno 1627.

36 Officium B. Petri de Alcantara Ordinis Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ Diſcalceatorum Profeſſoris Prouinciæ S. Ioſephi in Regno Caſtellæ Fundatoris pro vniuerſa Religione Minorum de Obſeruantia vtriuſque ſexus, die eius obitus 19. Octobris, ſed in Alcantara vbi eſt natus, & vbi eius corpus requieſcit pro omnibus tàm Regularibus, quàm Clericis ſæcularibus eſt conceſſum per Gregorium XV. patet in eius Bulla incipit In ſede, edita in anno 1622. de menſe Aprilis.

37 Officium S.Raimundi Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum pro perſonis Regularibus Diſcalceatis vtriuſque ſexus eiuſ-

dem Ordinis, vt in die eius Feſto de commun. Confeſſ. non Pontific. iuxta
rubricas Miſſalis Romani conceſſit S. D. N. Vrbanus VIII. in eius Bulla inci-
pit Saluatoris, qui in alia Bulla incip. In ſupremo, edita in anno 1627. conceſ-
38 ſit Officium B. Ritæ de Caſſia Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, pro vni-
uerſi Ordinis prædicti Fratribus, & Monialibus, vbique terrarum, & pro alijs
in tota Spoletana Diœceſi, & poſtea extendit ad omnes Eccleſias prædicti Or-
dinis, & Diœceſis Spoletanæ, vt patet in alia eius Bulla incip. Nuper, edita in
anno 1628. de menſe Februarij.

39 Officium S. Claræ vt celebrari poſſit ſub ritu ſemiduplici prima die cu-
iuſlibet menſis, dummodo illa non ſit impedita Feſto nouem lectionum con-
ceditur Monialibus S. Claræ Auenionen. à Sacra Congregatione Rituum in
Auenionen. 15. Ianuarij 1633.

40 Officium B. Andreæ Auellini Clericorum Regularium Congregationis
Theatinorum pro ipſis vbique exiſtentibus in die eius obitus, conceſſi San-
ctiſſ. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla incipit In ſede, quod extendit ad omnes in
hac Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana, quæ nuper hunc Beatum in nouum
41 Patronum recepit, & eius Reliquiis, ac Statuæ nouum in Cappella The-
ſauri Eccleſiæ dictæ Ciuitatis deberi, ſtatuit Sacra Rituum Congregatio, vt in
Summario dictæ Bullæ percipitur.

42 Officium B. Caietani Thienei Clericorum Regularium Theatinorum
Fundatoris de Communi Confeſſ. non Pontif. ab omnibus dictis Clericis Re-
gularibus vbique exiſtentibus in die eius obitus iuxta Breuiarij, & Miſſalis Ro-
mani rubricas recitari poſſe etiam per Sacerdotes Regulares ad eorum Eccle-
ſias confluentes conceſſum eſt; in Ciuitate tamen Vicentina vbi natus, & in hac
Ciuitate Neapolis vbi eius corpus requieſcit in omnibus Eccleſiis tam Regu-
larium, quàm ſæcularium, eius Officium recitari poſſe, ſtatuit Sanctiſſ. D. N.
Vrbanus VIII. in dicta Bulla incipit In ſede, qui in alia Bulla incipit Domini
noſtri, conceſſit ſingulis Religioſis Ordinis Minorum S. Franciſci Officium
43 S. Conradi tertii Ordinis S. Franciſci Profeſſoris ſub ritu duplici de com-
44 muni vnius Confeſſ. non Pontif. & in eadem Bulla conceſſit Officium S.
Claræ de Monte Falchio Ordinis Eremitarum S. Auguſtini pro omnibus Re-
gularibus vtriuſque ſexus Ordinis prædicti.

45 Officium Coronæ Spineæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti die 11. Auguſti
recitare poſſint Moniales S. Chatherinæ Ordinis Ciſtercienſ. Ciuitatis Caieta-
næ, quæ aſſerunt habere vnam Spinam dictæ Coronæ, dummodo eo die Offi-
cium ordinarium minimè deſtituatur, conceſſit Sacra Rituum Congregatio
in Caietana 4. Iulij 1615.

46 Officium B. Fœlicis de Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum S. Franci-
ſci Cappuccinorum, pro omnibus dicti Ordinis Fratribus die ſui obitus dum-
taxat in Eccleſijs Fratrum prędictorum videlicet in Nanceii, ac Romaricomō-
tis, & Cantalicij Oppidis ab eiuſdem Fratribus tantum, Romæ verò vbi eius
corpus obdormit, etiam pro confluentibus ad Eccleſiam dictorum Fratrum,
conceſſit S. D. N. Vrbanus VIII. in eius Bulla incip. In ſpecula, & pro tota Re-
ligione Cappuccinorum, vt patet in alia eius Bulla incipit Nuper, edita in anno
1625. & Sacr. Rituū Congr. conceſſit etiā Monialibus Cappucinis in an. 1632.

47 Officium B. Ioannis Capiſtrani in die eius obitus 23. Octobris ſub ritu duplici de communi Confeſſ. nō Pontific. pro omnibus tàm Fratribus, quàm Monialibus Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, conceſſit Sacra Rituum Cōgregatio in anno 1622. 16. Iulij.

48 Officium B. Paſchalis Baylón, ex Diſcalceatis Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ Prouinniæ S. Ioannis Baptiſtæ Regni Valentiæ pro Fratribus dicti Ordinis in Regno prædicto, ac in Oppido Villæ Regalis eiuſdem Regni, vbi eius corpus requieſcit, conceſſit Paulus V. patet in eius Bulla incipit In ſede Principis, edita in anno 1618. & in alia Bulla incipit alias pro parte, extēdit pro vniuerſis Religioſis vtriuſque ſexus eiuſdem Ordinis in Regnis Hiſpaniæ, pro Clero in Oppidis, vbi eius corpus obdormiuit in Domino, & Sacra Congregatio Rituum in Valentina 23. Ianuarij 1621. conceſſit pro vniuerſa Religione.

49 Officium S. Romualdi paruum à Monachis Camaldulenſibus priuatè conceditur recitandum, à Sacra Congregatione Rituum in Venetiarum in anno 1611. de menſe Iunij.

OLEVM SANCTVM.

SVMMARIVM.

1 *Oleum ſanctum Epiſcopum permittere debet, quod Regulares in proprijs Eccleſijs teneant.*

2 *Cruciferi recipiunt Oleum ſanctum à quouis Epiſcopo.*

1 OLeum ſanctum permittere debet Epiſcopus, quod Regulares teneant in proprijs Eccleſijs pro ipſorum vſu dumtaxat ſic determinauit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. de anno 1589. 13. Iunij, refert Aldan. in compend. canon. reſolut. lib. 1. tit. 8. num. 10.

Et illud pro adminiſtranda Extrema Vnctione ſuis Fratribus Ordinis Carmelitarum per Epiſcopos, & Archiepiſcopos exhiberi diſpoſuit, Clemens VIII. in Bulla incip. Exponi, de anno 1599. meminit Lezana in ſumma quæſtio. regular. cap. 3. num. 20.

2 Quod Oleum Sanctum à quouis Epiſcopo recipiunt Fratres Cruciferi, vt in Bulla Vrbani III. incip. Cum anteceſſor, edita in anno 1137.

OLIVETANI.

SVMMARIVM.

1 *Oliuetani vnde dicti ſunt.*

2 *Oliuetani ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum.*

Oliuetani fruuntur præſcriptione ſexagenaria, ibidem.

3 *Oliuetani ad aliam Religionem tranſire non valent niſi præcedente Sedis Apoſtolicæ licentia.*

4 *Oliuetani eligunt Conſeruatores.*
5 *Oliuetani gaudent priuilegijs Caſſinenſium.*
6 *Oliuetani poſſunt Ordinari à quolibet Antiſtite.*
7 *Oliuetani cedere tenentur præcedentiam Caſſinenſibus in ſingulis proceſſionibus.*
9 *Oliuetani poſſunt acquirere noua loca, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare.*

1 OLiuetani ſic nuncupati à Monte Oliuarum fuerunt approbati à Papa Ioanne XXII. vt in eius Bulla incipit Cum à nobis, de anno 1324.
2 Sunt exempti ab Ordinariorum iuriſdictione, ſexagenaria fruuntur præ-
3 ſcriptione, & niſi præuia licentia Sedis Apoſtolicæ ad aliam Religionem tranſire minimè valent, confeſſiones autem audiunt, ſic legitur in Bulla Papæ Iulij II. incip. Et ſi pridiè, de anno 1507. qui in alia Bulla incipit Militanti,
4 de anno 1505. per prius eiſdem conceſſerat facultatem eligendi Conſeruatores, & iuriſdictionem ampliauit.
5 Gaudent Caſſinenſium priuilegijs, alios ad Religionem recipere valent
6 à quolibet Antiſtite ordinari poſſunt, à decimarum, aliorumq; onerum ſolutione eximuntur, & ad proceſſiones accedere non coguntur, vt in Bulla Pij II. incip. Licet, de anno 1462. & ſi reperiam declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione Rituum de anno 1610. ſub die 23. Ianuarij, ipſos debere ce-
7 dere præcedentiam Caſſinenſibus in ſingulis proceſſionibus, quæ in Ciuitate Veronæ conficiuntur.
8 Noua loca acquirere, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare poſſe, patet ex Bulla Clement. VI. incip. Solicitudinis, quæ fuit promulgata ad eorum fauorem in anno 1343.

Et de his omnibus modernè Barboſa in tract. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. tit. de religioſorum ordinibus cap... num. 71. & ſeq. dicens de tali ordine inter cæteros tractare, Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 21. Morig. de orig. Relig. lib. 1. cap. 37. Mirand. in manual. prælat. quæſt. 4. art. 2. tom. 1. Tambur. de iure Abbat. diſp. 2. q. 15. num. 13. tom. 1. Cavaler. deciſ. 594.

ORACVLA VIVÆ VOCIS.

SVMMARIVM.

1 *Oracula viuæ vocis ſunt hodiè reuocata, etiam reſpectu illorum, quæ fuerunt conceſſa ad inſtantiam Regum, & Imperatorum.*

1 ORacula viuæ vocis, quibus aliqua Religionibus conceſſa ſunt reuocantur à Gregorio XV. vt in eius Bulla incipit Romanus Pontifex, vbi exceptuantur illa, quæ ad ſupplicationem Regum, & quæ ad fauorem Eminentiſſimorum Cardinalium, vel pro quibus Cardinales ipſi in ſcriptis teſtimonium præbuerunt.

At nouiſſimè Sanctiſs. D. N. Vrbanus VIII. omnia aboleuit, & caſſauit etiã ad inſtantiam Regum, & Imperatorum conceſſa quibuſcunque Generalibus, Superioribus etiam Societatis Ieſu, ſæcularibus, & Regularibus, vt legitur in

in eius motu proprio de an. 1631. de quo latius vide infra in verbo priuilegia.

Cęterum ſi ad hoc velis in fonte videre Bullam S.D.N. Vrbani VIII. illam perlegas vt infra videlicet.

Ad perpetuam rei momoriã. Alias fęlic. record. Gregorius Papa XV. Prędeceſſor noſter, vt ſubnaſcentibus iugiter varijs difficultatibus, & abuſibus ex priuilegijs à Sede Apoſtolica viuæ vocis oraculo ſępe numero cõceſſis, obuiũ iret Conſtitutionem edidit tenoris ſubſequentis videlicet.

Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in ſpecula Militantis Eccleſiæ Diuina Prouidentia conſtitutus gratias, & indulta à ſe, & à prædeceſſoribus ſuis conceſſa iuſtis interdum ſuadentibus cauſis iuxta creditum ſibi Paſtoralis officij debitum moderatur, aut reuocat, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè penſatis conſpicit in Domino ſalubriter expedire, itaque motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia, & ſingula indulta, facultates, priuilegia, gratias, & conceſſiones quaſcunque ſpirituales, & Eccleſiaſticas tam ad forus interius, quam ad exterius ſpectantes, ac tã ad ſupplicationem partiũ, quam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus à Sede Apoſtolica, quæ tamen viuæ vocis oraculo, hactenus quandocunque, & qualitercunque ex quauis etiam de neceſſitate exprimenda cauſa quibuſuis Collegijs, Capitulis, Ordinibus tàm Mendicantiũ, quam non Mendicantium Societatibus, etiam Societati Ieſu, ac Cõgregationibus quibusſlibet, ſiue eorum, & earum reſpectiuè Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Prouincialibus quocunque nomine nuncupatis, Superioribus etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè ſubiectis cuiuſcunq; dignitatis, preæminentiæ, aut quouis priuilegio munitis, non tamen ad ſupplicationem Regum conceſſas in ijs videlicet, quæ non ſunt ſortitę effectum, tenore præſentiũ reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac reuocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annihilata, iuribuſque, & effectu vacua perpetuò fore, & eſſe, neque in poſterum cuiquam ſubrogari poſſe, etiam ſi expreſſa, & ſpecifica mentio, etiam de verbo ad verbũ de ijs facienda eſſet decernimus, & declaramus firmis tamen, & in ſuo robore permanentibus omnibus indultis, & alijs conceſſionibus prædictis viuæ vocis oraculo S.R.E. Cardinalibus ad ipſorum, vel aliorũ quorumcunq; fauorem propria S.R.E. Cardinalium manu firmatis pro ipſis, vel alijs factis, & de quibus idem S.R.E Cardinales teſtimoniũ in ſcriptis præbuerint decernẽtes præſentes literas, & in eius contenta quæcunq; etiam ex eo, quod quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, ſed ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intẽtionis noſtræ, ſeu aliquo quocunque defectu notari, impugnari, redargui iure, vel in controuerſiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduerſus illas, quodcunque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque per quoſcũque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiã de Latere Legatos, & Nuncios (ſublata eſt eorum cuilibet, quouis alter iudicandi, &

 inter-

interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinibus Apoſtolicis, Priuilegijs quoque Indultis, & Literis Apoſtolicis Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumq; Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & alijs Superioribus prædictis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs Decretis in genere, vel in ſpecie; ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis, & innouatis.

Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficient derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecificata, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret tenore huiuſmodi præſentibus pro plene, & ſufficiẽter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes (illis alias in ſuo robore permanſuris) hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcũque. Volumus autẽ vt præſentium trãſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ præſentibus adhiberetur, ſi fôrent exhibitæ, vel oſtenſæ; quodque eędem preſentes literæ, ſeù illarũ exempla ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Cãpi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris die 2. Iulij 1622. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

S. Card. S. Suſannæ.

Cum autem experientia rerum magiſtra compertum ſit conceſſiones, & gratias viuæ vocis oraculo etiã à S.R.E. Cardinalibus obtentas, & ipſorũ manu firmatas ſæpè ab his, in quorum fauorem emanarunt minus canonica interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ eccleſiaſticæ detrimentum executioni demandari, idcirco quantum cum Domino poſſumus his, & alijs malis occurrere volentes motu proprio ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, & de conſilio nonnullorum venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, quibus negotiũ huiuſmodi maturæ diſcutiendum, commiſimus omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcunq; per Summos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per Nos viuæ vocis oraculo, & S.R.E. prædictę Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuſcunque Generalibus, Prouincialibus, cœteriſq; Superioribus, & perſonis cuiuſuis Ordinis, Congregationis, inſtituti, & Societatis, ſiue ſecularibus, ſiue regularibus, vel etiam ipſis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiã Societati Ieſu, aut eius Clericis, ſeù Presbyteris, alijſque perſonis prædictis quacumque de cauſa etiam de neceſſitate exprimenda, occaſione, prętextu, vel colore, etiam intuitu contem-

platio-

platione, ſeù ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Principum quorumcũque, aut alias quomodolibet conceſſa illorum tenores præſentis pro expreſſis habentes tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac de cætero reuocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque, & effectu vacua perpetuò fore nulliſq; prorſus deinceps ſuffragari poſſe, nec debere declaramus præterea, vt præſentes literæ omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quanto citius innoteſcat omnibus, & ſingulis Generalibus, & alijs quocunq; nomine nuncupatis Superioribus quorumcunque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Ieſu, & inſtitutorum ſub excommunicationis, ac priuationis officiorũ, & dignitatum, nec vocis actiuæ, & paſſiuæ, pœnis ipſo facto incurrendis: præcipimus, & mandamus vt infra tres menſes proximos à die publicationis præſentium cõputandos omnes, & ſingulos Prouinciales eorundem ſuorum Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Ieſu, & Inſtitutorum, de eiſdem præſentibus literis certiores faciant, earũdem præſentiũ exemplaria illis tranſmittant, qui quidem Prouinciales ſub eiſdẽ pœnis teneantur ſingulis Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorũ, & locorũ Regularium præcipere, vt eaſdem præſentes ſubditis ſui, vt moris eſt publicent.

Decernentes præſentes literas etiam ex eo, quod quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint de ſubreptionis, & obreptionis vitio, aut intẽtionis noſtræ, ſeu alio copiam defectu notari, impugnari, inualidari, redargui in ius, vel cõtrouerſiam vocari ad id ad viam, & terminos iuris reduci, ſiue aduerſus illas quodcunque iuris gratiæ, vel facti remedium nullatenus impetrari non poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere ſicque per quoſcũque Iudices, Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores (ſublata eis, & eorum cuilibet quauis altera iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate) iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari non obſtantibus præinſertis Literis huiuſmodi, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit etiam regula noſtra de non tollẽdo iure quęſito Priuilegijs, quocunque Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdẽ Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatis, eorumq; Superioribus quocunque nomine nuncupatis ſub quibuſcunque verborum formis, & tenore, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, cõfirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficiẽti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret illorum omnium tenore præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium Tranſumptis etiam impreſſis ma-

mu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus vbique fides adhibeatur quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ quod quædã præſentes litteræ, ſiue illarum exempla ad valuas Baſilicarum prædictarum, & in acie Campi Floræ huiuſmodi ſimiliter affixa, omnes quos concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatum fuiſſet. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 20. Decembr. 1631. Pontificatus noſtri anno nono.

ORATIONES 40. HORARVM.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non teneantur accedere ad orationes quadraginta Horarum, quæ fiunt extra eorum Monaſteria, & ſic in alienis Eccleſijs.*

1 ORationes quadraginta Horarum, ſi fiant in aliqua Ecccleſia, Regulares minimè poſſunt cogi accedere extra, cum non teneantur Regulares accedere ad Eccleſias extra propria Monaſteria pro celebratione Orationis quadraginta Horarum, ſed quod toti Populo oratio indicitur, tenentur in proprijs Eccleſijs huiuſmodi orationi vacare iuxta declarationem Sacræ Cõgregationis, de qua apud Genuen. in praxi Cur. Archiepiſc. cap. 64. num. 3. & modernè meminit Canon. Nouar. frater in ſumma Bullar. tit. de proceſſionibus nu. 19. pag. 516.

ORDO.

SVMMARIVM.

1 *Abbates nequeunt conferre Ordines Regularibus ſibi non ſubditis.*
2 *Abbates nequeunt conferre ordines Regularibus ſibi non ſubditis etiam cum litteris dimiſſorialibus, nec etiam ſecularibus litteras dimiſſoriales habentibus, & num. 3.*
4 *Abbas quamuis non ſit benedictus poteſt conferre ordines ſuis ſubditis.*
5 *Abbas an poſſit concedere litteras dimiſſoriales.*
6 *Prior Monaſterij S. Stephani de Boſco an poſſit concedere litteras dimiſſoriales, & num. 8.*
7 *Prior Monaſterij S. Stephani de Boſca habet proprium territorium, & in ſuos ſubditos omnimodam exercet iuriſdictionem.*
9 *Abbates nequeunt concedere litteras dimiſſoriales Clerici ſecularibus ſibi ſubditis, & vide nu. 10.*
11 *Abbas ordinarius priuatiuè quo ad Epiſcopum an poſſit ordines conferre.*
12 *Ordines ſacri etiam extra tempora in diebus feſtiuis poſſunt recipi per Fratres Capellanos S. Io. Hieroſolymitani à quocunque Antiſtite abſque Ordinarij licentia.*

1 ORdines minores per Abbates ex noua diſpoſitione Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 10. nequeunt conferri cuiquam, qui Re-

Regularis ſubditus non ſit, vt declarauit ſæpius Sacra Congregatio, & ex recẽtioribus fusè Tamburr. de iur. Abbat. tom. 2. diſput. 2. quæſt. 7. Barboſ. de iure Eccleſiaſtic. vniuerſ. libro primo, capit. 18. à numero octauo, & latiori calamo reaſſumpſimus in noſtro Iure Pontificio nouo concluſ. 5. titulo de ordinibus.

2 Hinc ſequitur illos conferre non poſſe alijs Regularibus ſibi non ſubditis, & ſi dimiſſorias ſpeciales ſuorum Suppriorum, facultatemque Epiſcopi loci Ordinarij obtinuerint, nec etiam alijs ſæcularibus ſuorum Superiorum dimiſſoriales literas habentibus, vt voto Rotæ de mandato Clement. VIII. reſponſum fuiſſe, affirmat Seraphin. deciſ. 985. part. 1. quem reportat Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. allegat. 3. num. 11. part. 2. & Epiſcopo Eugubino reſcripſit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum de an. 1593. ſub die 3. Nouembris, Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub. 6. cap. 2. ſub num. 6. & nouiſſimè Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, Eminentiſſimo Cardinali Giptio referente ſub die 27. Iunij 1631. cenſuit Thomam Narduccium Camplen. promotum ab Abbate de Carropoli Ordinis Cœleſtini cum litteris dimiſſorialibus Vicarij Generalis Camplen. eidem Abbati directis eſſe malè promotum, atque ideò indigere noua promotione, Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. libr. 1. cap. 33. num. 16. tali modo, quod ceſſante, priuilegio, Abbas aliquem tonſurauerit, is tali denuò tonſurandus venit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum ſub die 8. Maij 1627.

4 Benè tamen valebit conferre ordines ſuis ſubditis, quamuis non eſſet benidictus, eadem Sacra Congregatio ſub die 16. Februarij 1619.

5 Quæ licet in vna Theatina 11. Septembris 1621. determinauerit Abbati non licere litteras dimiſſoriales concedere, quamuis probaretur Abbatiam eſſe in ſtatu nullius Diœceſis.

Tamen vltimis temporibus cum ad inſtantiam Monachorum Carthuſianorum eſſet porrecta ſupplicatio in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium pro reuocatione cuiuſdam Ordinis, ab eadem Sacra Congrega-
6 tione emanati, & directi Priori Monaſterij S. Stephani de Bonorne auderet dimiſſorias concedere, & ordines ſubditis ſæcularibus eiuſdem Monaſteri, attento quod deciſionibus, & ſententijs Rotalibus fuerat iam reſolutum dictum Monaſterium ex donationibus Apoſtolica, & ordinaria authoritate fir-
7 matis habere proprium territorium, & in ſuos ſubditos exercere omnimodam iuriſdictionem, eadem Sacram Congregationem ſub die 18. Iunij 1632. referente Eminentiſſimo Cardinali Giptio, cenſuit reuocandam, & tollen-
8 dam eſſe, prout reuocauit ſuſpenſionem, per quam prædicto Priori Carthuſienſi Monaſterij S. Stephani del Boſco, ab eadem Sacra Congregatione prohibitum fuit ſub die 21. Februarij 1631. concedere literas dimiſſoriales ad ordines ſubditis proprijs ſæcularibus.

Et hac occaſione obſeruabis, quod licet ex authoritate Concilij loco citato
9 non deſint affirmantes minimè licere Abbati Clericis ſæcularibus ſibi ſubditis dimiſſoriales literas concedere, vt fuerunt Azor. inſtitut. moral. libro 3. cap. 49. quæſt. 3. tom. 2. Mirand. in manual. prælat. quæſt. 39. art. 5. tom. 1.

Tam-

Tamburrin.in tract.de iure Abbat.diſputat. 2.quæſt.26. tom. 2. nouiter Illuſtriſſ.Epiſc.Ricc.in praxi fori Eccleſ.reſolut.588.part. 4.

10 Tamen in contrarium iuere Rodriq. in compend. quæſt. regular. reſol. 1.num.26.Villalob.in ſumma tract.11.difficult.9.num. 4. tom. 1. quos ad id reportat Diana reſolut moral.par.3.tract. 2. de dubijs regular. reſolut. 95. re-
11 cenſens primæ opinionis ſectatores illam modificare, quando Abbas eſſet Ordinarius priuatiuè ad Epiſcopum, haberetq; ius viſitandi, & Synodum congregandi, aduerſus quem conciliarem diſpoſitionem non ſubintrare autumat ex Gratian. forenſ. diſcept. tom. 1. capit. 112. Campanil. in diuerſ. iur. canon. capit. 8. num. 4. rubr. 9. & Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. allegat 7. numer. 8. part. 2.

12 Ordines ſacri etiam extra tempora in diebus feſtiuis poſſunt recipi per Fratres Cappellanos S. Ioannis Hieroſolymitani à quocunque Antiſtite in quibuſcunque Eccleſijs Regularium nempè & ſæcularium, nulla Ordinarij præcedente licentia, vt legitur in Bulla Pij V. incipit Circumſpecta, & probat Barboſ.in tract.de offic & poteſt.Epiſc.alleg.4.n.65.p. 2.

Et reſpectu aliorum Regularium firmant ſic pariter Villalob. in ſumma tom.1.tract.11.difficult.13.Homobon.de exam.Eccleſ.tom.1.tract.2.capit.1. quæſt.3. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 188. & alij plures, quos nouiſſimè recollegit Antonin. Dian. reſol. moral. part. 3. tractat. 2. de dub. regular. reſolut. 31. vbi teſtatur de praxi, & alios contradicentes reperies, inter quos fuerunt Vaſquez in 3 part. tom. 3. diſp.246.c.5.n.50.& Suar. de legib.lib.8.cap.17.num. 8.

PATRINI.

SVMMARIVM.

1 *Abbates, Monachi, & Religioſi clauſtrales patrini in Baptiſmo eſſe nequenut, limita ſi ſupradicti eſſent Epiſcopi, & num. 2.*

1 PAtrini in Baptiſmo nequeunt eſſe Abbates, Monachi, & religioſi ſaltem clauſtrales, ad text. in c. non licet Abbati, de conſecr. diſt. 4. probant Reginald. in praxi fori pœnitent lib. 31. num. 157. Galganet. de iure eccleſiaſt. lib. 3. tit. 85. à num 25. Rebell. de obligat. iuſtit. lib. 3. quæſt. 6. num. 10. part. 2. Pont. de impedim. matrim. cap. 24. §. 1. verſ. excluſi, Bonacin. de matrim. quæſt. 3. punct. 5. §. 2. num. 23. Laiman. in ſumma theolog. moral. lib. 5. tract. 2 cap. 9. num. 3. Tamburrin. de iure Abbat. tom. 2. diſput. 4. quæſt. 2.

2 Ceſſat tamen huiuſmodi prohibitio, quando Regulares eſſent Epiſcopali dignitate inſigniti, vt declarauit Sacra Congregatio exemplo Gregorij, qui ex Religione promotus in Cardinalem factus eſt Mauritij Imperatoris compater, vt teſtantur Rodriq. quæſt. regular. t. 2. q. 58. art. 3. Sanch. in ſumma lib. 6. cap. 6. n. 24. tom. 2. Lopez in l. 65. Hiſpan. in verbo maioral. tit. 5. part. 1.

PAV-

Digitized by Google

PAVPERTAS.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas eſt vnum de votis Religionis.*
2 *Regulares proprium habere nequeunt.*
3 *Declaratio Sacræ Congregationis in hac materia reportatur.*

1 PAupertas eſt vnum de votis Religionis, quod emittitur, & ex vi præcepti eccleſiaſtici illa religioſis indicitur, ad text. in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. cap. cum ad monaſterium, cap. ſuper quodam de ſtat. monach.

Inde vigore Sacri Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 2. Regularibus vtriuſque ſexus minimè licet habere proprium, ſiuè mobile, ſiuè immobile, ſit, & cuiuſcunque qualitatis, nec illa nomine Monaſterij poſſidere, ſed illa tenentur Superiori tradere, vt Monaſterio incorporentur, qui Superior neque poterit impartiri licentiam illis vtendi etiam ad vſumfructum, vel vſum, licet reſpectu mobilium Superiores permittere valeant, vt eorum ſuppellex paupertatis ſtatui, quam profeſſi ſunt conueniat, nihilque ſuperflui in ea nihilque quod ſit neceſſarium eis denegetur.

Viget pariter Decr. Clement. VIII. pro reformat. Regular. vt meminimus in praxi elect. & variat. fori quæſt. 61. ſect. 2. vbi nonnulla ad materiam, quod
3 quidem Decretum approbatum, & innouatum reperitur à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Concilij Interpretum authoritate S.D.N. Vrbani VIII. in decret. de Apoſtat. & Eiect. cuius hæc ſunt verba.

Quo Tridentini Concilij Decreta de paupertatis voto cuſtodiendo fidelius obſeruetur, præcipitur vt nullus ex Fratribus, etiam ſi Superior ſit bona immobilia, vel mobilia aut pecuniam, prouentus, cenſus, elemoſinas, ſiuè ex concionibus, ſiue ex lectionibus, aut pro miſſis tam in propria Eccleſia, quàm vbicunque celebrandis, alioue ipſorum iuſto labore, & cauſa, & quocunque nomine acquiſita, etiam ſi ſubſidia conſanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus poſſidere poſſit, ſed ea omnia ſtatim Superiori tradantur, & Conuentui incorporentur, atque cum cœteris illius bonis redditibus, pecunijs, ac prouentibus confundantur, quò communis inde victus, & veſtitus omnibus ſuppeditari poſſit. Neque Superioribus quicunque illi ſint, vllo pacto liceat eiſdem Fratribus, aut eorum alicui bona ſtabilia etiam ad vſumfructum, vel vſū, adminiſtrationem, aut commendam etiam depoſiti, aut cuſtodiæ nomine accedere. Eorum verò, quæ ad neceſſitatem conceſſa erunt, nullus quicquam poſſideat, vt proprium, veque vt proprio vtatur. Qui in præmiſſorum aliquo deliquerit, pœnas nedum à Concilio Tridentino præſcripras, ſed alios quoq; multò grauiores Superior arbitrio imponendas incurrat. Nulla quæcunque Superiorum diſpenſatio, nulla licentia, quãtum ad bona immobilia, vel mobilia, Fratres excuſare poſſit, quominus culpæ, & pœnæ ab eiuſdem Concilij Decretis impoſitæ, & ipſofacto incurrendæ, obnoxij ſint, etiam ſi Superiores

aſſe-

aſſeuerent,huiuſmodi diſpenſationes,aut licentias concedere poſſe,quibus in ea re fidem adhiberi minimè volumus. Fratrum veſtitus, & ſuppellex cellarum,ex communi pecunia comparetur,& omninò vniformis ſit Fratrum, & quorumcunque Superiorum,ſtatuique paupertatis,quam profeſſi ſunt, conueniat; ita vt nihil ſuperflui admittatur, nihil etiam quod ſit neceſſarium, alicui denegetur.Quæcumq; Fratrum veſtes, ſiuè laneæ, ſiuè lineæ omniſq; alia ſuppellex in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ibique ab vno,vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligẽter cuſtodiantur,vt inde Superioris arbitrio,prout vnicuique opus fuerit, ſumminiſtrari opportunè poſſint.

Sed quia de obligationibus Religioſorum ratione voti paupertatis per plura practicabilia conglomerauit nouiſſimè Lezana in ſumma quæſt. regular.cap.6.nè explanare videar ad illum Lectorem relego, & vide pariter, quæ diximus verbo poſſidere,& in verbo proprietas,& in verbo voto votum.

PLANETÆ.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in Eccleſiis proprijs poſſunt vti planetis plicatis.*

1 PLanetis plicatis in miſſa vti valent Regulares in Eccleſijs proprijs inſignioribus, ita Sacra Congregationem Rituum determinaſſe apud Alcocer in ſuo ceremoniali, oſtendit moderniſſimè Gauant. in man.Epiſcop. in verbo miſſa conuentualis num.15.

PONTIFICALIA.

SVMMARIVM.

1 *Pontificalium vſus quibus Abbatibus ſi conceſſus.*
2 *Abbas Commendatarius prohibetur vti inſignibus pontificalibus, niſi ex ſpeciali priuilegio.*

1 POntificalium vſum ſunt per plures Abbates, qui ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ priuilegio habent, vt ſunt Abbates Canonicorum Regularium Lateranenſium,vt videre eſt in libro priuilegiorum illius Ordinis Mediolani impreſſo de anno 1606 & Congregationis S. Saluatoris Bononien. per Innocentium VIII. vt patet ex Bulla eiuſdem Pontificis ſub dat. Romæ apud S.Petrum,pridie Idus Nouembris 1489. Camaldulenſes per Leonem X. Cœleſtini per Eugenium IV. vt refert Rodriq. in collect. priuileg. pro regular. Bulla 18.eiuſdem Pontificis, & vniuerſaliter per Paulum V. ſub data Romæ 29. Ianuarii anno ſui Pontificatus 11. & habetur in appendice Bullarij noui Cherub.Bulla 6.alias 94. Caſſinenſes, alias S.Iuſtinæ de Padua per Eugenium IV.ſub dat.Florentiæ 7.Kalend.Iunii 1442.Vallumbroſani quamplurimi per

Gregorium IX. ſub dat. Auenioni 11. Kalend. Iulij, Pontificatus ſui anno 11. Pauli V. Montis Oliueti, per Vrbanum IV. ſub dat. apud Vrbem veterem 2. Idus Septembris ſui Pontificatus anno 3. per Iulium II. Montis Virginis, & habetur in tom. 1. Bullarij noui Bull. 6. & denique Præmonſtratenſes, vt in libro priuilegiorum ſui Ordinis Bull. 107. tom. 2. vide Tamburr. in tract. de iure Abbat. diſp. 30. quæſt. 1. à num. 14. cum ſeq. tom. 2. fusè ex nu. 26. probans Abbatem Commendatarium inſignibus Pontificalibus vti non poſſe niſi ex ſpeciali priuilegio id concedatur, & nouiter addas Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. tit. de Abbatibus cap. 17. à num. 55.

POSSIDERE.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidere bona ſtabilia, quæ Monaſteria poſſunt.*
2 *Moniales cuiuſcunque Ordinis poſſunt poſsidere bona ſtabilia in communi.*
3 *Moniales de ſecundo Ordine S. Claræ, Vrbani IV. regulam profitentes poſſunt poſsidere bona ſtabilia.*

1 POſſidere, & retinere, poſſe bona ſtabilia omnes Conuentus, ſeù Monaſteria Mendicantium (Capuccinis exceptis, & Minoribus de Obſeruantia) patet ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3. ad cuius ornatum præ cæteris ex recentioribus Frater Ioannes de la Cruz de ſtatu relig. lib. 1. cap. 4. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. q. 8. Mirand. in manual. prælat. quæſt. 11. art. 6. & quæſt 28. art. 1. tom. 1.

Poſſidere, ſeù bona ſtabilia in communi habere moniales omnes cuiuſcunque Ordinis poſſe non obſtante earum regula reperio declaraſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium de anno 1556. ſub die 16. Ianuarij in vna Parmen. refert Sellius in ſelect. canon. cap. 16. n. 3.

3 Poſſidere bona immobilia poſſunt moniales de ſecundo Ordine S. Claræ Vrbani IV. regulam profitentes, & propterea ſub Decreto Sacri Concilij Tridentini cap. 3. ſeſſ. 25. de regularib. minimè comprehunduntur, vt ſtatuit Sacra Concilii Congregatio, probat Aldan. in compend. canon. reſolut. tit. 8. num 4. lib. 1.

POENITENTIATI.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiati Regulares à ſancto Officio Inquiſitionis, etiam ſi expleuerint pœnitentiæ tempus, ſunt inhabiles ad officia.*
2 *Pœnitentiati non poſſunt rehabilitari ad officia niſi à Papa, vel Sacra Congregatione Inquiſitionis.*
3 *Pœnitentiæ ſalutares, quæ dicantur.*
4 *Pœnæ de qua hic quando non incurrantur.*

1 Pœ-

1 POenitentiati Regulares à ſancto Officio Inquiſitionis, etiam ſi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint, ſunt inhabiles, eo ipſo ad omnes gradus, & officia ſuæ Religionis exceptis illis, quibus ſalutares pœnitentiæ impoſitæ fuerint, & illos promouentes incurrunt etiam ipſo facto in priuationem ſuorum officiorum, ac præterea vocis actiuæ, & paſſiuæ, iuxta
2 Decretum S. D. N. Vrbani VIII. anno 1626. vbi etiam adiungitur tam prędictos pœnitentiatos, quam illos promouentes non poſſe rehabilitari niſi ab eodem S. D. N. vel à Sacra Congregatione ſanctæ Inquiſitionis coram Sanctitate ſua habenda Peirin. tom. 2. priuileg. Minim. in Conſtit. 9. Pauli V. num. 29. meminit recenter Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 15. num. 35. vbi quod pœnitentiæ ſalutares dicuntur illæ, quæ extraiudicialiter, & priuatim infliguntur, vt ſunt ieiunia, diſciplinæ, orationes, &c. Peirin. vbi ſupra, idem credens de aliquibus reprehenſionibus, admonitionibus, ſeu etiam correctionibus, quæ dari ſolent aliquibus in dicto ſancto Tribunali, Declaratum eſt autem ſæpius, & præciſè 27. Decembris 1632. pœnas prædictas in hoc decreto non incurri ab ijs Regularibus, qui ante illud pœnitentiati ſunt à S. Officio, ſed ab ijs, qui poſtea.

PRÆCEDENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia ſi controuertatur inter Regulares ab Epiſcopo loci Ordinario decidatur amota appellatione, & ſine figura iudicij, n. 2.*
3 *Cauſæ præcedentiarum ex vi Sacr. Concil. Trident. an ſint agitandæ ordinariè, & in illis dari terminus.*
4 *Præcedentia non debetur Regularibus ſupra Clericum ſæcularem.*
5 *Clericus ſæcularis præcedit Regularem etiam in Eccleſia Regularium.*
6 *Præcedentiam habet, qui prius in loco obtinuit Monaſterium.*
7 *Monaſteria plura eiuſdem Ordinis in vna Ciuitate vbi exiſtunt, quę debeant præcedere, & num. 8.*
9 *Carmelitæ an habeant pręcedentiam ſuper Fratres B. Mariæ de Mercede.*
10 *Ciſtercienſes an præcedant Mendicantes, & n. 11.*
12 *Præcedentia Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia datur ſupra Fratres Minores Conuentuales, & quid ſupra Fratres tertij Ordinis, n. 13.*
14 *Præcedentia à Capuccinis eſt tribuenda in proceſſionibus Regularibus, qui incedunt ſub propria cruce, & loco.*
15 *Præcedentia debetur Cæleſtinis ſupra Oliuetanos.*
16 *Præcedentia datur Regularibus S. Dominici omnibus alijs Religioſis cuiuſcunque Ordinis Mendicantium.*
17 *Præcedentia quomodo præſtetur inter Ordines Mendicantium, & B. Ioannis Dei.*
18 *Præcedentia in Cappella Pontificia datur Procuratori Generali Obſeruantium.*
19 *Præcedentia datur Monachis Caſſinenſibus quoad Canonicos Regulares Lateranenſes.*
20 *Præcedentia antiquitatis ſeruanda eſt inter Milites magnæ Crucis eiuſdem Ordinis.*

Præ-

Præcedentia inter Moniales oritur à die profeſſionis.

21 *Præcedentia debetur Silueſtrinis ſupra Mendicantes, vbi à quæſtuando deſiſtunt, & num. 22. & 23.*

1 PRæcedentia in proceſſionibus funeralibus, & ſimilibus, ſi controuertatur inter Regulares etiam exemptos, illius deciſio eſt facienda ab Epiſcopis locorum Ordinariis amota appellatione, vt elicitur ex Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 13. breui ſcilicet manu ſummariè, & de plano,
3 ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt extitiſſe iudicatum à Sacra Eminentiſſ. Cardinalium eiuſdem Concilij Interpretum Congregatione, patet apud Armendariz in addit. a recopil. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. de proceſſ. nu. 10. Leon. in theſaur. fori Eccleſ. cap. 8. num. 18. par. 1. Salgad. de protectione regia part. 2. cap. 9. num. 15. tom. 1. vbi nu. 99. affirmat ſupradictam conciliarem diſpoſitionem d. cap. 13. minimè tollere appellationem deuolutiuam, quod pariter firmauit Rota in Coloniæ præcedentia, & probat poſt cæteros Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 78. num. 26. part. 3. & omnino videas, quæ ſcripſimus forenſ. quæſt. 13. part. 2. vbi ſatis appoſitè per plura ad ornatum Conci-
3 lij reperies, dum ibidem diſcuſſimus, ſi cauſæ præcedentiarum ex vi Concilij loco indicato ſint agitandæ ordinariè, & in illis dari terminus, quando lis de illis eſt formiter introducta coram Epiſcopo, & affirmatiuam tutati ſumus opinionem, vt latius ibidem reperies, & me citato in illo loco ſequitur Canonicus Nouarius frater in ſumma Bullar. tit. de præcedentia in proceſſionibus ſub num. 9. vbi per plura recollexit in hac præcedentiæ materia ad intellectum vulgatæ Bullæ Gregorij XIII. quæ per te videre poteris.

4 Præcedentia non debetur Regularibus ſupra Clerum ſæcularem, cum
5 in loco Clerus ſęcularis potiatur præcedentia ſupra Regulares etiam in ipſorum Regularium Eccleſijs, & Monaſterijs ex vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine, vt declarauit ſæpius Sac. Rituum Congregatio, & in ſpecie in Elabonenſ. 28. Septembris 1602. in Caſtellæ, & Legionis 30. Augusti 1602. & 6. Septembris 1603. in Mexican. 30. Septembris, & 5. Octobris 1614. in Tullen. 12. Martij 1616. & in Firmana Terræ S. Victoriæ 31. Martij 1618. & in Meſſanen. 7. Auguſti 1621. & alias ita ipſe in facti contingentia requiſitus de voto reſpondi, & nouiter plura coaceruat Vulp. in praxi fori Eccleſ. cap. 34.

6. Præcedentiam Ordinum Mendicantium, & Confraternitatum inter ſe decreuit Gregorius XIII. incip. Expoſcit, quæ ſeruanda eſt circa præcedentiam in proceſſionibus inter Confraternitates laicorum, Sacra Congregatio Rituum in Nepeſina 10. Martij 1608. ac etiam inter Regulares, vt ſcilicet illi præcedant, qui prius habuerint locum, eadem Sacra Congregatio in Tuſcanen. 14. Iunij 1608. præcedunt enim Regulares inter ſe, ſecundum ordinem præ-
6 ſcriptum in dicta Bulla Gregorij XIII. vt ſcilicet ij præcedant, qui prius in loco Monaſterium, & locum obtinuerunt, eadem Sacr. Congregatio Rituum in Vrgentin. 23. Maij 1603. & Cuſentin. 1. Martij 1614. in Terracinen. 30. Septembris 1614. Roſſanen. Terrænouæ 14. Februarij 1615. & Aggrigentin. Terræuari 4. Aprilis 1615. & in Spoletan. 16. Auguſti 1618. in Oritan. Terrę Trabæ 19. Septembris 1619. & Tudertina Terræ Altaris 1620. meminit nouiſſi-

uiſſimè Barboſ.in tract.de iure Eccleſ.vniuerſ.lib. 1. tit. de ſtat. & vita regular.
7 cap.43.num.181.& ſeq.vbi num.192. annuit, quod ſi in vna Ciuitate, vel loco ſint plura Monaſteria eiuſdem Ordinis diuerſis temporibus fundata, eadē Sacra Rituum Congregatio reſpondit, & declarauit, quod Fratres Minores de Obſeruantia, iuxta Conſtitutionem Gregorij XIII. præcedentiam dandam eſſe Ordini, qui prius in loco Monaſterium habuit, & non tantum illi Monaſterio, ita vt per fundationē primi Monaſterij in illo loco acquiratur anterioritas eiuſdem cuilibet alii poſterius fundato eiuſdem Ordinis, idem quoque ſer-
8 uandum eſſe, quando præcedentia competit ex quaſi poſſeſſione, & iure præcedendi in terminis dictæ Conſtitutionis, & quando concurrunt ad proceſſiones tam publicas, quam priuatas omnes eiuſdem Ordinis Fratres vnitè, & non diuiſim debere præcedere, ita vt poſt Crucem Fratres ſtrictioris Obſeruantiæ immediatè incedant Diſcalceati, & Recollecti, vel Reformati vniti, & poſt illos Fratres de Obſeruantia dicti ſi iuxta Regularia Ordinis ſtatuta, vel ex quaſi poſſeſſione, & iure præcedendi, præcedentiam habent, alioquin præcedentia ſeruetur etiam inter eiuſdem Ordinis Fratres anterioritas fundationis Monaſterij cuiuſque; nec Monaſteria alterius Ordinis debere, nec poſſe impedire frui dicto iure præcedentiæ, neque Ordinem incedendi peruertere, & ita ſub die 3. Iunii 1617. autumat eandem Sacram Congregationem declaraſſe.
9 Præcedentia iuxta votum Sacræ Congregationis in vna Carmelitanen. & Mercedis 21. Auguſti 1604. fuit præſtita Carmelitis, ſupra Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, idque etiam fuerat declaratum de anno
10 1602. ſub die 15. Nouembris per Clementem VIII. in ſua Bulla incipit Decet, qui præcedentiam pariter Monachorum Ciſtercienſium Reformatorum Ordinis Beatæ Mariæ Fulien. ante Ordines Mendicantes poſuit, vt patet in Bulla eiuſdem incip. Regis, quæ fuit lata de anno 1599.
11 Et præcedentiam à Mendicantibus ſemper, & vbique tribuere debere Monachis, Sacra Congregatio Rituum cenſuit de anno 1619. ſub die 23. Martij in Metropolitana.
12 Præcedentia Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia datur ſupra Fratres Minores Conuentuales, vigore Bullarum Leonis Papæ X. promulgatarum in anno 1517. quarum vna incip. Omnipotens Deus, altera incipit Licet, & adde alias eiuſdem Pontificis incip. Et ſi pro iniunctæ, editam de anno 1521. in qua declaratur Obſeruantes ſuccedere in omnibus, & ſingulis prærogatiuis præcedentiæ, quibus potiebantur Conuentuales, quando eorum in poſſe reſidebat Miniſtri Generalis officium, & adde Tamburrin. in tract. de iur. Abbat. diſp. 25. quæſit. 8. num. 4. tom. 1.
13 Sed non reticeam dicere, ceſſare præcedentiam reſpectu Fratrum Sancti Franciſci de Obſeruantia ſupra Fratres de Obſeruantia ſupra Fratres tertij Ordinis, quoties iſti in loco controuerſiæ prius Conuentum, ſeù Monaſterium obtinuerunt, vt non vna vice declarauit Sacra Congreg. nempè in vna Roſſanen. Terrænouæ de anno 1615. ſub die 14. Februarij, & 15. Iulij 1616. & in alia Tudertina Terræ Alaſſæ de anno 1620. ſub die 14. Ianuarij.
14 Præcedentia à Capuccinis eſt tribuenda in proceſſionibus illis Regularibus,

bus,qui propria ſub Cruce,& proprio in loco incedebant,antequam ipſi propria vterentur Cruce vide in verbo Capuccini, & ita deciſum habes nouiter apud Vulp.in praxi fori Eccleſ.cap.34.num.33.& 34.vbi hæc ſunt.

Capuccini autem, qui in proceſſionibus abſque Cruce propria,incedebant ſub Cruce Fratrum Minorum Conuentualium S. Franciſci ad tollendas diſſenſiones,quæ inter ipſos, & Fratres dicti Ordinis Minorum Conuentualium oriebantur,obtinuerunt à Sanctiſs. Domino Paulo V. vt poſſent deferre Crucē propriam,q͂ fuit conceſſum per Breue Sanctitatis Suę,quod incip.Paſtoralis officij,ſub Annulo Piſcatoris die 12.Octobris 1617. Pontificatus ſui an.13.

Et cum poſt conceſſam dictis Fratribus Cappuccinis propriæ Crucis erectionem,& delationem orta eſſet controuerſia inter ipſos Fratres, & Regulares aliorum Ordinum circa præcedentiam in proceſſionibus, Sacra Congregatio edidit Decretum tenoris ſequentis.

Congregatio Sacrorum Rituum ad tollendas controuerſias,quæ poſt cōceſſam Fratribus Cappuccinis propriæ Crucis erectionē inter Regulares,circa præcedentiam in proceſſionibus ortæ ſunt, Illuſtriſſimo Mellino referente, Cappuccinos cedere debere dignorem locum ijs Regularibus, qui ſub propria Cruce, & in proprio loco in proceſſionibus incedebant, antequam ipſi Crucē propria m deferrent; die, Sabbati 23. Martij 1619. Anton. Maria Epiſcop. Hoſtienſ.Card.Gallus.Petrus Ciammariconus Secretar.

15 Præcedentia debetur Cœleſtinis ſupra Oliuctanos, quia ſunt antiquiores origine,& confirmatione Apoſtolica,vt cenſuit Sacra Congregatio, & determinauit Rota apud Caualer. deciſ.388.& 594.Burat.deciſ.877.

16 Præcedentia datur Regularibus S.Dominici omnibus alijs Religioſis cuiuſcunque Ordinis Mendicantium,vt legitur in Bulla Pii V.incipit. Diuina, quæ fuit promulgata de anno 1566.ſub die 27.Auguſti, & in bulla Clementis VIII.incip.inter cætera, Tamburrin. de iure Abbat.diſput.25.quæſit.8.tom. 1.Canon.Nouarr. frater meminit in ſumma Bullar. tit. de præcedent. in proceſſion num.14.& ad materiam latè D.Reg.Valenzuel.conſ.1.lib.1.

17 Præcedentia vt præſtetur inter Ordines Mendicantium, & Confratres B. Ioanni Dei ſeruanda eſt bulla edita per Gregorium XIII. ſub die 15. Iulij de anno 1583. à tempore autem, quo præfati Confratres Religioſi fuerunt declarati, vt legitur in bulla S.D.N.Vrbani VIII.incip. Commiſſi quam promulgauit de anno 1627.ſub die 26.Nouembris.

18 Præcedentia in Cappella Pontificia datur Procuratori Generali Obſeruantium reſpectu Procuratoris Fratruum Conuentualium, vt declarauit Sacra Congregatio Rituum de anno 1602.ſub die 25. Ianuarii in vna Romana,vt latius reaſſumit, imò propria verba reportat Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ.lib.1.cap.43.num.184.

At in reliquis locis ſeruatur bulla Gregorij XIII. vt cenſuit eadem Congregatio de anno 1614.ſub die 30.Septembris in vna Terracinen.

Quæ quidem bulla eſt in viridi obſeruantia etiam reſpectu præcedentiarum inter monachos, vt declarauit Sacra Congregatio Rituum in Saxoferraten. Nucerinen.Diœceſis 14.Maij 1614.& alias de anno 1618.

19 Præcedentia non datur Monacis Caſſinenſibus quoad Canonicos Regula-

P

gulares Lateranenſes, vt patet in Bulla Pii V. incip. Cum alias, promulgata de anno 1568. quia tales Canonici Regulares pręcedunt omnes alios Regulares poſt Clerum ſæcularem, vt in bulla eiuſdem incip. Cum exordinum.

20 Præcedentia antiquitatis eſt ſeruanda inter Milites magnæ Crucis eiuſdem Ordinis, non autem inter Milites diuerſi Ordinis, ita decidiſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium in vna Meliten. de anno 1609. de menſe Maii, refert Barboſ. in tract. de iur. Eccl. vniuerſ. c. 43. n. 193. lib. 1. tit. de ſtat. & vita regular.

21 Præcedentia inter moniales oritur à die profeſſionis, nec à tempore habitus receptionis, quod ſi ambo ſimul profeſſionem emitterent, per prius ad habitum admiſſa præcedentiam habere debet, & ſi vna eademque hora omnes admiſſæ fuerint, data pariter ſingularum profeſſionis paritate, tunc præcedentia debebitur, quæ per prius in capitulo acceptata fuit, ita determinauit Sacra Eminentiſſimorum Concilii Interpretum Congregatio de anno 1608. in vna Paduana, ſicque in facti contingentia conſultus reſpondi.

21 Præcedentia debetur Silueſtrinis ſupra Mendicantes vbi à quæſtuando deſiſtunt, vt de anno 1617. ſub die 19. Maii declaraſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, patefacit Barboſ. in ſuo tract. de iur. Eccl. vniuerſ. lib. 1. tit. de ſtat. & vit. regular. capitul. 43. num. 185. vbi quod orta controuerſia inter Regulares Ordinis Silueſtrinorum ex vna, & Regulares Ordinum Mendicantium in Diœceſi Nucerina commorantes partibus ex altera de, & ſuper quæſtione, & præcedentia in proceſſionibus, Sacra Epiſcoporum Congregatio ſub die 24. Iunii 1617. cenſuit dictos Silueſtrinos tanquam poſtremos in dicta Diœceſi commorantes, aut à quæſtuatione in poſterum abſtinere, vel in proceſſionibus vltimum locum iuxta diſpoſitionem Bullæ Gregorii XIII. obtinere debere, die autem 19. Maii eiuſdem anni; eo quia à quæſtuando ſe abſtinuiſſe Sacræ Congregationi expoſuerunt, Sacra eadem

23 Congregatio pręcedentia eiſdem Silueſtrinis dandam determinauit.

De præcedentia autem Abbatum, & aliorum Prælatorum inferiorum tàm ſæcularium, quàm Regularium inter alios, & inter ipſos, quia ſatis manu larga ſcribit Tamburin. in ſuo tract. de iure Abb. diſp. 25. à quæſt. 1. cum ſeq. tom. 1. illius remiſſione contentus, hic calamum requieſcere facio, vide ibi, nec pigebit.

PRÆCEPTORIÆ.

SVMMARIVM.

1 *Præceptoriæ, ſeu Commendæ Religionis Hieroſolymitanæ ſunt veri tituli, & beneficia Eccleſiaſtica, & an idem ſit reſpectu Ordinum S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, num. 2.*

1 PRæceptoriæ, ſeu (Commendæ) Religionis Hieroſolymitanæ ſunt veri tituli, & beneficia Eccleſiaſtica, vt deciſum eſt à Rota apud Put. deciſ. 382. lib. 1. Garc. de benefic. capitul. quarto, numero primo, part. prim. ob id-

ob idque in eis locum habere clementin. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſ. voluit Rota in Mileuitana Prioratus Nauarræ, 11. Ianuarij 1627. coram Eminentiſſ. Cardinali Virili, & alias vt apud Mohedan. deciſ. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & Rota in recent. deciſ. 569. parte ſecunda, & de ambobus nouiſſime
2 videndus eſt Barboſ. de iur. Eccleſiaſtic. vniuerſ. lib. 3. capitulo ſeptimo, vbi pariter annuit, quod licet idem ſit, ſecundum aliquorum opinionem reſpectu Præceptoriarum Ordinum Sancti Iacobi Calatrauæ Alcantaræ, & ſimilium, in quibus Milites non profitentur omnimodam caſtitatem, tamen probabiliorem agnoſcit contrariam, opinionem, quam inter cæteros tutatur ex recentioribus Cabed. de patronatibus Regiæ Coronæ capitulo 15. à num. 15. cum ſeq. vbi ſuſtinet tales Præceptorias, ſiuè Commendas non eſſe eccleſiaſtica beneficia.

PRÆDICARE.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in eorum Eccleſiis prædicare volentes, non indigent licentia Ordinarij, ſed ab eorum Suprioribus ſunt approbandi, & petere benedictionem, licet non concedatur, num. 2.*

3 *Epiſcopos nequit prohibere Regularibus, ne in eorum Eccleſiis prædicent, ſecus in Eccleſiis non ſui Ordinis, & n. 2.*

3 *Epiſcopus nequit prohibere Regularibus ne in eorum Eccleſiis prædicent, ſecus in Eccleſiis non ſui Ordinis, & num. 4.*

5 *Licentia prædicandi ab Epiſcopis, gratis eſt concedenda.*

6 *Prædicare nequit ſæcularis, nec Regularis etiam in Eccleſiis ſui Ordinis Epiſcopo contradicente, & num. 7.*

8 *Regulares in alienis Eccleſiis prædicantes abſque Epiſcopi licentia, ab eodẽ puniũtur.*

9 *Pœna Regularis prædicantis in aliena Diæceſi cum licentia Epiſcopi, non autem ſui Superioris, remiſſiuè.*

10 *Regularibus idoneis prædicare volentibus, licentia non eſt deneganda.*

11 *Regularis abſque cauſa non poteſt ſuſpendi à prædicatione.*

1 PRædicare quoties volunt Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordinum non tenentur, ab Epiſcopo loci Ordinario licentiam obtinere, ſed ſolum à propriis Superioribus de vita, moribus, ac ſcientia præuio examine approbandi ſunt, & ab eis licentiam obtinere, cum qua ſe perſonaliter coram Epiſcopo ſe præſentare debent, & petere benedictionem, Sacr. Concil. Tri-
2 dent. ſeſſ. 5. de reformat. c. 2. quam benedictionem ſufficere eſſe petitam, licet non conceſſam, ex declaratione Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Concilii Interpretum præ cæteris probant Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ tit. 18. l. 7. de relig. num. 56. lib. 2. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 18. num. 123. Illuſtriſſ. Epiſc. Riccius deciſ. Cur. Archiep. Neap.
3 219. part. 2. tali modo, quod ſi Epiſcopus nedum benedictionem renuerit dare, ſed imò expreſsè prohibuerit nè prædicent, adhuc illo contradicente

in ſui Ordinis Eccleſiis licet illis prædicare, vt cenſuiſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum,& Regularium ſub die 30. Ianuarii 1629. moderne teſtatur Aldan. in compend. reſol. iur. canon. tit. 4. n. 10.
4 Et ſi in Eccleſijs, quæ ſui Ordinis non ſint, prædicare intendant vltra ſuorum Superiorum, pariter Epiſcopi licentiam obtinere debere, qua non præcedente minimè prædicare poſſe elicitur ex eodem Concil. Tridentin. citat.
5 cap. 2. quam licentiam gratis eſſe ab Epiſcopis concedendam, probat ex modernis Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. à num. 6. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſolut. 290. part. 2. & latè plura Lezan. in ſumma quæſt. regular. cap. 20. vbi de Concionatoribus Regularibus, eorumque obligationibus ediſſerit.
Et quamuis ex eodem Sacr. Concil. ſeſſ. 24. de reformat. c. 4. appareat, ne
6 vllus ſæcularis, ſiuè Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo prædicare præſumat, de quo nouiſſimè Vulp. in praxi fori Eccleſ. capit. 42. num. 3. vbi quod per prius vigore Bullæ Pii V. incipit Et ſi Mendicantium, in Eccleſiis ſuorum Ordinum poterant prædicare abſque Ordinarii benedictione, ſed per Bullam Gregorii XIII. incipit. In tanta rerum mole fuit redacta ad terminos Iuris, communis, & Concilii Tridentini.
Tamen nè contrarietas videatur eſſe cum alleg capitul. 2. eiuſdem Concilii putarunt Mirand. in manual. prælat. tom 1. quæſt. 50. artic. 3. concluſ. 1. & Bar-
7 boſ. in tractat. de pot. Epiſc. alleg. 76. num. 20. mentionatum. Decretum d. cap. 4. de non prædicando contradicente Epiſcopo quoad Regulares intelligendum eſſe & limitandum de illo tempore, & hora, qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe facere ſollemniter prædicari, non verò alias.
8 Prædicare ſi præſumpſerint in alienis Eccleſiis Regulares Epiſcopi licentia non præcedente ab eodem nouiſſimè puniri poſſunt, ex bulla Gregorii XV. incipit Inſcrutabili, in illis verbis: Nè demum habeat Epiſcopus authoritatem coercendi, ac puniendi quoſcunq; exemptos tam ſæculares, quam Regulares, qui in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt abſque Epiſcopali licentia, & in Eccleſijs ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictionè aut ipſo contradicente præſumpſerint. refert nouiter Vulp. in praxi fori Eccleſ. cap. 42. numer. 28. & illos coercere, & punire poſſe etiam cenſuris eccleſiaſticis, fuit declaratum per S. D. N. Vrbanum VIII. in quadam bulla in forma breuis directa Epiſcopo Gienen. ſub dat. 30. Ianuarii 1629.
Licet per prius non potuiſſe puniri ab Epiſcopo, ſed tantum à ſuis Superioribus Regularibus, deciſum referant poſt cœteros Piaſeg. in praxi Epiſcopo part. 2. capit. 3. num. 41. Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 12. capitul. 13. num. 10. Illuſtriſſ. Epiſcop. Riccius in praxi for. Eccleſ. reſol. 401. part. 2. vbi
9 de pœna Regularis prædicantis in aliena Diœceſi cum licentia Epiſcopi, abſque tamen licentia ſui Superioris.
10 Prædicare qui volunt Regulares, ſi fuerint idonei, ſunt admittendi, nec licentia denegari debet, vt deciſum à Sacra Congregatione, fatetur, Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ l. 3. de prædicatorib. num. 8. lib. 4. tit. 30. vbi etiam, quod ſine rationabili cauſa non poteſt ſuſpendere a prædicatione, refert, & ſequitur Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 76. num. 21. vbi num. 22. annuit,

annuit,quod ſi ſuſpendat, non tenetur cauſam exprimere, quare ad hoc prohibendum moueatur,ex deciſione Sacræ Congregationis,de qua apud Leon. in theſaur.fori Eccleſiaſt.c.8.num.9.part.1.

PRÆDICATORES.

SUMMARIUM.

1 *Prædicatores errores, aut ſcandala diſſeminantes per Epiſcopum à prædicatione interdicuntur,necnon contra eos hereſes prędicantes procedere valet,n.2.*

3 *Prędicatores poſſunt eſſe Religioſi Societatis Ieſu, quamuis ordinibus ſacris non fuerint initiati.*

1 PRædicatores, qui errores, aut ſcandala diſſeminant per Epiſcopum à
2 prædicatione interdici debent, ſi autem hæreſes prædicauerint, contra eos etiam quomodolibet exemptos tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatus ſecundum iuris diſpoſitionem, & loci conſuetudinem procedere valet, curando tamen, nè falſis informationibus, vel aliis calumnioſè aliquis eorum vexetur,ita Sacr.Conc.Trident.ſeſſ.5.de reformat. cap. 2. Leo in theſaur. fori Eccleſ. capit. 2. num. 61.part.2.Mirand.in manual.prælator.quæſt. 50.artic.7. tom.1.Campanil.in diuerſ.iur.canon.rubr.12.cap.13.num.21.Barboſ. de poteſt.Epiſc.alleg.76.num.48.& 49.part.3.

3 Prædicatores eſſe poſſunt Religioſi Societatis Ieſu, quamuis Ordinibus ſacris initiati minimè fuerint, vt legitur in Bulla Gregorii XIII. incip. Vigore, promulgata de anno 1584.ſub die 20.Februarii.

PRÆLATI.

SUMMARIUM.

1 *Prælati Regulares habent eandem poteſtatem,& facultatem, quæ Epiſcopis eſt attributa.*

1 PRælati Regulares habent eandem facultatem, quæ Epiſcopis attributa eſt vigore Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1. ita eiuſdem Concilii Eminentiſſimorum Interpretum Sacra Congregatio cenſuit ſub die 3.Aprilis de anno 1621.

PRÆPOSITI.

SUMMARIUM.

1 *Præpoſiti ſunt Miniſtri Religionum,& qui ſunt,num 2.*

3 *Præpoſiti habent vſum pontificalium in Eccleſiis ſuæ iuriſdictionis, ſed nequeunt illis vti in Eccleſiis Regularium.*

1 Præpoſiti ſunt Miniſtri Religionum, à quibus Religioſi reguntur, vt
2 ſunt Abbates, ſiuè Præpoſiti, Magiſtri Generales, item Prouinciales, ac Priores ſiuè Rectores, & ſimiles, ſic inquam declarauit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. & modernè fatetur Barboſ. de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. c. 45. vbi de eorum electione plurima verba facit.

3 Præpoſiti aliqui quamuis habeant vſum pontificalium in omnibus Eccleſiis ſuæ iuriſdictionis, tamen illis in Eccleſiis Regularium vti nequeunt, niſi ipſorum accedat conſenſus, ita Sacra Congregatio Rituum declarauit de ann. 1608. ſub die 10. Maij in præten. nullius.

PRÆSIDENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Præſidentia in electionibus Præpoſitarum, Abbatiſſarum, Prioriſſarum, & Præfectarum Monialium ſpectat ad Epiſcopos locorum Ordinarios, & num. 2.*

1 Præſidentia in electionibus Præpoſitarũ, Abbatiſſarum Prioriſſarũ, & Præfectarum Monialium, ſpectat ad Epiſcopos locorum Ordinarios & ad Superiores Regulares iunctim, qui per ſe, vel per alios intereſſe, & præſidere abſque tamen vlla Monaſteriorum impenſa poſſunt, vt in Bulla Gregorii XV. de Exemptorum Priuilegiis edita de anno 1622.

2 Circa quam ex facto fuit petitum à Sacra Congregatione Eminẽtiſſimorum Concilii Interpretum, ſi vigore ipſius ex illis verbis: Poſſit Epiſcopus vna cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatiſſarum, &c. electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere; ius Abbatiſſas confirmandi Epiſcopis attributum cenſeatur, & negatiuam protulit declarationem, vt teſtatur Lezana in ſumma qq. regular. cap. 25. ſub n. 46. pag. mihi 381.

PRÆSIDENTES.

SVMMARIVM.

1 *Præſidentes Capituli non poſſunt præcipere ſcrutatoribus, nè recipiant ſuffragia vltra certum numerum, & n. 2. & 3.*

1 Præſidentes Capituli non poſſunt præcipere ſcrutatoribus, ne recipiant ſuffragia vltra certum numerum, alias redditur electio nulla, vt deciſum fuiſſe de anno 1625. refert Caſtellin. in tract. de elect. cap. 4. num. 66. addo Illuſtriſſ. Epiſc. Riccium in praxi fori Eccleſ. reſol. 29. part. 4. vbi declarationem apportat per extenſum, vt infra.

2 Quęritur an in electione Superiorum Regulariũ Præſidens Capituli poſſit

præ-

præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto ſanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ ſententiæ tunc recipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus vltra certum numerum electioni ſufficientem, ſed eo completo, dicant Electoribus ad aures vt (ſeruari dicitur) vt dent aliis eorum vota, & an electio hoc modo celebrata ſit valida.

3 Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali conſenſui aduerſatur, omnino improbauit, cenſuitque electiones hactenus celebratas, ſi ſcrutatores præcepto Superioris obtemperantes ſingulorum eligentium vota non receperint, pro Canonicis non habere. S. Cardin. S. Suſannæ. Proſper Fagnanus.

PRIVILEGIA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia conceſſa Regularibus, per oracula viuæ vocis, habent eandem vim cum Conſtitutionibus Papalibus, attamen ſunt reuocata præter ea, quæ S.R.E. Cardinalium manu ſunt firmata, n. 2.*

3 *Oracula viuæ vocis nouiter ſunt caſſata, & abrogata.*

4 *Oracula viuæ vocis non reſpicientia priuilegia, facultates, licentias, nec gratias, ſed declarationes, an cenſeantur abrogata.*

5 *Conceſſiones factæ per viuæ vocis oracula, & effectum ſortita ſunt, non cenſentur reuocatæ, ſed reſpicientes effectum futurum, ſunt reuocata, vt num. 6.*

7 *Priuilegia per contrarium vſum euaneſcunt, & num. 9. quod limita in Regularibus, num. 8.*

10 *Priuilegia per non vſum amittuntur ſpatio centum annorum fauore Ordinis Benedictinorum, quod intelligitur, ſi occaſio vtendi venerit, alias ſecus, n. 11.*

12 *Priuilegia, prærogatiuæ, fauores, & indulta conceſſa Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum confirmantur.*

13 *Priuilegia Mendicantium nè prohibeantur petere elemoſinas, non ſunt abrogata.*

14 *Prædicatores, vel qui publicant indulgentias conceſſas ijs, qui manus auditrices porrexerint, elemoſinas petere nequeunt.*

15 *Priuilegia tàm à Superioribus, quàm à Sede Apoſtolica conceſſa Regularibus Hiſpaniam degentibus ſunt reuocata.*

16 *Priuilegia Regularibus conceſſa, vt poſſint celebrare tempore interdicti, ſunt reuocata.*

17 *Ieſuitæ à quo habuerunt priuilegium vt poſſint legere vbi vniuerſitates extiterunt.*

18 *Priuilegia Minorum S. Franciſci de Paula tàm ſpiritualia, quàm temporalia, à quo fuerunt approbata.*

19 *Priuilegia tàm ſpiritualia, quàm temporalia Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum à quo fuerunt approbata.*

20 *Priuilegium velandi moniales eſt confirmatum Præpoſito Monaſterij monialium Gotieſconien.*

21 *Priuilegia Oblatorum, & Conuerſorum Ordinum Mendicantium communicantur.*

Digitized by Google

22 *Priuilegia omnia cuiuſuis Religionis Ordinibus conceſſa audiendi ſæcularium confeſſiones abſque Ordinarij examine reuocata fuerunt.*

23 *Priuilegia Ordinum Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, an ſint confirmata.*

24 *Priuilegia Regularium etiam ea, quæ vocantur Mare magnum, in his quæ aduerſantur Concil. Trident. reuocata ſunt.*

1 PRiuilegia Regularibus conceſſa per viuæ vocis oracula, quamuis eandem vim habeant, vt aliæ Papales Conſtitutiones Peirin in priuil. Minim. tom. 1. in coſtit. 17. Iulii II. §. 1. immo reuocatis cœteris priuilegijs, non reuocantur talia viuæ vocis oracula, niſi expreſſis verbis indicetur, Henriq. in ſumma tit. de indulgent. cap. 24. num. 8.

2 Tamen ex Bulla Gregorii XV. incip. Romanus Potifex, de qua in Bullar. tom. 4. inter Bullas eiuſdem. 27. in ordine ſunt reuocata omnia, præter illa, quæ propria manu S. R. E. Cardinalium firmata eſſent, & de quibus ipſimet Eminentiſſimi in ſcriptis fidem fecerunt.

3 Sed nouiter S. D. N. Vrbani VIII. in anno 1631. ſub die 20. Decembris motu proprio ſingula prædicta viuæ vocis oracula per ipſum, aut alios Summos Pontifices data, etiam ſi à Cardinalibus firmata ſint quibuſcunque religioſis tàm in particulari, quam in vniuerſali, caſſauit, abrogauit, & annullauit, præcipiens ſub excommunicatione, & aliis pœnis ipſo facto incurrendis, Superioribus Generalibus vt infra tres menſes omnes, & ſingulos Prouinciales de prædicto motu proprio certiores facerent, & ipſis Prouincialibus, vt illum in Conuentibus ſuarum Prouinciarum publicare facerent ſub eiſdem pœnis.

4 Circa quam Bullam obſeruandum exiſtimat Lezana in ſumma qq. regular. cap. 3. ſub num. 21. per illam non videri, caſſari, & aboleri viuæ vocis oracula, quibus Sanctitas Sua, aut alij Summi Pontifices priuilegia Religionibus conceſſa, aut Decreta Summorum Pontificum, aut etiam Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini explicant, aut declarant in concernentibus ad religioſos ipſos, dummodo prædicta viuæ vocis oracula non contineāt aliquam gratiam, priuilegium, aut indultum, ſolum enim reuocantur, & caſſantur omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licentiæ, & gratiæ, quæcunque viuæ vocis oraculo conceſſa, vt in eiſdem literis habetur; alia ergo viuæ vocis oracula, quæ priuilegia, facultates, licentiæ, & gratiæ non ſunt, ſed merè declarationes, aut explicationes, non ſunt abrogata à Sanctiſſimo, Peirin. to. 2. priuileg. Minim in conſtit. 8. Pauli V. n. 1.

5 Inſuper aduertendum putat, quod licet vigore Bullæ Gregorij XV. ſuperius mentionatæ, non reuocentur conceſſiones factæ per viuæ vocis oracula, quæ ſunt ſortita ſuum effectum ante prædictam Conſtitutionem, vt in illa habetur, & declarauit Sacra Congregatio Regularium die 2. Aprilis 1625. Peirin. tom. 2. priuileg. Minim. in conſtitut. 3. Gregorij XV. per Bullam tamen S. D. N. Vrbani, cum nihil tale dicatur, videtur reuocari, ſaltem quatenus reſpiciunt effectum pro futuro tempore, vnde ſi antiquus religioſus habuit gratiam (exempli gratia) à Pontifice ſolo viuæ vocis oraculo, quod

6

eſſet

eſſet Magiſter, Præſentatus, aut quid ſimile à tempore huius Bullæ S.D.N. neutiquam poteſt vti tali conceſſione, licet contrarium etiam probabiliter dici poſſunt, cum id non exprimatur in Bulla Sanctiſs. D.N. Vrbani, ſi enim Sanctitas Sua vellet in hoc coarctare Bullam Gregorij, debebat illud celebrare, ſeù declarare.

7 Priuilegia quamuis per contrarium vſum euaneſcant, cap. cum acceſſiſſent de conſt it. cap. accedentibus, cap. porrò, & cap. recepimus de priuileg. cum latius adductis per Bonacin. de legib. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 8. §. 6 tamen Regulares poſſunt vti ſuis priuilegijs, etiam ſi contra illa habuerint contrarium vſum ita conceſſum per Eugenium IV. Congregationi S. Iuſtinæ Benedictinorum, vt valeant vti priuilegijs, etiam ſi contra illa habuerint contrarium vſum, nouiſſimè poſt alios Antonin. Dian. reſolut. moral. par. 3. tractat. 2. de dub. regular. reſol. 88.

9 Priuilegia per non vſum quamuis regulariter amittantur, vulg. l. 1. ff. de nundin. cum adductis per Capyc. deciſ. 134. Reg. Tapia de conſt. Princip. c. 1. part. 2. Bonacin. de legib. diſp. 1. quæſt. 3. punct 8. §. 5. tamen ex Bulla Pontificia ad fauorem Ordinis Benedictinorum fuiſſe conceſſum nè contra illos niſi per centum annos præſcribantur priuilegia per non vſum, teſtatur Io. de la Cruz de ſtat. relig. lib. 2. cap. 3. dub. 2. concl. 2. quod intelligas, ſi occaſio vtendi venerit, nec ſi fuerint, alias non vſus per tantum tempus nihil operabitur, ad Gloſſam communiter receptam in cap. vt priuilegia, §. illud, in verb. ſemel in anno, verſ. ſi centum annis, de priuileg. Fab. de Anna conſ. 59. num 74. & 75. & conſ. 129. à num. 8. cum ſeq. Io. Vincent. de Anna ſingul. 400. Gizzarell. deciſ. 73. Maſtrill. deciſ. 96.

12 Priuilegia, prærogatiuæ, fauores, & indulta Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum tàm ſpiritualia, quàm temporalia, eorundem perſonis locis, & bonis conceſſa confirmantur à Gregorio XV. in Bulla incip. Iniuncti nobis, edita ſub die 18. Aprilis 1622. vbi tamen excluduntur, quæ non ſunt in vſu, vel fuerunt reuocata, aut ſub aliquibus abolitionibus reperiuntur comprehenſa, vel Sacri Concilij Tridentini Decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, aut Regularibus Inſtitutis aduerſantur, vt latius habes in libello Bullarum recentiorum pag. mihi 9.

13 Priuilegia Mendicantium nè prohibeantur petere elemoſinas non ſunt abrogata per decretum Concilij, ſeſs. 21. cap. 9. de reformat. quia in eo tantum
14 abolentur quæſtores, qui prædicant, vel publicant indulgentias conceſſas his, qui manus adiutrices porrexerint pijs locis, pro quibus petunt elemoſinam non verò in Mendicantibus pro ſui ſuſtentatione quæſtuantibus, iuxta Decretum Pij V. reuocandi ſimiles indulgentias conceſſas porrigentibus manus adiutrices pijs locis, ita cenſuit Sacra Congregatio, & probant Sanchez in ſumma lib. 7. cap 24. num. 7. tom. 2. Roderic. in compend. qq. regular. reſ. 59. num. 5. autumans extare ad fauorem Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum bina priuilegia Papæ Benedicti XII.

15 Priuilegia omnia nèdum a Superioribus, ſed etiam à Sede Apoſtolica conceſſa Regularibus in Regnis Hiſpaniæ commorantibus fuerunt reuocata à S.D.N. Vrbano VIII. vigore Bullæ promulgatæ in anno 1626. ad inſtantiam

tiam

tiam Sacræ Catholicæ Mieaſtatis Phlippi IV. noſtri Monarchæ, vt legitur in Bullario tom.4. inter Bullas eiuſdem 57. in ordine, vbi patet caſſari priuilegia, per quæ ab eorum Prælatorum obedientia eximuntur ex Monaſterijs, & Regularibus domibus ad eorum libitum, & cum ſocijs ſibi benè viſis etiam deſtinatis, etiam Superiorum ſuorum non petita licentia egrediuntur abſque eo, quod ijdem Superiores tam huiuſmodi egreſſum, quàm ſecularium perſonarum, quibuſquis horis ad illorum cellas acceſſum, atque ingreſſum impedire poſſint. Præterea de vno ad aliud Monaſterium, ſeù regularem Domum etiam ipſis Superioribus inuitis tranſeunt nec Choro, & alijs ſpiritualibus exercitijs, minuſq; refectorio cum alijs interſunt.

16 Priuilegia Regularium conceſſa celebrandi tempore interdicti eſſe reuocata per Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. cap.12. declaraſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium fatentur Armendariz in addit. ad recopilat.leg.Nauarræ lib.2.tit.18.l.7.de relig.nu.73.Garcia de benefic. part.5. c.8.n.87.in moderna edit.& latius diximus in verbo interdicta.

17 Priuilegium quod habet Societas Ieſu, ex Pio V. vt poſſint legere etiam in locis, vbi Vniuerſitates extiterunt, de quo etiam in c.1. & 2. de magiſt. ſubſiſtit. procedit quamuis aliqua Ciuitas ſe opponat, prætendens ab immemorabili tempore habere ius prohibēdi, ita decidit Rota Romana de anno 1627. vt latius in deciſ.diuerſ. 71.in nouiſſimis.

18 Priuilegia Minimorum S.Franciſci de Paula, tàm ſpiritualia, quàm temporalia, quatenus ſunt in vſu, nec reuocantur, confirmauit etiam per modum communicationis, & extenſionis, & Sanctiſſ. D. N. Vrbanus VIII. de anno 1624.in Bulla incip.Iniuncti.

19 Priuilegia, gratias, & indulta tàm ſpiritualia, quàm temporalia conceſſa Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum confirmauit Gregorius XV. in eius Bulla incip.Iniuncti,18.Aprilis 1622.

20 Priuilegium velandi Moniales, eſt confirmatum Præpoſito Monaſterij Monialium Gotieſconien.Sacra Congregatio Rituum in Pragen, ſeù Gotieſconien.12.Martij 1618.

21 Priuilegia Oblatorum, & Converſorum Ordinum Mendicātium communicantur, à Leone X.in in Bulla incip.Dudum, edita in anno 1519.

22 Priuilegia omnia etiam per modum communicationis cōceſſa Militijs, Hoſpitalibus, Collegijs, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibuſuis, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, cœteriſque locis pijs, & eorum, ſiue earum reſpectiuè perſonis audiendi ſecularium perſonarum confeſſiones abſque Ordinarij, examine, & approbatione, reuocata fuerunt vigore Bullæ S.D.N.Vrbani VIII.incip. Cum ſicut accepimus, promulgatę de anno 1628. ſub die 12.Septembris.

23 Priuilegia, & indulta Ordini Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, & illis perſonis conceſſorum, dummodo ſint in vſu, vel ſacris Canonibus, Concilij Tridentini Decretis, aut Conſtitutionibus Apoſtolicis non ſint repugnantia, confirmata fuerunt à S.D. N. Vrbano VIII. vigore Bullæ prumulgatæ de anno 1628.incip.Exclementi.

24 Priuilegia omnia Regularium, etiam ea, quæ Mare magnū appellantur,
ſunt

ſunt reuocata in his, quæ Concilio Tridentino aduerſantur per Bullam Pij V. 13. Kalend. Martij 1565. ita deciſum per Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Concilij Interpretum, recenſet Garcia in tract. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 258. tom. 1.

PROCESSIONES.

SVMMARIVM.

1 *Regulares tenentur accedere ad proceſſiones, quod intellige vt num. 2. & 3.*

4 *Regulares non accedentes ad proceſſiones ab Epiſcopo indictas poſſunt puniri cenſuris, & pœnis arbitrarijs, limita vt num. 9.*

5 *Epiſcopus poteſt cogere Regulares in ſua Diœceſi commorantes, vt ad proceſſiones accedant, num. 6.*

7 *Monachus curam animarum exercens in Eccleſia Parochiali vnita Monaſterio cogitur ire ad proceſſiones.*

10 *Ieſuitæ ſunt exempti à proceſſionibus.*

11 *Clerici Regulares S. Pauli Decollati ad proceſſiones accedere non coguntur.*

12 *Monaci Sanctiſſimæ Trinitatis Cauen. non coguntur accedere ad proceſſiones.*

13 *Clerici Regulares Matris Dei Scholarum Piarum ſunt exempti ab acceſſu ad proceſſiones.*

14 *Canonici Regulares Lateranen. non coguntur accedere ad proceſſiones.*

15 *Religioſi Conuentuum Collegiatorum nequeunt cogi ad proceſſiones accedere.*

16 *Fratres S. Hieronymi in Regionibus Hiſpaniæ non coguntur accedere ad proceſſiones.*

17 *Regulares diſtantes à Ciuitate per dimidium militare non poſſint cogi ab Epiſcopo, vt ad proceſsiones accedant.*

18 *Caſſinenſes vltra ſolitum non accedunt ad proceſſiones.*

19 *Regulares habentes priuilegium non accedendi ad publicas proceſsiones, non obligantur ad illas conuenire, quamuis ſæpiùs conueniſſent.*

20 *Proceſſiones in Sanctiſſimi Corporis Chriſti Feſtiuitate in Eccleſijs Regularium fieri nequeunt, limita vt num. 21.*

22 *Dominicani poſſunt facere proceſsionem Sanctiſsimi Sacramenti infra octauam, ſed nequeunt mutare loca, quæ elegerunt, vt num. 23.*

24 *Proceſsiones facere per Parochiam ad Curatos pertinet.*

25 *Regulares nequeunt facere proceſsiones extra clauſtra.*

1 PRoceſſiones vbi ſunt faciendæ Regulares etiam exempti tenentur ad illas accedere, vt in Conc. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 13. & pluries ſtatuendo determinauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, & præcisè in vna Legionen. 24. Septembris 1605. & in Toletana 4. Iulij 1615. &
2 in Ferrarien. 27. Iulij 1609. quæ declarauit eſſe intelligendas de proceſſionibus publicis, conſuetis, vel indictis pro bono publico, aut honore, Leo. in theſauro fori Eccleſ. cap. 2. num. 143. par. 4. Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. de proceſſ. num. 15. Cochier. de iuriſd. in
3 exempt. par. 2. quæſt. 45. num. 109. vt ſunt proceſſiones, quæ fiunt in Litanijs

nijs maioribus, vel minoribus, vel imminente peſte, alioq; flagello, vel in aduentu noui Epiſcopi, aut in Sanctiſſimi Corporis Chriſti Feſto, Campanil. in diuerſ. iur. canon. cap. 13. num. 118. rubr. 12. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neap. 379. par. 4. Leuia in exam. Epiſc. lib. 6. cap. 28. num. 13. & 14. Dian. reſol. moral. par. 3. reſol. 106. tract. 2. de dub. regular.

Et tenentur accedere in numero decenti debito, & conſueto, vt decreuit Sacra Congregatio in vna Caſtellæ, & Legionis 30. Auguſti 1602. refert nouiſſimè Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 43. tit. de ſtat. & vit. regular. num. 166. affirmans num. 166. deciſum ex caterua DD. quos ſecum vehit Re-
4 gulares non accedentes ad proceſſiones ab Epiſcopo indictas puniri poſſe cenſuris, & pœnis arbitrarijs, alijſque iuris remedijs vti poſſe ſeruata tamen Bulla Gregorij XIII. incip. Expoſcit, Gratian. deciſ. Marchiæ 232. Lara de anniuerſar. & Cappellan. cap. 24. num. 14. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſolut. 308. part. 1. & reſol. 210 par. 2. Aldan. in compen. reſol. iur. canon. tit. 8. num. 25. lib. 1. vbi quod Epiſcopus poteſt præcipere Regularibus in ſua
5 Diœceſi commorantibus, vt eant ad proceſſiones publicas, vt in Feſto Corporis Chriſti Litanijs, & Iubileis publicis faciendis, dummodo proceſſio-
6 nes ſint eius generis, quæ comprehendantur in Bulla ſanctæ memoriæ Pij V. incip. Et ſi Mendicantium, & dummodo Regulares non ſint ex illius Conuētibus Collegijs nuncupatis, quæ in eadē Bulla excipiuntur, vt per Aldan. d. tit. 8. num. 25. referens vlterius num. 14. deciſum ſub die 5. Aprilis 1631. quod
7 Monachus curam animarum exercens in Eccleſia Parochiali vnita Monaſterio Ordinis S. Benedicti Curien. Diœceſis cogi poteſt ire ad proceſſiones.
8 Et nullas immunitates Religioni Hieroſolymitanæ obſtare, quo minus eius Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs vocari debeant ad proceſſiones, ac niſi accedant etiam compelli poſſunt, deciſum referunt Armendar. vt deciſum à Sacra Congregatione, fatentur Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. num. 5. de proceſſ. Barboſ. illum referens de poteſt. Epiſc. alleg. 78. num. 11. par. 3. addo Salgad. de protect. Regia part. 2. cap. 9. nu. 103. tom. 1. & Cened. quæſt. canon. cap. 26. num. 17.
9 Cæterùm obſeruabis claudicare ſupradictam regulam reſpectu illorum, qui arctiori in clauſura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, ſed tantum ſtudijs, & lectionibus vacent, non ſunt compellendi accedere ad proceſſiones publicas, vt præceteris deciſum referunt Leo in theſaur. fori Eccleſ. cap. 1. num. 144. Illuſtriſs. Epiſc. Riccius in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 308. part. 1. vt ſunt Carthuſiani, Camaldulenſes, Diſcalceati, & Cœleſtini, referunt Chopin. Monaſt. lib. 2. tit. 1. num. 16. Zypeus in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarrat. lib. 1. tit. de maiorit. & obedient. num. 11. quorum appellatione quoque venire Regulares Canonicos Sanctæ Crucis Conimbricenſis deciſum, poſt alios probat Barboſ. de poteſt. Epiſcop. dict. allegat. 78. num. 17. part. 3.
10 Et à tali onere eſſe exemptos Ieſuitas, mandauit Gregorius XIII. in ſua Bulla incip. Quæcunque, dat. ſub 19. Iulij 1576. eſt in Bullario nouo tom. 2. pag. 404. quoniam huiuſmodi ſanctiſſimæ Societatis Patres ad proceſſiones accedere compelli nequeunt, ſicque indiſtinctè ſeruatur.

11 Vt

11 Vt etiam Clerici Regulares Congregationis S. Pauli Decollati, quod ad proceſſiones, & actus publicos accedere non cogantur, indulſit Sixtus V. in ſua Bulla 5. incip. Rationi, ſub dat. Kalend. Maij 1583. in Bullario nouo tom. 2. pag. 490.

12 Et Monachi Sanctiſſimæ Trinitatis Cauen. quorum Monaſterium eſt immediatè ſubiectum Sedi Apoſtolicæ, non poſſunt ex hoc Decreto cogi ad proceſſiones, tum quia nullius non poſſunt dici exempti, qui nunquam ſubditi fuerunt per pactum confirmatum à Sede Apoſtolica, quod non tollitur, cap. 22. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regularib. vt deciſum à Sacra Congregatione, refert Aldan. in compend. reſol. iuris canonici d. tit. 8. num. 17. vbi etiam

13 num. 13. teſtatur fuiſſe deciſum, quod Clerici Regulares Matris Dei Scholarum Piarum ſunt exempti ab acceſſu ad proceſſiones, vt etiam indulſit S. D. N. Vrbanus VIII. de anno 1629. in ſua Bulla incip. Debitum.

14 Sicque reſpectu Canonicorum Regularium Lateranen. nè cogi valeant ad proceſſiones accedere, cenſuit Sacr. Congreg. de anno 1616. ſub die 30. Iulij.

15 Item Religioſi illorum Conuentuum, qui Collegia nuncupantur ad proceſſiones cogi nequeunt, vt in Bulla Pij V. incip. Et ſi Mendicantium §. 29. meminit Tamburr. de iure Abbat. diſp. 74. quæſit. 8.

16 Similiter idem videmus cautum quoad Fratres S. Hieronymi in Regionibus Hiſpaniæ, quia tales ex priuilegio Pij V. non teneri accedere ad publicas proceſſiones, declarauit eadem Sacra Congregatio de anno 1600. ſub die 14. Ianuarij.

17 Regulares pariter degentes in Conuentibus diſtantibus à Ciuitate per dimidium miliare, nec ab Epiſcopo compelli poſſunt accedere ad proceſſiones, vt deciſum tradunt inter alios Piaſeg. in praxi Epiſc. cap. 3. ſub nu. 47. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 308. num. 2. part. 1. Salgad. de protect. Regia cap. 9. num. 14. part. 2. tom. 1.

18 Et Caſſinenſes Monachi vltra ſolitum, nec accedere ad proceſſiones compelluntur, vt ex declaratione Sacræ Congregationis in vna Placentina 10. Iunij 1602. probat Barboſa in ſuo tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. tit. 43. num. 175. referens num. 176. Regulares habentes priuilegium non accedendi ad publi-

19 cas proceſſiones, non obligari ad illas conuenire, quamuis ſæpius conueniſſent, cum ſit facultatis, & ad libitum ire, vel non ire eis ſtet, nec vllum ius queritur Epiſcopo, licet ab eo vocati acceſſerint, cum præcario dicerentur conueniſſe, ex Calderin. conſ. 8. de regular. Vgol. de poteſt. Epiſcop. cap. 20. §. 2. num. 5. Rub. in aphoriſm. Epiſcop. in verb. priuilegium nu. 5. num. 5. addo Canon. Nouar. fratrem in ſumma Bullar. tit. de proceſſionibus &c. num. 18. & Tamburrin. de iure Abbat. d. quæſit. 8. num. 6.

20 Proceſſiones in Sanctiſſimi Corporis Chriſti Feſtiuitate in proprijs Regularium Eccleſijs fieri nequeunt, quia tantum in Cathedrali Sacramentum in illius Feſtiuitate publicè adorandum proponitur, vt declarauit Sacra Congregatio Rituum in vna Aretina 11. Decembris 1613. & in Gaballicen. Inſulæ 28. Auguſti 1615. & ſub die 18. Februarij 1617.

21 Ceſſaret tamen hoc, quoties in priuilegium aliqua Religio id haberet, vt declarauit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. in vna Mexican. 26. Iunij 1615.

1615. reſpectu Regula: ium S. Dominici refert Barboſ. de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 43. num. 124.

22 At in hoc aduertendum eſt, quod quamuis proceſſionem ſanctiſſimi Sacramenti infra octauam Corporis Chriſti poſſint facere Dominicani per loca, tamen ſi illa elegerint, mutare nequeunt iuxta literas Clement. VIII. ita determinauit Sacra Congregatio Rituum in vna Materanen. de menſe Iunij
23 1629. vbi fuit deciſum non licere Fratribus Dominicanis Ciuitatis Materæ in proceſſione ſanctiſſimi Sacramenti, quam in Dominicam infra octauam Corporis Chriſtu faciunt mutare, aut variare loca ab ipſis ſemel electa, per quæ perſonaliter prima vice ire cœperunt, prout ſic refert idem Barboſ. de offic. & poteſt. Parochi cap. 12. num. 14. & alias cenſuit Sacra Congregatio in Piſaurien. 14. Nouembris 1615.

24 Proceſſionis facere per Parochiam, ad Curatos pertinent, & abſque ipſorũ cõſenſu nullius etiã Regularis illas dirigere poteſt, vt determinauit Sacra Congregatio Rituum in vna Hiſpalen. de anno 1628. ſub die 26. Februarij, refert modernè Sell. in ſelect. canon. cap. 110. num. 32. & Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. deciſ. 90. part. 1. atteſtatur Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam ſtare in pacifica poſſeſſione impartiendi Regularibus licentiam faciendi proceſſiones extra clauſtra, vide Dianam reſolut. moral. tractat. 2. de dubijs regularium reſolut. 77. part. 3.

25 Ita vt proceſſiones à Regularibus extra clauſtra fieri nequeant abſque conſenſu Parochi, quod ſi clauſtris careant Regulares fieri poſſunt intra ambitum, ſcilicet propè muros Monaſterij, ſiuè exeundo à ianua Eccleſiæ, & introeundo per aliam, ſiuè per eandem, & ſemper propè muros Conuentus, niſi cum conſenſu, aut Cruce Parochi, vt deciſum extitit in Sacra Congregatione Rituum vbi ſupra, quam per extenſum reportat Canonic. Nouar. frater in ſumma Bullar. titul. de proceſſionibus Regularium, cuius tenor eſt, vt infra.

Abbas maior, & Vniuerſitas Parochorum Ciuitatis Hiſpalen. citatis Procuratoribus ordinum ſupplicarunt definire, an Regulares poſſint facere proceſſiones extra clauſtra Monaſteriorum, nec non an ſtante cõſuetudine aliqua faciendi proceſſiones extra clauſtra per vias publicas ſine cõſenſu Parochi, talis conſuetudo Regularibus ſuffragetur, & ſit attendenda, & Sacra Rituum Congregatio ad tollendas difficultates, quæ quotidiè oriuntur circa proceſſiones fiendas tàm per Regulares, quàm per Confraternitates in Eccleſijs Regularium inherendo decretis alias in ſimilibus factis, & ſignanter in Cęſarauguſtana 17. Martij 1627. cenſuit in proceſſionibus fiendis tàm per Regulares, quam Confraternitates laicorum ita in poſterum ſeruari debere, vt in Eccleſijs habentium clauſtrum, proceſſiones fieri non poſſint, niſi intra clauſtra, & non extra in Eccleſijs verò carentibus clauſtra fieri poſſunt intra ambitum, hoc eſt propè muros Eccleſiæ, ſiue exeundo à ianua Eccleſiæ, & intrando per aliam, ſiue per eandem, & prope muros Eccleſiæ, extra verò habitum Eccleſię non licere, neq; Regularibus, neque Confraternitatibus facere proceſſiones niſi de de licentia conſenſu, aut cum Cruce Parochi, exceptis tamen illis Eccleſijs, quæ habent in hoc ſpeciale priuilegium faciendi proceſſiones per alia loca,

loca,quibus per hoc decretum Sacra Rituum Congregatio non intẽdit prę-iudicari. die 26.Februarij 1628.

Ex qua quidem declaratione patet habẽtes in priuilegium agendi tales proceſſiones, non poſſe impediri ab Ordinarijs locorum, vt nouiter quoque fatetur Tamburrin.de iure Abbat.diſput. 15.quæſit.8.num.39.tom.1.vbi idem reſoluit in habentibus conſuetudinem faciendi proceſſionem extra clauſtra, vel ambitum ſuorum Monaſteriorum.

PROCVRATOR.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Reformatorum à quo debet eligi.*
2 *Procurator Monaſterij monialium eſt mutandus de triennio in triennium.*
3 *Procurator legitimè conſtitutus ad eligendum non excluditur, dummodo non habeat ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona.*
4 *Regularis poteſt eſſe Procurator pro miſerabilibus perſonis.*
5 *Monachi,& Regulares munus Aduocati,& Procuratoris exercere poſſunt in cauſis miſerabilium perſonarum.*

1 PRocurator Reformatorum debet eligi ab Eminentiſſimo Cardinale Protectore, ita nouiſſimè eſt cautum vigore Bullæ Gregorii XV. incip. Onerosa, editæ ſub die 1. Septembris de anno 1621. circa obſeruantiam Fratrum Minorum de Obſeruantia Reformatorum.

2 Procurator Monaſterii monialium de triennio mutandus eſt, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1615. ſub die 31. Iulii in vna Orien. vt refert Aldan.in compend. reſolut. iur. canon. lib. 4. tit. 2. num.decimo.

3 Procurator legitimè conſtitutus ad eligendum non excluditur, dummodo non habeat ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, ita declaraſſe Sacram Congregationem,habes apud Garc.de benef.cap.4. n. 20. par.5.

4 Procurator eſſe poteſt Regularis pro miſerabilibus perſonis, ita cenſuit Sacra Congregatio, & probant Sayr. in claui regia lib.12.cap.22.num.5.Leo deciſ. Rot.Valent.207. lib.2. & latius videas in ſpeciali tract. noſtro de priuil. miſabil. perſonar. priuileg.88.fol.114. in moderna editione, vbi fundauimus Monachos,& Religioſos munus Aduocati, & Procuratoris in cauſis miſerabilium perſonarum ſubire cogi.

PROCVRATIO.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio alias debita Epiſcopo loci Ordinario viſitanti non debetur, ſi viſitat Eccleſias Parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hieroſolymitana.*
2 *Procuratio non debetur à Regularibus Epiſcopo viſitanti, niſi Parochialem Eccleſiam conuentui ſuo vnitam haberent.*

Pro-

1 PRocuratio alias debita Epiſcopo loci Ordinario viſitanti, ad tex. in cap. 1. de cenſib. in 6. Sacr. Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 3. de qua materia præ cæteris Genuenſ. in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap. 19. & 20. in antiqua editione Ill. Epiſc. Ricc. latè in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 147. vſque ad reſol. 158. part. 4. Ego ipſe in opuſc. noui Iur. Pontific. concl. 5. de viſitat. Armendariz in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. de viſitat. Barboſ. de poteſtate Epiſcopi alleg. 73. p. 3. Piaſeg. in praxi Epiſcop. cap. 3. p. 2.

Minimè quidem debetur Epiſcopo viſitanti Eccleſias Parrochiales vnitas, & dependentes à Religione Hieroſolymitana, ita cenſuit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatio de anno 1630. ſub die 14. Decembris in vna Auguſtana, refert nouiſſimè Aldan. in compend. reſol. canon. lib. 2. tit. 16. num. 9.

2 Procuratio minimè debetur à Regularibus Epiſcopo viſitanti niſi Parrochialem aliquam Eccleſiam Conuentui ſuo vnitam haberent, ita ſub die 11. Ianuarij de anno 1585. cenſuit Sacra Congregatio in vna Spoletana.

PROFANATIO.

SVMMARIVM.

1 *Profanatio ex cauſa conceditur, vt fiat à Clericis Regularibus Societatis Ieſu.*
2 *Profanatio domorum in quibus Moniales habitarunt, & miſſæ celebratæ fuerunt, conceditur.*

1 PRofanatio ex cauſa conceditur, vt poſſit fieri Clericis Regularibus inſignis Societatis Ieſu, at extructio committitur Epiſcopo, ita declarauit Sacra Congregatio de anno 1606. ſub die 15. Aprilis in vna Imolen.

2 Profanatio domorum, in quibus Moniales habitarunt, & diuina recitarunt Officia, & Miſſas celebrari fecerunt, eſt conceſſa, ita declarauit Sacra Rituum Congregatio ſub die 27. Septembris in vna Toletana de anno 1608.

PROFESSIO.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio vt ſit valida, quæ requiratur, & n. 7.*
2 *Profeſſionem nullatenus emittere poteſt, qui per annum poſt habitum ſuſceptum in probatione non ſteterit.*
3 *Profeſſio emiſſa ante tempus probationis impletum eſt, nulla, nec ad obligationem aliquam inducit, n. 4. & 5.*
6 *Profeſſus in Religione ſtrictiori tranſiens ad alteram indiget nouitiatu.*
8 *Profeſſio in quacunque Religione tam virorum, quam mulierum ante decimumſextum annum completum non eſt facienda, nec ante ætatem legitimam, n. 9.*
10 *Profeſſio Monialis in mortis articulo eſt inualida ante decimumſextum annum*
11 *Profeſſio Monaci facta ante decimumſextum annum completum, eſt nulla, nec conualidatur*

lidatur per aliquod temporis ſpatium, vel per quoſcunque actus, qui fieri nequeunt citra profeſsionem.

12 *Monachus emittens profeſsionem, cuius nullitatem ignorauerit, ſi poſtea ſciuerit, & proteſtatur, an poſsit opponere nullitatem.*

13 *Profeſsio emiſſa à Regulari non completo anni curriculo etiam per duas horas eſt inualida, & num. 14. & 15.*

16 *Profeſsio emiſſa in ætate decimiſexti anni, an ſit irrita.*

17 *Profeſsio facta poſt decimumſextum annum, & ante decimumoctauum requiſitum à ſtatuto Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula eſt valida.*

18 *Profeſsio vt valida ſit, requiritur authoritas Superioris.*

19 *Profeſſio, ſit abſque pacto, modo, aut proprio habendo.*

20 *Profeſſio eſt valida, vbi reſeruatur facultas teſtandi de patrimonio ſuo.*

21 *Profeſſio vt ſit valida requirit approbationem votorum.*

22 *Profeſſio eſt duplex.*

23 *Profeſſio tacita inducitur ex ſuſceptione ordinum.*

24 *Profeſſiones tacitæ non tolluntur decreto Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 15.*

25 *Profeſſio vt dicatur nulla tria requiruntur, & quæ, ibid.*

26 *Habitum dimittens ſponté, non admittitur ad allegandam cauſam nullitatis profeſſionis, limita vt num. 28.*

27 *Ius dicendi profeſsionem nullam Apoſtatis non conceditur.*

29 *Profeſſio poteſt annullari ex ſolo metu reuerentiali.*

30 *Profeſſio nulla non poteſt allegari poſt quinquennium, limita vt n. 31.*

32 *Progreſſus ignorans nullitatem ſuæ profeſsionis poſt quinquennium poteſt illam allegare, contra num. 33.*

34 *Nullitas profeſsionis coniunctim probari debet coram proprio Superiore Regulari illius Monaſterij, in quo profeſsionem emiſit, & coram Ordinario loci vbi Monaſterium extat, limita vt num. 35.*

36 *Tempus profeſsionis nouitiæ ante menſem debet Præfecta Epiſcopo innoteſcere, & ille ante vigintiquinque dies examen perficere tenetur.*

37 *Profeſſio eſt facienda liberè.*

38 *Cogentes ad faciendam profeſſionem, vel ad ingreſſum Religionis ſunt excommunicati, amplia vt num. 39.*

40 *Profeſſio in Religione emiſſa à puella inhabili eſt valida, dummodo ſit nota inhabiletas.*

41 *Profeſſio emiſſa inſtante Abbatiſſa à puella, quæ iam compleuerat annum nouitiatus, & in morbum inciderat, & à Medicis fuerat dictum ipſam morituram, eſt valida, quamuis mors non fuit ſequuta, & num. 42.*

1 PRofeſſio vt valida ſit in Religione, ingreſſus in illam per annum auſteritatem Religionis experiri debuit, cap. ad Apoſtolicam de regular. cap. 1. 17. quæſt. 2.

2 Ita vt hodie quæcunque in Religione, qui minori tempore quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit ad profeſſionem, nullatenus eſt admittendus, facta autem profeſſio ante probationis tempus im-
3 pletum eſt nulla, nullamq; inducit obligationem ad alicuius regulæ, vel or-

dinis.aut Religionis obſeruationem, aut ad alios, quoſcunque effectus, ità diſponit Concil. Trident. ſeſſ.25. de regularib. cap.15. poſt cuius promulgationem ita communi calculo omnes fatentur, & præcisè poſt cæteros ex Neothericis Sanchez in ſumma lib.5.cap.4.Bonacin. de clauſur. & pœn. eam violantib impoſit.quæſt.2.punct.10.diffic.2.§.2.

Inde Sacram Eminentiſſimorum Concilij Interpretum determinando il-
5 lam probauit ſententiam, quod emittens profeſſionem ſic intra annum probationis non ſit obligatus, neque ad Religionem in genere, nec in ſpecie, nec etiam in foro conſcientiæ illi indicta ſit obligatio, ita patet apud Vecch. in praxi nouit.diſput.13.dub.2. ſub num.3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 201. num.16.par.3 Garc.de benef.part.11.cap.9.num.6.

Quare hiſce temporibus omninò venit dicendum, vt ſtante hac Tridentinæ Conciliari diſpoſitione abrogatum ſit Leonis X. priuilegium, de quo in Compend. priuileg. Mendicant.in verbo Nouitius num.27.vbi concedebatur Prælatis Ordinum Minorum poſſe cum conſilio Fratrum diſcretorum admittere ad profeſſionem anno probationis non expleto Religioſos aliorum ordinum venientes ad minoriticam Religionem, Leſſ.de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 41.dub.13.num.101. Sanchez de matrim.lib.7.diſp.37. num. 47. & alij, pro-
6 feſſus ſiquidem in Religione etiam ſtrictiori tranſiens ad alteram indiget nouitiatu, de quo Concilium Tridentinum nuper adducto loco, Nauarr.conſ. 77.num.4. de regul. Rodriq. in ſumma cap.6.num.10.tom.2.

7 Cæterum vt valida ſit profeſſio non ſolum tempus probationis, ſeù nouitiatus impletum, ſed ætas quoque legitima, & alia nonnulla requiruntur, primo enim quod ætatem nō poterat olim profeſſio Religionis ante decimumquartum annum completum, vel duodecimum in fœminis fieri, vt probatur in cap. ad noſtram, & cap.ſignificatum, de regular. attamen in Inſulis vbi dura eſt Monachorum Congregatio ante decimumoctauum annum fieri nullatenus poterat, cap.quia in inſulis, de regular. Sanchez lib.5. tom.2. & part. 4. num.3. Azor.inſtit.moral.par.1.lib.12.cap.2.quæſt. 7.

8 Hiſce autem temporibus vigore decreti Sacr.Concil.Trid. in qualibet Religione tàm virorum, quàm mulierum ante decimumſextum annum expletum profeſſio nullatenus facienda eſt, & ſi ante legitimam ætatem facta fue-
9 rit, nullius roboris erit, nec vllam inducit obligationem, aut alicuius regulæ, vel Religionis, ſeù Ordinis obſeruantiam, Sayr.deciſ.97.de regular. Ledeſma in ſumma par.2.cap.7.Leo in theſaur.for.Eccleſ.par.2.cap.1.num.36. Zerol.in praxi Epiſcop.par.1.verb.moniales, §.2. Campanil. in diuer. iur. canon. cap.11.num.1. rubr.12. Cruz de ſtatu relig.lib.1.cap.8. dub. ſecundo. Mirand. in manual.prælat.tom.1. quæſt.24.artic. 2. vbi concluſ. 2. addit d. cap. quia in inſulis, in decreto Concil.Trid cap.15.reuocatum eſſe videri, Peirin.de ſubdit. religioſ.tom.1.cap.26.§.3. Rot.deciſ.173.num.6. part.1.in recent. Barboſ.de poteſt.Epiſc.allegat.101.ſub num.3. & ſeq.part.3.

10 Ita vt profeſſio Monialis in mortis articulo declarata fuerit inualida ante decimumſextum annum, etiam ad finem ſuccedendi in dote, & in bonis per Monaſterium, vt patet ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij prolata de anno 1627. ſub die 13. Nouembris in vna Montis regalis.

11 Et

Digitized by Google

11 Et profeſſionē Monaci factam ante decimumſextū annum completum eſſe nullam, nec obligare ad aliquam regulam, nec conualidari per aliquod tē-
12 poris ſpatiū, vel per quoſcūq; actus, qui fieri nequeunt citra profeſſionē, ſi Monachus eius nullitatē ignorauerit, & poſtquā de illa habuit ſcientiā proteſtatus eſt, quod nō intēdebat eā ratificare, tradit Ciriac.to.2.contr.for.cōtr.371.

Quæ quidem Sacra Congregatio de anno 1617. ſub die 21. Ianuarij cen-
13 ſuit, profeſſionem emiſſam à Regulari nō completo anni curriculo etiam per duas horas eſſe inualidam.

Vnde practicanda vtique venit opinio Illuſtriſs. Epiſc.Ricc. in praxi fori Eccleſ.reſol.549.par.1.quatenus poſt Gallet. in margarit. caſ. conſcient. in verb.
14 profiteri, exiſtimauerit nullam eſſe profeſſionem ſi deficiat dies antedictum decimumſextum annum completum.

15 Et proinde non venit recipiendus Campanil.in diuerſ. iur. can. d.cap.11. rub.12. dum autumauit profeſſionem in ſuprema die decimiſexti anni emitti poſſe, emiſſamque ſubſiſtere.

16 Non cenſebitur tamen profeſſio irrita, ſi in tali ætate decimiſexti anni fuerit emiſſa iuxta Concilium, quamuis in conſtitutionibus Religionis Apoſtolica authoritate confirmatis cautum ſit, quod in ea Religione nullus recipiatur ante quam vigeſimum annum compleuerit, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij de anno 1631. ſub die 2. Auguſti, pro quodam profeſſo in Religione Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, & refert deciſū Armendar.in addit.ad recopil.legum Nauarræ l.2.de relig. num.14. validam
17 eſſe profeſſionem poſt decimumſextum annum factam, ſed ante decimūoctauum requiſitum à ſtatuto Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, de quo præ cæteris Larch.in ſumma lib.5. c.4. n.4. Leiua in examin. Epiſcop. c.15. lib.6. Barboſ.de poteſt.Epiſc.allegat.101.num.15.part.3.

18 Profeſſio quoque valida ſit, requiritur authoritas Superioris, debet enim profeſſio fieri in manibus illius, qui poteſt Religioni incorporare, vel in manu alterius cum ipſius Superioris permiſſione, qui videlicet eſt Abbas, aut Præpoſitus Generalis, cap. porrectum de regular. Sanch. d. lib.5. cap.4. num. 62. Vecchis in praxi ſeruanda in admittend.ad relig.ſtat. nouit. diſp.13. dub.2. num.5. & ante eos Azor.inſtit.moral.lib.12.part.1.cap.5.q.3.

19 Profeſſio pariter vt ſit valida requiritur item fiat ſine pacto, conditione, ſeù modo de retinendo, aut proprio habendo, quoniam ſi ſic facta fuerit vitioſa erit, gloſ.in cap.2.de ſtatu monach. verb. adminiſtratione, Mirand. in manual. prælat. tom.1. qu. 28. art. 2. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. Neap.340.num.11.part.4. Bonac.de clauſur.quæſt.2.punct.10.diffin.2. §.1.num.4.& nouiter S.Fauſt.in theſaur.Relig.lib.8.quæſt.21.

20 Sed non reticeam dicere, profeſſionem non eſſe inualidam, quamuis reſeruata ſit facultas illa teſtandi de patrimonio ſuo, vt cenſuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Concilij Interpretum de anno 1613. ſub die 14. Decembris.

21 Profeſſio tandem vt valida ſit, requirit approbationem votorum, nempè caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, alias valida non erit Religionis profeſſio iuxta normam Sacr.Concil.Trid.ſeſſ.25. de regular. cap.1.

Q 2 22 Pro-

Digitized by Google

22 Profeſſio duplex eſt, videlicet expreſſa, & tacita, prima fit ſolemniter, & expreſsè, ſecunda autem efficitur, quoties nouitius probationis, ſeù nouitiatus tempore legitimę ætatis exiſtens in Religionis mantu, quem coram Superiore ſuſcepit, illum in Monaſterio aſportauit voluntariè perſeuerat, taliter quod tacita mente profiteri appareat, vel quia ſponte, & ſcienter ſeingerit in actibus profeſſis tantum cõuenientibus, & id animo emittendi profeſſionem; Rota in Vlisbonen. profeſſionis 1621. coram R.P. Merlino, latè proſequitur moderniſſimè, vt vnum pro omnibus adducam Barboſ. in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 42. à num. 156. cum ſeq. vbi nu. 167. recenſet Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem negotiis Epiſcopo-
23 rum, & Regularium Prępoſitorum, ex ſuſceptione ordinum tacitam profeſſionem induci, & hoc in vna Beneuentana ſub die 20. Decembris 1619. ſub hiſce verbis.

Cum Frater Andreas Ponzettus in Religione per octennium permanſiſſet abſq; eo, quod profeſſionem emiſiſſet, dicto autem tempore Patre Magiſtro Curiaro inſtãte ſacros ordines ſuſcepiſſet, petijt facultatẽ dimittẽdi ſibi cõcedi.

Sacra autem Congregatio reſpondit, quod ſuſceptio ordinum tacitam profeſſionem inducit.

24 Profeſſiones tacitæ non tolluntur decreto Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 15. ſed in ſuo priſtino valore manent, vt cenſuiſſe Sacram Concilij Congregationem tradit Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ l. 7. tit. 18. de relig. num. 6. & 8. lib. 2.

25 Profeſſio vt nulla dici poſſit, tria requiruntur videlicet. Primo, quod profeſſus infra quinquennium à die profeſſionis reclamet. Secundo, vt cauſas nullitatis quas ipſe prætendit coram Superiore ſuo, & loci Ordinario producat. Tertio, vt non dimiſerit habitum ante hanc productionem, ex Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. de regular. vnde ſi quid horum deficiat audiri minimè debet, nimirum ad eum finem, vt iuridicè declaretur liber à vinculo
26 Religionis, adeò vt dimittens ſpontè habitum, nullatenus ſit admittendus ad quamcunque cauſam allegatam, ſed ad Religionem redire compulſus apoſtatæ pœnis ſubijciatur, & huiuſmodi decretum procedet in quacunque profeſſione tàm expreſſa, quàm tacita, cum loquatur generaliter, & indiſtinctè, vt tradit Nauarr. de regular. coment. 4. num. 73. Sanchez de matrim. lib. 7. diſtinct. 37. in tantum, quod ius dicendi profeſſionem nullam Apoſtatis minimè competit, vt pulchrè tradit Illuſtriſs. Epiſc. Riccius in deciſ. Cur. Archiep. Neapol. 48. par. 4. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 3. cap. 413. firmantes ta-
28 men, quod dimiſſio temeraria habitus non impedit, vt regularis more audiatur ſuper nullitate profeſſionis, ſi poſtea eundem habitum reaſſumat, non obſtantibus illis verbis Concilij (quod ſi antea habitum ſpontè dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcunque cauſam admittatur) Suarez de relig. tom. 3. lib. 7. cap. 3. num. 14. Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 35. differ. 25. num. 4. & alij.

29 Profeſſio ex ſolo metu reuerentiali annullari poteſt, ex deciſione Rotæ Romanæ, & declaratione Sacræ Congregationis, de quibus nouiter Diana reſolut. moral. part. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 192. vbi Anteſignanos

rela-

Digitized by Google

ſelatores citat, & hanc partem ſuſtinet Pont. de matrim. lib.4. cap.11. num.
15. & 16. quamuis non deſinit per plures affirmantes contrarium, vt patet
apud Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi for. Eccleſ. reſolut. 599. part. 1. & deciſ. Curiæ
Archiep. 247. part. 4. & apud Sanchez in tract. de matr. lib. 4. diſput. 6.
num. 18. tom. 1. Rot. in Toletan. profeſſionis 19. Nouembris 1614. coram R.
P. Vbaldo.
30 Profeſſio nulla poſt quinquennium allegari nequit, ex diſpoſitione Sacri
Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 19. de regular. niſi obtineatur reſtitutio in
31 integrum à Summo Pontifice, quia tunc poterit illa proponi, vt nouiſſimè
probant Niger. Ciriac. controu. for. 371. num. 37. tom. 2. vbi idem firmat,
32 quando profeſſus ignoraſſet nullitatem ſuæ profeſſionis, quia tunc non
obſtante Concilio dicit poſſe poſt quinquennium allegare nullitatem, quod
pariter tutantur Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 37. tom. 2. Villalob. in ſum.
tom. 1. tract. 35. difficult. 25. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 440. num. 25.
& alij apud Dian. reſol. moral. part. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 53. vbi
33 tamen pro negatiua ſententia adducit Bonacin. de clauſur. quæſt. 2. punct.
10. difficult. 4. num. 5. & vide infra in verbo reclamare.
34 Profeſſionis nullitatem quamuis deducens infra quinquennium teneatur
eam probare coniunctim coram proprio Superiore regulari illius Monaſterij,
in quo profeſſionem emiſit, & coram Ordinario illius loci vbi Monaſterium
exiſtit, Sacra Concilij Congregatio ſub die 1. Decembris 1593.
35 Tamen hæc ſolemnitas non eſt neceſſaria, quoties Superior regularis
aliqua ſubſiſtente legitima cauſa vellet ſuum ſubditum eijcere, quia tunc
poterit ſolus id agere, nec requiritur interuentus Epiſcopi loci Ordinarij, quia
Concilium dat ſolum hanc formam, vt interueniat Ordinarius coniunctim
cum Superiore regulari, quando, ſubditus excipit de nullitate profeſſionis, at
ſecus quando Superior vellet eum eijcere in caſibus à iure conceſſis, non debet
enim extendi Conciliaris diſpoſitio de caſu ad caſum, ſed in ſuo proprio
tantum habere debet locum, & proindè ita percipit Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in
praxi for. Eccleſ. reſol. 20. par. 2. quatenus fundat cauſas nullitatis profeſſionis
ita proponendas copulatiuè coram Superiore, & Ordinario, vt ſi Superior per
ſe ſolum profeſſionem nullam declaret, & religioſum dimittat, illum tenetur
ad Monaſteriũ reuocare; nõ id intelligitur, quoties profeſſus dicat de nullitate.
36 Profeſſionis Nouitiæ tempus ante menſem debet Præfecta Epiſcopi innoteſcere,
& ille ante vigintiquinque dies examen perficere tenetur, quibus
elapſis, amplius in eo ſe intromittere non debet, ita cenſuit Sacra Eminentiſſimorum
Concilij Interpretum Congregatio, vt probant Campanil. in diuerſ.
iur. canon. rubr. 12. cap. 16. num. 10. & Armendariz in addit. ad recop. leg. Nauarræ
lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 45.
37 Profeſſio liberè eſt facienda, ita vt cogentes ad faciendam profeſſionẽ,
38 vel ad ingreſſum Religionis incidant in cenſuram comminatam à Sacro
Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 18. de regularib. vbi extenditur talis excom-
39 municatio ad dantes conſilium, fauorem, aut auxilium, vel authoritatem
cogentibus introire Religionem, reſpectu tamen fœminarum, & ſic Monialium,
cum de illis loquatur Concilium, & non de maſculis, vt apud Bo-

nijs maioribus, vel minoribus, vel imminente peſte, alioq; flagello, vel in ad-
uentu noui Epiſcopi, aut in Sanctiſſimi Corporis Chriſti Feſto, Campanil. in
diuerſ. iur. canon. cap. 13. num. 118. rubr. 12. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. deciſ. Cur.
Archiep. Neap. 379. par. 4. Leuia in exam. Epiſc. lib. 6. cap. 28. num. 13. & 14.
Dian. reſol. moral. par. 3. reſol. 106. tract. 2. de dub. regular.

Et tenentur accedere in numero decenti debito, & conſueto, vt decreuit
Sacra Congregatio in vna Caſtellæ, & Legionis 30. Auguſti 1602. refert no-
uiſſimè Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 43. tit. de ſtat. & vit. regular.
num. 166. affirmans num. 166. deciſum ex caterua DD. quos ſecum vehit Re-
4 gulares non accedentes ad proceſſiones ab Epiſcopo indictas puniri poſſe
cenſuris, & pœnis arbitrarijs, alijſque iuris remedijs vti poſſe ſeruata tamen
Bulla Gregorij XIII. incip. Expoſcit, Gratian. deciſ. Marchiæ 232. Lara de an-
niuerſar. & Cappellan. cap. 24. num. 14. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Ec-
cleſ. reſolut. 308. part. 1. & reſol. 210 par. 2. Aldan. in compen. reſol. iur. canon.
tit. 8. num. 25. lib. 1. vbi quod Epiſcopus poteſt præcipere Regularibus in ſua
5 Diœceſi commorantibus, vt eant ad proceſſiones publicas, vt in Feſto
Corporis Chriſti Litanijs, & Iubileis publicis faciendis, dummodo proceſſio-
6 nes ſint eius generis, quæ comprehendantur in Bulla ſanctæ memoriæ Pij
V. incip. Et ſi Mendicantium, & dummodo Regulares non ſint ex illius Con-
uẽtibus Collegijs nuncupatis, quæ in eadẽ Bulla excipiuntur, vt per Aldan. d.
tit. 8. num. 25. referens vlterius num. 14. deciſum ſub die 5. Aprilis 1631. quod
7 Monachus curam animarum exercens in Eccleſia Parochiali vnita Mona-
ſterio Ordinis S. Benedicti Curien. Diœceſis cogi poteſt ire ad proceſſiones.
8 Et nullas immunitates Religioni Hieroſolymitanæ obſtare, quo minus
eius Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs vocari debeant ad proceſſiones, ac niſi
accedant etiam compelli poſſunt, deciſum referunt Armendar. vt deciſum à
Sacra Congregatione, fatentur Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauar-
ræ lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. num. 5. de proceſſ. Barboſ. illum referens de poteſt.
Epiſc. alleg. 78. num. 11. par. 3. addo Salgad. de protect. Regia part. 2. cap. 9. nu.
103. tom. 1. & Cened. quæſt. canon. cap. 26. num. 17.
9 Cæterùm obſeruabis claudicare ſupradictam regulam reſpectu illorum,
qui arctiori in clauſura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos
accedant, ſed tantum ſtudijs, & lectionibus vacent, non ſunt compellendi acce-
dere ad proceſſiones publicas, vt præceteris deciſum referunt Leo in theſaur.
fori Eccleſ. cap. 1. num. 144. Illuſtriſs. Epiſc. Riccius in praxi fori Eccleſiaſt. re-
ſolut. 308. part. 1. vt ſunt Carthuſiani, Camaldulenſes, Diſcalceati, & Cœleſti-
ni, referunt Chopin. Monaſt. lib. 2. tit. 1. num. 16. Zypeus in analytica poſtre-
mi iuris Eccleſ. enarrat. lib. 1. tit. de maiorit. & obedient. num. 11. quorum ap-
pellatione quoque venire Regulares Canonicos Sanctæ Crucis Conimbri-
cenſis deciſum, poſt alios probat Barboſ. de poteſt. Epiſcop. dict. allegat. 78.
num. 17. part. 3.
10 Et à tali onere eſſe exemptos Ieſuitas, mandauit Gregorius XIII. in ſua
Bulla incip. Quæcunque, dat. ſub 19. Iulij 1576. eſt in Bullario nouo tom. 2.
pag. 404. quoniam huiuſmodi ſanctiſſimæ Societatis Patres ad proceſſiones
accedere compelli nequeunt, ſicque indiſtinctè ſeruatur.

11 Vt etiam Clerici Regulares Congregationis S. Pauli Decollati, quod ad proceſſiones, & actus publicos accedere non cogantur, indulſit Sixtus V. in ſua Bulla 5. incip. Rationi, ſub dat. Kalend. Maij 1583. in Bullario nouo tom. 2. pag. 490.

12 Et Monachi Sanctiſſimæ Trinitatis Cauen. quorum Monaſterium eſt immediatè ſubiectum Sedi Apoſtolicæ, non poſſunt ex hoc Decreto cogi ad proceſſiones, tum quia nullius non poſſunt dici exempti, qui nunquam ſubditi fuerunt per pactum confirmatum à Sede Apoſtolica, quod non tollitur, cap. 22. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regularib. vt deciſum à Sacra Congregatione, refert Aldan. in compend. reſol. iuris canonici d. tit. 8. num. 17. vbi etiam

13 num. 13. teſtatur fuiſſe deciſum, quod Clerici Regulares Matris Dei Scholarum Piarum ſunt exempti ab acceſſu ad proceſſiones, vt etiam indulſit S.D.N. Vrbanus VIII. de anno 1629. in ſua Bulla incip. Debitum.

14 Sicque reſpectu Canonicorum Regularium Lateranen. nè cogi valeant ad proceſſiones accedere, cenſuit Sacr. Congreg. de anno 1616. ſub die 30. Iulij.

15 Item Religioſi illorum Conuentuum, qui Collegia nuncupantur ad proceſſiones cogi nequeunt, vt in Bulla Pij V. incip. Et ſi Mendicantium §. 29. meminit Tamburr. de iure Abbat. diſp. 74. quæſit. 8.

16 Similiter idem videmus cautum quoad Fratres S. Hieronymi in Regionibus Hiſpaniæ, quia tales ex priuilegio Pij V. non teneri accedere ad publicas proceſſiones, declarauit eadem Sacra Congregatio de anno 1600. ſub die 14. Ianuarij.

17 Regulares pariter degentes in Conuentibus diſtantibus à Ciuitate per dimidium miliare, nec ab Epiſcopo compelli poſſunt accedere ad proceſſiones, vt deciſum tradunt inter alios Piaſeg. in praxi Epiſc. cap. 3. ſub nu. 47. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 308. num. 2. part. 1. Salgad. de protect. Regia cap. 9. num. 14. part. 2. tom. 1.

18 Et Caſſinenſes Monachi vltra ſolitum, nec accedere ad proceſſiones compelluntur, vt ex declaratione Sacræ Congregationis in vna Placentina 10. Iunij 1602. probat Barboſa in ſuo tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. tit. 43. num. 175. referens num. 176. Regulares habentes priuilegium non accedendi ad publi-

19 cas proceſſiones, non obligari ad illas conuenire, quamuis ſępius conueniſſent, cum ſit facultatis, & ad libitum ire, vel non ire eis ſtet, nec vllum ius quęritur Epiſcopo, licet ab eo vocati acceſſerint, cum præcario dicerentur conueniſſe, ex Calderin. conſ. 8. de regular. Vgol. de poteſt. Epiſcop. cap. 20. §. 2. num. 5. Rub. in aphoriſm. Epiſcop. in verb. priuilegium nu. 5. num. 5. addo Canon. Nouar. fratrem in ſumma Bullar. tit. de proceſſionibus &c. num. 18. & Tamburrin. de iure Abbat. d. quæſit. 8. num. 6.

20 Proceſſiones in Sanctiſſimi Corporis Chriſti Feſtiuitate in proprijs Regularium Eccleſijs fieri nequeunt, quia tantum in Cathedrali Sacramentum in illius Feſtiuitate publicè adorandum proponitur, vt declarauit Sacra Congregatio Rituum in vna Aretina 11. Decembris 1613. & in Gaballicen. Inſulæ 28. Auguſti 1615. & ſub die 18. Februarij 1617.

21 Ceſſaret tamen hoc, quoties in priuilegium aliqua Religio id haberet, vt declarauit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. in vna Mexican. 26. Iunij 1615.

1615. reſpectu Regularium S. Dominici refert Barboſ. de iur. Eccleſ. *vniu. lib.* 1. cap. 43. num. 124.
22 At in hoc aduertendum eſt, quod quamuis proceſſionem ſanctiſſimi Sacramenti infra octauam Corporis Chriſti poſſint facere Dominicani per loca, tamen ſi illa elegerint, mutare nequeunt iuxta literas Clement. VIII. ita determinauit Sacra Congregatio Rituum in vna Materanen. de menſe Iunij
23 1629. vbi fuit deciſum non licere Fratribus Dominicanis Ciuitatis Materæ in proceſſione ſanctiſſimi Sacramenti, quam in Dominicam infra octauam Corporis Chriſti faciunt mutare, aut variare loca ab ipſis ſemel electa, per quæ perſonaliter prima vice ire cœperunt, prout ſic refert idem Barboſ. de offic. & poteſt. Parochi cap. 12. num. 14. & alias cenſuit Sacra Congregatio in Piſaurien. 14. Nouembris 1615.
24 Proceſſionis facere per Parochiam, ad Curatos pertinent, & abſque ipſorũ cõſenſu nullius etiã Regularis illas dirigere poteſt, vt determinauit Sacra Congregatio Rituum in vna Hiſpalen. de anno 1628. ſub die 26. Februarij, refert modernè Sell. in ſelect. canon. cap. 110. num. 32. & Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. deciſ. 90. part. 1. atteſtatur Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam ſtare in pacifica poſſeſſione impartiendi Regularibus licentiam faciendi proceſſiones extra clauſtra, vide Dianam reſolut. moral. tractat. 2. de dubijs regularium reſolut. 77. part. 3.
25 Ita vt proceſſiones à Regularibus extra clauſtra fieri nequeant abſque conſenſu Parochi, quod ſi clauſtris careant Regulares fieri poſſunt intra ambitum, ſcilicet propè muros Monaſterij, ſiuè exeundo à ianua Eccleſiæ, & introeundo per aliam, ſiuè per eandem, & ſemper propè muros Conuentus, niſi cum conſenſu, aut Cruce Parochi, vt deciſum exitit in Sacra Congregatione Rituum vbi ſupra, quam per extenſum reportat Canonic. Nouar. frater in ſumma Bullar. titul. de proceſſionibus Regularium, cuius tenor eſt, vt infra.

Abbas maior, & Vniuerſitas Parochorum Ciuitatis Hiſpalen. citatis Procuratoribus ordinum ſupplicarunt definire, an Regulares poſſint facere proceſſiones extra clauſtra Monaſteriorum, nec non an ſtante cõſuetudine aliqua faciendi proceſſiones extra clauſtra per vias publicas ſine cõſenſu Parochi, talis conſuetudo Regularibus ſuffragetur, & ſit attendenda, & Sacra Rituum Congregatio ad tollendas difficultates, quæ quotidiè oriuntur circa proceſſiones fiendas tàm per Regulares, quàm per Confraternitates in Eccleſijs Regularium inherendo decretis alias in ſimilibus factis, & ſignanter in Cęſaraugustana 17. Martij 1627. cenſuit in proceſſionibus fiendis tàm per Regulares, quam Confraternitates laicorum ita in poſterum ſeruari debere, vt in Eccleſijs habentium clauſtrum, proceſſiones fieri non poſſint, niſi intra clauſtra, & non extra in Eccleſijs verò carentibus clauſtra fieri poſſunt intra ambitum, hoc eſt propè muros Eccleſiæ, ſiue exeundo à ianua Eccleſiæ, & intrando per aliam, ſiue per eandem, & prope muros Eccleſiæ, extra verò habitum Eccleſię non licere, neq; Regularibus, neque Confraternitatibus facere proceſſiones niſi de de licentia conſenſu, aut cum Cruce Parochi, exceptis tamen illis Eccleſijs, quæ habent in hoc ſpeciale priuilegium faciendi proceſſiones per alia loca,

loca,quibus. per hoc decretum Sacra Rituum Congregatio non intẽdit prę-iudicari. die 26.Februarij 1628.

Ex qua quidem declaratione patet habẽtes in priuilegium agendi tales proceſſiones, non poſſe impediri ab Ordinarijs locorum, vt nouiter quoque fatetur Tamburrin.de iure Abbat.diſput. 15.quæſit.8.num.39.tom.1.vbi idem reſoluit in habentibus conſuetudinem faciendi proceſſionem extra clauſtra, vel ambitum ſuorum Monaſteriorum.

PROCVRATOR.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Reformatorum à quo debet eligi.*

2 *Procurator Monaſterij monialium eſt mutandus de triennio in triennium.*

3 *Procurator legitimè conſtitutus ad eligendum non excluditur, dummodo non habeat ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona.*

4 *Regularis poteſt eſſe Procurator pro miſerabilibus perſonis.*

5 *Monachi, & Regulares munus Aduocati, & Procuratoris exercere poſſunt in cauſis miſerabilium perſonarum.*

1 PRocurator Reformatorum debet eligi ab Eminentiſſimo Cardinale Protectore, ita nouiſſimè eſt cautum vigore Bullæ Gregorii XV. incip. Onerosa, editæ ſub die 1. Septembris de anno 1621. circa obſeruantiam Fratrum Minorum de Obſeruantia Reformatorum.

2 Procurator Monaſterii monialium de triennio mutandus eſt, ita cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1615. ſub die 31. Iulii in vna Orien. vt refert Aldan.in compend. reſolut. iur. canon. lib. 4. tit. 2. num.decimo.

3 Procurator legitimè conſtitutus ad eligendum non excluditur, dummodo non habear ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, ita declaraſſe Sacram Congregationem, habes apud Garc.de benef.cap.4. n. 20. par.5.

4 Procurator eſſe poteſt Regularis pro miſerabilibus perſonis, ita cenſuit Sacra Congregatio, & probant Sayr.in claui regia lib. 12.cap.22.num.5.Leo deciſ. Rot.Valent.207. lib.2.& latius videas in ſpeciali tract. noſtro de priuil. miſabil. perſonar. priuileg.88.fol.114. in moderna editione, vbi fundauimus Monachos, & Religioſos munus Aduocati, & Procuratoris in cauſis miſerabilium perſonarum ſubire cogi.

PROCVRATIO.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio alias debita Epiſcopo loci Ordinario viſitanti non debetur, ſi viſitat Eccleſias Parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hieroſolymitana.*

2 *Procuratio non debetur à Regularibus Epiſcopo viſitanti, niſi Parochialem Eccleſiam conuentui ſuo vnitam haberent.*

Pro-

1 PRocuratio alias debita Epiſcopo loci Ordinario viſitanti, ad tex. in cap. 1. de cenſib. in 6. Sacr. Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 3. de qua materia præ cæteris Genuenſ. in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap. 19. & 20. in antiqua editione Ill. Epiſc. Ricc. latè in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 147. vſque ad reſol. 158. part. 4. Ego ipſe in opuſc. noui Iur. Pontific. concl. 5. de viſitat. Armendariz in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. de viſitat. Barboſ. de poteſtate Epiſcopi alleg. 73. p. 3. Piaſeg. in praxi Epiſcop. cap. 3. p. 2.

Minimè quidem debetur Epiſcopo viſitanti Eccleſias Parrochiales vnitas, & dependentes à Religione Hieroſolymitana, ita cenſuit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatio de anno 1630. ſub die 14. Decembris in vna Auguſtana, refert nouiſſimè Aldan. in compend. reſol. canon. lib. 2. tit. 16. num. 9.

2 Procuratio minimè debetur à Regularibus Epiſcopo viſitanti niſi Parrochialem aliquam Eccleſiam Conuentui ſuo vnitam haberent, ita ſub die 11. Ianuarij de anno 1585. cenſuit Sacra Congregatio in vna Spoletana.

PROFANATIO.

SVMMARIVM.

1 *Profanatio ex cauſa conceditur, vt fiat à Clericis Regularibus Societatis Ieſu.*
2 *Profanatio domorum in quibus Moniales habitarunt, & miſſæ celebratæ fuerunt, conceditur.*

1 PRofanatio ex cauſa conceditur, vt poſſit fieri Clericis Regularibus inſignis Societatis Ieſu, at extructio committitur Epiſcopo, ita declarauit Sacra Congregatio de anno 1606. ſub die 15. Aprilis in vna Imolen.

2 Profanatio domorum, in quibus Moniales habitarunt, & diuina recitarunt Officia, & Miſſas celebrari fecerunt, eſt conceſſa, ita declarauit Sacra Rituum Congregatio ſub die 27. Septembris in vna Toletana de anno 1608.

PROFESSIO.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio vt ſit valida, quæ requiratur, & n. 7.*
2 *Profeſsionem nullatenus emittere poteſt, qui per annum poſt habitum ſuſceptum in probatione non ſteterit.*
3 *Profeſsio emiſſa ante tempus probationis impletum eſt, nulla, nec ad obligationem aliquam inducit, n. 4. & 5.*
6 *Profeſſus in Religione ſtrictiori tranſiens ad alteram indiget nouitiatu.*
8 *Profeſsio in quacunque Religione tam virorum, quam mulierum ante decimumſextum annum completum non eſt facienda, nec ante ætatem legitimam, n. 9.*
10 *Profeſsio Monialis in mortis articulo eſt inualida ante decimumſextum annum*
11 *Profeſsio Monaci facta ante decimumſextum annum completum, eſt nulla, nec conualidatur*

lidatur per aliquod temporis ſpatium, vel per quoſcunque actus, qui fieri nequeunt citra profeſsionem.

12 *Monachus emittens profeſsionem, cuius nullitatem ignorauerit, ſi poſtea ſciuerit, & proteſtatur, an poſſit opponere nullitatem.*

13 *Profeſsio emiſſa à Regulari non completo anni curriculo etiam per duas horas eſt inualida, & num. 14. & 15.*

16 *Profeſsio emiſſa in ætate decimiſexti anni, an ſit irrita.*

17 *Profeſsio facta poſt decimumſextum annum, & ante decimumoctauum requiſitum à ſtatuto Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula eſt valida.*

18 *Profeſsio vt valida ſit, requiritur authoritas Superioris.*

19 *Profeſſio ſit abſque pacto, modo, aut proprio habendo.*

20 *Profeſſio eſt valida, vbi reſeruatur facultas teſtandi de patrimonio ſuo.*

21 *Profeſſio vt ſit valida requirit approbationem votorum.*

22 *Profeſſio eſt duplex.*

23 *Profeſſio tacita inducitur ex ſuſceptione ordinum.*

24 *Profeſſiones tacitæ non tolluntur decreto Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 15.*

25 *Profeſſio vt dicatur nulla tria requiruntur, & quæ, ibid.*

26 *Habitum dimittens ſponte, non admittitur ad allegandam cauſam nullitatis profeſſionis, limita vt num. 28.*

27 *Ius dicendi profeſſionem nullam Apoſtatis non conceditur.*

29 *Profeſſio poteſt annullari ex ſolo metu reuerentiali.*

30 *Profeſſio nulla non poteſt allegari poſt quinquennium, limita vt n. 31.*

32 *Progreſſus ignorans nullitatem ſuæ profeſsionis poſt quinquennium poteſt illam allegare, contra num. 33.*

34 *Nullitas profeſsionis coniunctim probari debet coram proprio Superiore Regulari illius Monaſterij, in quo profeſsionem emiſit, & coram Ordinario loci vbi Monaſterium extat, limita vt num. 35.*

36 *Tempus profeſsionis nouitiæ ante menſem debet Præfecta Epiſcopo innoteſcere, & ille ante vigintiquinque dies examen perficere tenetur.*

37 *Profeſſio eſt facienda liberè.*

38 *Cogentes ad faciendam profeſſionem, vel ad ingreſſum Religionis ſunt excommunicati, amplia vt num. 39.*

40 *Profeſſio in Religione emiſſa à puella inhabili eſt valida, dummodo ſit nota inhabilitas.*

41 *Profeſſio emiſſa inſtante Abbatiſſa à puella, quæ iam compleuerat annum nouitiatus, & in morbum inciderat, & à Medicis fuerat dictum ipſam morituram, eſt valida, quamuis mors non fuit ſequuta, & num. 42.*

1 PRofeſſio vt valida ſit in Religione, ingreſſus in illam per annum auſteritatem Religionis experiri debuit, cap. ad Apoſtolicam de regular. cap. 1. 17. quæſt. 2.

2 Ita vt hodie quæcunque in Religione, qui minori tempore quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit ad profeſſionem, nullatenus eſt admittendus, facta autem profeſſio ante probationis tempus im-
3 pletum eſt nulla, nullamq; inducit obligationem ad alicuius regulæ, vel or-

dinis,aut Religionis obſeruationem, aut ad alios, quoſcunque effectus, ita diſponit Concil. Trident. ſeſſ.25. de regularib. cap.15. poſt cuius promulgationem ita communi calculo omnes fatentur, & præcisè poſt cæteros ex Neothericis Sanchez in ſumma lib.5.cap.4.Bonacin. de clauſur. & pœn. eam violantib impoſit.quæſt.2.punct.10.diffic.2.§.2.

Inde Sacram Eminentiſſimorum Concilij Interpretum determinando il-
5 lam probauit ſententiam, quod emittens profeſſionem ſic intra annum probationis non ſit obligatus, neque ad Religionem in genere, nec in ſpecie, nec etiam in foro conſcientiæ illi indicta ſit obligatio, ita patet apud Vecch. in praxi nouit.diſput.13.dub.2. ſub num.3. Barboſ. de poteſt. Episc. alleg. 201. num.16.par.3 Garc.de benef.part.11.cap.9.num.6.

Quare hiſce temporibus omninò venit dicendum, vt ſtante hac Tridentina Conciliari diſpoſitione abrogatum ſit Leonis X. priuilegium, de quo in Compend. priuileg. Mendicant.in verbo Nouitius num.27. vbi concedebatur Prælatis Ordinum Minorum poſſe cum conſilio Fratrum diſcretorum admittere ad profeſſionem anno probationis non expleto Religioſos aliorum ordinum venientes ad minoriticam Religionem, Leſſ.de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 41.dub.13.num.101. Sanchez de matrim.lib.7.diſp.37. num. 47. & alij, pro-
6 feſſus ſiquidem in Religione etiam ſtrictiori tranſiens ad alteram indiget nouitiatu, de quo Concilium Tridentinum nuper adducto loco, Nauarr.conſ. 77.num.4. de regul. Rodriq. in ſumma cap.6.num.10.tom.2.

7 Cæterum vt valida ſit profeſſio non ſolum tempus probationis, ſeù nouitiatus impletum, ſed ætas quoque legitima, & alia nonnulla requiruntur, primo enim quod ætatem nō poterat olim profeſſio Religionis ante decimumquartum annum completum, vel duodecimum in fœminis fieri, vt probatur in cap. ad noſtram, & cap. ſignificatum, de regular. attamen in Inſulis vbi dura eſt Monachorum Congregatio ante decimumoctauum annum fieri nullatenus poterat, cap. quia in inſulis, de regular. Sanchez lib.5. tom.2. & part. 4. num.3. Azor.inſtit.moral.par.1.lib.12.cap.2.quæſt. 7.

8 Hiſce autem temporibus vigore decreti Sacr.Concil.Trid. in qualibet Religione tàm virorum, quàm mulierum ante decimumſextum annum expletum profeſſio nullatenus facienda eſt, & ſi ante legitimam ætatem facta fue-
9 rit, nullius roboris erit, nec vllam inducit obligationem, aut alicuius regulæ, vel Religionis, ſeù Ordinis obſeruantiam, Sayr.deciſ.97.de regular. Ledeſma in ſumma par.2.cap.7. Leo in theſaur.for.Eccleſ.par.2.cap.1. num.36. Zerol.in praxi Epiſcop.par.1.verb.moniales, §.2. Campanil. in diuer. iur. canon. cap.11.num.1. rubr.12. Cruz de ſtatu relig.lib.1.cap.8. dub. ſecundo. Mirand. in manual.prælat.tom.1. quæſt.24.artic. 2. vbi concluſ. 2. addit d. cap. quia in inſulis, in decreto Concil.Trid cap.15. reuocatum eſſe videri, Peirin.de ſubdit. religioſ.tom.1. cap.26.§.3. Rot.deciſ.173.num.6. part.1.in recent. Barboſ.de poteſt.Epiſc.allegat.101.ſub num.3. & ſeq.part.3.

10 Ita vt profeſſio Monialis in mortis articulo declarata fuerit inualida ante decimumſextum annum, etiam ad finem ſuccedendi in dote, & in bonis per Monaſterium, vt patet ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij prolata de anno 1627. ſub die 13. Nouembris in vna Montis regalis.

11 Et

11 Et profeſſionē Monaci factam ante decimumſextū annum completum
eſſe nullam, nec obligare ad aliquam regulam, nec conualidari per aliquod tē-
12 poris ſpatiū, vel per quoſcūq; actus, qui fieri nequeunt citra profeſſionē, ſi
Monachus eius nullitatē ignorauerit, & poſtquā de illa habuit ſcientiā prote-
ſtatus eſt, quod nō intēdebat eā ratificare, tradit Ciriac. to. 2. contr. for. cōtr. 371.

Quæ quidem Sacra Congregatio de anno 1617. ſub die 21. Ianuarij cen-
13 ſuit, profeſſionem emiſſam à Regulari nō completo anni curriculo etiam
per duas horas eſſe inualidam.

Vnde practicanda vtique venit opinio Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi fori Ec-
cleſ. reſol. 549. par. 1. quatenus poſt Gallet. in margarit. caſ. conſcient. in verb.
14 profiteri, exiſtimauerit nullam eſſe profeſſionem ſi deficiat dies ante di-
ctum decimumſextum annum completum.

15 Et proinde non venit recipiendus Campanil. in diuerſ. iur. can. d. cap. 11.
rub. 12. dum autumauit profeſſionem in ſuprema die decimiſexti anni emit-
ti poſſe, emiſſamque ſubſiſtere.

16 Non cenſebitur tamen profeſſio irrita, ſi in tali ætate decimiſexti anni
fuerit emiſſa iuxta Concilium, quamuis in conſtitutionibus Religionis Apo-
ſtolica authoritate confirmatis cautum ſit, quod in ea Religione nullus reci-
piatur ante quam vigeſimum annum compleuerit, vt declarauit Sacra Con-
gregatio Concilij de anno 1631. ſub die 2. Auguſti, pro quodam profeſſo in
Religione Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, & refert deciſū
Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ l. 2. de relig. num. 14. validam
17 eſſe profeſſionem poſt decimumſextum annum factam, ſed ante decimū-
octauum requiſitum à ſtatuto Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula,
de quo præ cæteris Larch. in ſumma lib. 5. c. 4. n. 4. Leiua in examin. Epiſcop.
c. 15. lib. 6. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 101. num. 15. part. 3.

18 Profeſſio quoque valida ſit, requiritur authoritas Superioris, debet
enim profeſſio fieri in manibus illius, qui poteſt Religioni incorporare, vel in
manu alterius cum ipſius Superioris permiſſione, qui videlicet eſt Abbas, aut
Præpoſitus Generalis, cap. porrectum de regular. Sanch. d. lib. 5. cap. 4. num.
62. Vecchis in praxi ſeruanda in admittend. ad relig. ſtat. nouit. diſp. 13. dub. 2.
num. 5. & ante eos Azor. inſtit. moral. lib. 12. part. 1. cap. 5. q. 3.

19 Profeſſio pariter vt ſit valida requiritur item fiat ſine pacto, conditio-
ne, ſeù modo de retinendo, aut proprio habendo, quoniam ſi ſic facta fuerit
vitioſa erit, gloſ. in cap. 2. de ſtatu monach. verb. adminiſtratione, Mirand. in
manual. prælat. tom. 1. qu. 28. art. 2. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in deciſ. Cur. Ar-
chiep. Neap. 340. num. 11. part. 4. Bonac. de clauſur. quæſt. 2. punct. 10. diffin. 2.
§. 1. num. 4. & nouiter S. Fauſt. in theſaur. Relig. lib. 8. quæſt. 21.

20 Sed non reticeam dicere, profeſſionem non eſſe inualidam, quamuis re-
ſeruata ſit facultas illa teſtandi de patrimonio ſuo, vt cenſuit Sacra Congre-
gatio Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Concilij Interpretum de an-
no 1613. ſub die 14. Decembris.

21 Profeſſio tandem vt valida ſit, requirit approbationem votorum, nem-
pè caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, alias valida non erit Religionis profeſ-
ſio iuxta normam Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 1.

Digitized by Google

22 Profeſſio duplex eſt, videlicet expreſſa, & tacita, prima fit ſolemniter, & expreſsè, ſecunda autem efficitur, quoties nouitius probationis, ſeù nouitiatus tempore legitimę ætatis exiſtens in Religionis mantu, quem coram Superiore ſuſcepit, illum in Monaſterio aſportauit voluntariè perſeuerat, taliter quod tacita mente profiteri appareat, vel quia ſponte, & ſcienter ſeingerit in actibus profeſſis tantum cõuenientibus, & id animo emittendi profeſſionem; Rota in Vlisbonen. profeſſionis 1621. coram R.P. Merlino, latè proſequitur moderniſſimè, vt vnum pro omnibus adducam Barboſ. in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 42. à num. 156. cum ſeq. vbi nu. 167. recenſet Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem negotiis Episcopo-
23 rum, & Regularium Prępoſitorum, ex ſuſceptione ordinum tacitam profeſſionem induci, & hoc in vna Beneuentana ſub die 20. Decembris 1619. ſub hiſce verbis.

Cum Frater Andreas Ponzettus in Religione per octennium permanſiſſet abſq; eo, quod profeſſionem emiſiſſet, dicto autem tempore Patre Magiſtro Curiaro inſtãte ſacros ordines ſuſcepiſſet, petijt facultatẽ dimittẽdi ſibi cõcedi.

Sacra autem Congregatio reſpondit, quod ſuſceptio ordinum tacitam profeſſionem inducit.

24 Profeſſiones tacitæ non tolluntur decreto Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 15. ſed in ſuo priſtino valore manent, vt cenſuiſſe Sacram Concilij Congregationem tradit Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ l. 7. tit. 18. de relig. num. 6. & 8. lib. 2.

25 Profeſſio vt nulla dici poſſit, tria requiruntur videlicet. Primo, quod profeſſus infra quinquennium à die profeſſionis reclamet. Secundo, vt cauſas nullitatis quas ipſe prætendit coram Superiore ſuo, & loci Ordinario producat. Tertio, vt non dimiſerit habitum ante hanc productionem, ex Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. de regular. vnde ſi quid horum deficiat audiri minimè debet, nimirum ad eum finem, vt iuridicè declaretur liber à vinculo
26 Religionis, adeò vt dimittens ſpontè habitum, nullatenus ſit admittendus ad quamcunque cauſam allegatam, ſed ad Religionem redire compulſus apoſtatæ pœnis ſubijciatur, & huiuſmodi decretum procedet in quacunque profeſſione tàm expreſſa, quàm tacita, cum loquatur generaliter, & indiſtinctè, vt tradit Nauarr. de regular. coment. 4. num. 73. Sanchez de matrim. lib. 7. diſtinct. 37. in tantum, quod ius dicendi profeſſionem nullam Apoſtatis minimè competit, vt pulchrè tradit Illuſtriſ. Epiſc. Riccius in deciſ. Cur. Archiep. Neapol. 48. par. 4. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 3. cap. 413. firmantes ta-
28 men, quod dimiſſio temeraria habitus non impedit, vt regularis more audiatur ſuper nullitate profeſſionis, ſi poſtea eundem habitum reaſſumat, non obſtantibus illis verbis Concilij (quod ſi antea habitum ſpontè dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcunque cauſam admittatur) Suarez de relig. tom. 3. lib. 7. cap. 3. num. 14. Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 35. differ. 25. num. 4. & alij.

29 Profeſſio ex ſolo metu reuerentiali annullari poteſt, ex deciſione Rotæ Romanæ, & declaratione Sacræ Congregationis, de quibus nouiter Diana reſolut. moral. part. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 192. vbi Anteſignanos

rela-

relatores citat, & hanc partem ſuſtinet Pont. de matrim. lib.4. cap.11. num. 15. & 16. quamuis non deſinit per plures affirmantes contrarium, vt patet apud Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi for. Eccleſ. reſolut. 599. part.1. & deciſ. Curiæ Archiep. 247. part.4. & apud Sanchez in tract. de matr. lib.4. diſput.6. num.18. tom.1. Rot. in Toletan. profeſſionis 19. Nouembris 1614. coram R. P. Vbaldo.

30 Profeſſio nulla poſt quinquennium allegari nequit, ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 19. de regular. niſi obtineatur reſtitutio in
31 integrum à Summo Pontifice, quia tunc poterit illa proponi, vt nouiſſimè probant Niger. Ciriac. controu. for. 371. num.37. tom.2. vbi idem firmat,
32 quando profeſſus ignoraſſet nullitatem ſuæ profeſſionis, quia tunc non obſtante Concilio dicit poſſe poſt quinquennium allegare nullitatem, quod pariter tutantur Sanchez de matrim. lib.7. diſput. 37. tom.2. Villalob. in ſum. tom.2. tract.35. difficult.25. Gratian. diſcept. forenſ. tom.3. cap.440. num.25. & alij apud Dian. reſol. moral. part.3. tract.2. de dub. regular. reſolut.53. vbi
33 tamen pro negatiua ſententia adducit Bonacin. de clauſur. quæſt.2. punct. 10. difficult.4. num.5. & vide infra in verbo reclamare.

34 Profeſſionis nullitatem quamuis deducens infra quinquennium teneatur eam probare coniunctim coram proprio Superiore regulari illius Monaſterij, in quo profeſſionem emiſit, & coram Ordinario illius loci vbi Monaſterium exiſtit, Sacra Concilij Congregatio ſub die 1. Decembris 1593.

35 Tamen hæc ſolemnitas non eſt neceſſaria, quoties Superior regularis aliqua ſubſiſtente legitima cauſa vellet ſuum ſubditum eijcere, quia tunc poterit ſolus id agere, nec requiritur interuentus Epiſcopi loci Ordinarij, quia Concilium dat ſolum hanc formam, vt interueniat Ordinarius coniunctim cum Superiore regulari, quando, ſubditus excipit de nullitate profeſſionis, ac ſecus quando Superior vellet eum eijcere in caſibus à iure conceſſis, non debet enim extendi Conciliaris diſpoſitio de caſu ad caſum, ſed in ſuo proprio tantum habere debet locum, & proindè ita percipit Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. in praxi for. Eccleſ. reſol. 20. par. 2. quatenus fundat cauſas nullitatis profeſſionis ita proponendas copulatiuè coram Superiore, & Ordinario, vt ſi Superior per ſe ſolum profeſſionem nullam declaret, & religioſum dimittat, illum tenetur ad Monaſteriũ reuocare; nõ id intelligitur, quoties profeſſus dicat de nullitate.

36 Profeſſionis Nouitiæ tempus ante menſem debet Præfecta Epiſcopi innoteſcere, & ille ante vigintiquinque dies examen perficere tenetur, quibus elapſis, amplius in eo ſe intromittere non debet, ita cenſuit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Congregatio, vt probant Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr.12. cap.16. num.10. & Armendariz in addit. ad recop. leg. Nauarræ lib.2. tit.18. l.7. de relig. num. 45.

37 Profeſſio liberè eſt facienda, ita vt cogentes ad faciendam profeſſionẽ,
38 vel ad ingreſſum Religionis incidant in cenſuram comminatam à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.25. cap.18. de regularib. vbi extenditur talis excom-
39 municatio ad dantes conſilium, fauorem, aut auxilium, vel authoritatem cogentibus introire Religionem, reſpectu tamen fœminarum, & ſic Monialium, cum de illis loquatur Concilium, & non de maſculis, vt apud Bo-

nacin.de cenſur.diſput.2.q.6.punct.3.vbi per plures propoſitiones multa coadunat in materia, quæ ab alijs antea quoque recitata fuere, ex modernis etiam Filiuc.in quæſt.moral.tract.14.cap.5.quæſt.7.Sanchez in ſumma lib.4.cap.4.tom.1.Fauſt.in theſaur.relig.lib.5.à quæſt.35.cum ſeq.Barboſ. de poteſt.Epiſc.alleg.104.par.3. apud quos materiam exanclatam reperies.

40 Profeſſio emiſſa in Religione à puella inhabili eſt valida, dummodo ſit nota inhabilitas, cap.conſtituit 26. quæſt.4. & cenſuit Sacra Congregatio Cõ-
41 cilij ſub die 26. Iunij 1621. quæ etiam eodem die declarauit profeſſionem emiſſam inſtante Abbatiſſa à puella quæ iam compleuerat annum nouitiatus, & in morbum inciderat, & à Medicis fuerat dictum morituram, eſſe validam, quamuis poſtea verè mors fuerit ſequuta, & alia determinauit, quod
42 profeſſio à ſanæ mentis puella vtcumq; ad mortem ægrotãte etiam Monialium ſuaſionibus emiſſa, niſi aliud obſtiterit, eſt valida, Sell. in ſelect.canon. cap.17.num.8. vbi tamen an puella fuerit per dolum, & circumuentionem ad profitendum inducta, ita vt propterea dos Monaſterio non debeatur à Iudicibus competentibus eſt diligenter inueſtigandum; meminit recenter Reg. Rouit.deciſ.40. vbi principaliter tractat, ſi profeſſio in Religione facta à Nouitio in articulo mortis ſiuè infra, ſiuè poſt annum probationis, operetur effectum etiam tranſmiſſionis bonorum ad Monaſterium ſequuta morte profitentis ex eadem infirmitate, de quo etiam Epiſc. Riccius in praxi fori Eccleſiaſt.reſol.403. part.2. & longam allegationem in hac facti contingentia exaratam habes apud Thor.in ſumm.priuileg. piæ cauſæ priuil.263. vbi etiam per extenſum reperies ſupradictam declarationem Sacræ Cõgregationis Eminentiſſimorum Concilij Interpretum Cardinalium.

PROPINA.

SVMMARIVM.

1 *Propina tempore ſuſceptionis habitus qualiter admittatur in Monaſterijs Monialium.*

1 PRopinarum abuſum Monialibus ſoluendarum non ſolum tolli, ſed pariter grauiſſimis pœnarum, etiam cenſurarum comminatione prohiberi debet pro ea tamen die qua ad habitum monachalẽ admittentur puellæ aliquid eſculenti vel poculẽti modici valoris, & pro eadem die dumtaxat elargiri vetitum non cenſetur, ita decidit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1615. ſub die 6. Iunij in vna Luſitana, vt refert Sellius in ſelect. canon. cap.16. num.24. & Ego habui in facto conſultus in Regionibus Apulcæ, dum ibidem pro Catholicæ Maieſtate Inuictiſſimi noſtri Regis Philippi IV. Auditoris Prouincialis munere fungebar.

PRO-

PROPRIETAS.

SVMMARIVM.

1 *Proprietas etiam parui momenti, aut alia res vt propria Regularibus vtriuſque ſexus interdicitur.*

2 *Proprietas acquiſita à Monialibus proprijs manibus laborando, vel quæ eis à parentibus donatur, tanquam propria retineri nequit, quo caſu Superior prius debet prouidere de neceſſarijs illi, quæ laborando acquiſiuit, vel donatariæ, num.3.*

4 *Proprietas ex cenſibus, redditibus, & fructibus prouenieus à Monialibus retineri nequit.*

1 PRoprietas interdicta religioſis, de qua materia Theologi in 4. diſtin. 38. & poſt alios ex recẽtioribus D. Bartholom. à S. Fauſto in ſpec. Confeſſ. tit. de vitio propriet. vbi plures nodos ſoluit etiam parui momenti, aut alias res vti propria Regularibus vtriuſque ſexus minimè conceditur, ſed Superioribus tra denda eſt, à quibus primo ſubueniendum eſt neceſſitatibus eorum, vel earum, à quibus munera deſtinata fuerunt, reliquum vero conferendum in vſum Monaſterij, ita deciſum à Sacra Congregatione, præ cæteris probant Leo in theſaur. fori Eccleſ. cap. 1. num. 41. par. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 103. num. 3. par. 3. Illuſtriſs. Epiſc. Ricc. deciſ. 340. num. 12. par. 4.

2 Proprietas à Monialibus proprijs manibus laborando acquiſita, vel quæ eis à parentibus donãtur, & ſi Monaſterium ſit pauperrimum, tanquam propria retineri minimè poteſt, prout declaraſſe Sacram Concilij Congregationem, refert idem Armendar. in add. ad recopilat. leg. Nauarræ de relig. l. 7. num. 75. vbi num. 76. ſubiungit eandem Sacram Congregationem, hoc caſu de-
3 creuiſſe, Monaſterij Superiorem (ſi pauperrimum illud ſit) donatariæ, vel illi, quæ laborando acquiſiuit, primum de neceſſarijs prouidere debere, reliquum verò in commune conferre.

4 Proprietas ex cenſibus, prouentibus, fructibus, alijſque annuis redditibus proueniens, à Monialibus percipi nequaquam poteſt, quam ſi emerint, & perceperint in pœnas decreto Sacr. Concil. Trid. cap. 2. ſeſſ. 25. de regular. propoſitas nouerint incidiſſe, nec enim à prædictis pœnis excuſantur præcedente licentia Abbatiſſæ, quæ etiam dicti Concilij decreto in ſupradictis caſibus concedere prohibetur, ſed pro ſuo munere in die Monialium neceſſitatibus, de Monaſterij redditibus, & elemoſinis ſubuenire debent, prout ſic decidiſſe eandem Sacram Concilij Congregationem, probat Quarant. in ſumma Bullar. verbo caſus reſeruati, num. 6. verſ. aliquibus Monaſterijs.

QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Quarta debita Parrochiali Eccleſiæ eſt præſtanda etiam à Mendicantibus, limita vt num. 2.*

3 *Quarta debetur de ſingulis obuenientibus ratione funeris in die funeris.*

4 *Quarta debetur Parocho ex funeralibus ſequenti die poſt funus ſolemniori pompa factum, quod non intelligitur de candelis quæ præ manibus portantur, num. 5.*

6 *Intortitia cerei, candela, & omnia alia, quæ circa cadauera antè quam terræ tradantur pro æquali portione inter Parochos, & alios Miniſtros Eccleſiarum diuiduntur.*

1 Quarta alias debita Parrochiali Eccleſiæ à Regularibus, vt in Concil. Trid. ſeſs. 25 de reformat. cap. 13. & per plura adducens Lauor. variar. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 17. eſt præſtanda a Religioſis etiam Mendicantibus quando quis eligit ſepulturam apud eorum Monaſteria, & Conuentus, Clem. dudum, §. verum de ſepultur. Caualer. deciſ. 101. vbi loquitur de Fratribus B. Mariæ de Victoria Ordinis Minimorũ S. Frãciſci de Paula.

Etiam ſi ſint Monaſteria Monialium, in quibus electio ſepulturæ fiat, ſiquidem licet in d. clem. dudum fiat mentio de Regularibus Fratribus tamen vigore Concilij cit. cap. 13. illa comprehenduntur, quia loquitur generaliter in quibuſcunque locis pijs, ac Monaſterijs, vbi ſolita eſset perſolui, vnde conſuetudini in hoc ſtandum Roder. in compend. quæſt. regul. reſol. 18. num. 17.

2 Ceſſabit tamen huiuſmodi quartæ ſolutio reſpectu Regularium, quoties ex priuilegio in ſpecie derogante d. clem. dudum hanc haberet exemptionem, Rota deciſ. 122. par. 1. diuerſ. & reſpectu Fratrum Prædicatorum, ita voluit Rota in Hiſpalen. quartæ funeralium de anno 1590. coram Eminentiſſimo Cardinali Pamphilio, & de Patribus Clericis Regularibus, ſiuè Theatinis, alias dixit in Licien. quartæ funeralis 15. Ianuarij 1618. coram Illuſtriſs. D. meo Coccino, & probant Guttierez de iurament. confirm. cap. 4. num. 3. part. 2. Carat. de quarta funeral. cap. 1. vbi pariter vigore Concil. d. cap. 13. & ex Bulla Pij V. annuit Monaſteria ædificata, quadraginta annis ante Concilij confirmationem, quæ non erant ſolita ſoluere quartam funeralem, ad illam pariter poſt Concilium nec teneri, quæ omnia, & alia moderniſſimè proſequitur Barboſa in tract. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 3. tit. de quarta canonica cap. 24. vbi ad
3 ſaturitatem plura practicabilia coadunat, probans num. 36. quartam hanc deberi de ſingulis obuenientibus ratione funeris in die funeris, ex Bulla Pij V. incip. Et ſi Mendicantium, fundata in Sacr. Concil. Trident. loc. cit. quod ita interpretatur, & Molin. de iuſtit. & iur. diſput. 215. num. 9. tract. 2. ait declaraſſe Sixtum, & Benedictus XI. inter Conſtitutiones Prædicatorum ſic pariter declarauit hiſce ſub verbis. (Funeralia verò intelligantur hoc caſu, quæ cum funere deferuntur) Cruz de ſtat. relig. cap. 9. dub. 5. par. 2.

4 Licet vt idem Barboſa refert loco indicato num. 38. quarta debeatur Parrocho ex funeralibus ſequenti die poſt funus ſolemniori pompa facta, iuxta declarationem Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub die 3. Auguſti de anno 1621. autumans non ſubintelligi de candelis, quos Fratres, aut alij Presbyteri in huiuſmodi funeralibus præ manibus portare ſolent, ex declaratione Benedicti XI. vbi ſupra, ibi (de candelis autem, quas Fratres portant, portio non petatur) Caroc. de quarta funer. cap. 3. Piaſeg. in praxi Epiſcopal. cap. 3. part. 2.

Et

Et inter alia plus pariter num. 42. reportat, quod die 21. Martij 1629. Sanctiſſ. D.N. Vrbanus VIII. approbauit decretum Congregationis RR. DD. Præfectorum Vrbis, habitæ coram Eminentiſſimo Vrbis Vicario, in qua ad effectum remouendi diſſenſiones, & ad euitanda ſcandala, ac alijs iuſtis de- 6 cauſis reſolutum fuit; & declaratum, tam intortitia cereos, & candelas, quæ per viam deferuntur quam etiam omnia ea, quæ circa cadauera, antequam terræ tradantur in quibuſcunque priuatis Eccleſijs diuidenda fore, & eſſe pro æquali portione inter ipſos Parrochos, & Miniſtros aliarum Eccleſiarum, & nationalium, ſeu alias priuilegiatarum, ac propterea, quando huiuſmodi intortitia, ſeu cerei, & candelæ in præfatis Eccleſijs pro celebrandis diuinis officijs præſenti corpore accenduntur, finito officio extinguenda, & cuiquam medietatem conſignandam eſſe.

QVÆSTVARII.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores quæſtuarij à prædicationis officio debent ſe abſtinere, & inobedientes ab Inquiſitoribus puniuntur.*
2 *Quæſtuarij, ſiuè quæſtores qualiter ſunt abolendi.*
3 *Indulgentiæ conceſſa ad quæſtuarios, & ad quæſtum ſunt reuocata.*
4 *Regulares extra loca proprij Monaſterij quæſtuare volentes, licentiam ſuorum Superiorum loci Ordinario oſtendere tenentur.*
5 *Conuerſa quando poſſint quæſtuare remiſſiuè.*

1 QVæſtuarios Prædicatores à prædicationis officio ſe abſtinere, & inobedientes poſſe puniri ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, patet ex Bulla Vrbani IV. in Bullario 2. in ordine.

2 Quæſtuarios, ſiuè quæſtores eleemoſinarios qualiter abolendos præcipiat, Sacr. Concil. Trident. patet ibid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. in verſic. quæſtores, & ſeſſ. 21. de reform. cap. 9. & tractant præ cæteris ex recentioribus Thimot. de Eccleſ. militand. lib. 1. tract. 2. c. 12. Illuſtr. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 290. p. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 109. p. 3. Lauor. de Indulgent. c. 13. p. 2.

Quæſtuarios, & ad quæſtum Indulgentias publicandi licentias conceſſas reuocauit de anno 1567. Pius V. in ſua Bulla incip. Etſi.

4 Quæſtuare vbi volunt Regulares extra loca proprii Monaſterij tenentur oſtendere Epiſcopo loci licentiam ſuorum ſuperiorū, vt deciſum nouiter probat Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 109. num. 8. part. 3. vbi alia coadunat.

5 Quæſtuare quando poſſunt Conuerſæ, vide ſupra in verb. Conuerſæ.

RECEPTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Regulares prohibentur receptare bannitos, & decoctos, ſeu fallitos, ſub pœna priuationis officiorum, num. 2.*

3 Re-

3 *Regularis receptans bannitum ex cauſa homicidij non doloſè patrati, non incidit in pœnas.*

4 *Literæ Sacra Congregationis concernentes materiam ſe recipientium ad Monaſteria, & loca ſacra Regularium recenſentur.*

1 REceptatio bannitorum, de qua vltra ſcripta per Nos in praxi Iuris Pontificij noui concluſ. 2. & 3. de bannit. Nald. in ſumma in verbo bannitus, modernè fusè Nouar. frater in ſumma Bullar. tit. de bannitorum fautoribus, necnon decoctorum, ſeù fallitorum, eſt prohibita Regularibus de mandato
2 Clementis VIII. in anno 1601. ſub die 17. Aprilis, vbi pœna priuationis officiorum imponitur contrauenientibus, ſicque extant quædam litteræ Eminentiſſimi Cardinalis de Florentia ad Vicarium Archiepiſcopalis Curię Genuenſis, & ad Nuncium huius Regni Neapolis, Scortia in comment. ad Bull. theorem. 357. Peirin. in priuileg. Minim. conſtitut. 4. Clem. VIII.
3 à num. 5. obſeruans, quod ſi aliquis Regularis reciperet, vel retineret in ſuo Monaſterio bannitum aliquem ex cauſa homicidii non doloſè patrati, euaderet tales pœnas quæ tantum aduerſus receptatores facinoroſorum impoſitæ, ſunt iuxta quam opinionem Ego obtinui ad defenſionem cuiuſdam Guardiani Monaſterij Ordinis Sancti Franciſci de Aſſiſio, licet cautè in hoc procedendum eſſe, nouiſſimè autumet Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 9. num. 21. in fine.
4 Et quia circa hanc materiam ſtant quædam litteræ Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium de mandato fęlicis memoriæ Pauli V. directæ Illuſtriſſimo Nuntio Apoſtolico hac in Ciuitate Neapoli degenti, de quibus nouiter Vulp. in praxi fori Eccleſ. cap. 3. vbi multa de materia immunitatis Eccleſiarum ad mentem Bullæ Gregorij XIV. placuit illarum tenorem hic inſerere, vt infra.

Molto Illuſtre, e molto Reuerendo come Fratello.

Benche N. S. voglia, che ſia oſſeruata l'immunità Eccleſiaſtica, e la Coſtitutione di Gregorio XIV. felic. mem. ſia eſeguita come ſtà, non li piace però, che le Chieſe ne gli altri luochi ſacri ſeruano d'Aſilo, nè di recettacoli à triſti, onde mi hà comandato di ſcriuere à V. S. che faccia prohibire, & intimare per parte di Sua Beatitudine alli Superiori di Monaſterij di Regolari di tutti gli ordini col mezzo de gli Ordinarij, ò come meglio parerà à lei, che per l'auuenire non diano ricetto à ſorte alcuna di condennati, nè banniti, ladri, ò oltre gente di mal'affare, nè à falliti, e debitori, ſotto pena della priuatione del officio, e di voce attiua, e paſſiua, ſi s'hauerà notitia del ricetto, ancorche non ſian trouati queſti tali nelli Monaſterij, e ſotto altre pene ancor maggiori ad arbitrio della Santità Sua, e vuole in oltre, che ſtia auertito di punir quelli, c'haueranno ardire di contrauenire à queſt'ordine. Potrà dunque V. S. far publicar nel modo ſudetto la detta prohibitione nelli luochi doue ne ſarà maggior biſogno, e di mano in mano per tutto, acciò non ſe ne poſſa pretendere ignoranza, & il Signore la conſoli. Di Roma li 13. di Agoſto 1613. Di V. S. come fratello affettionatiſſimo.

Il Cardinal Sauli.

RE-

Digitized by Google

RECESSVS A MONASTERIIS.

SVMMARIVM.

1 *Regulares nequeunt recedere à Monaſterijs, & Conuentibus etiam prætextu accedendi ad ſuos Superiores.*
2 *Religioſus legitimè in carcerem coniectus non poteſt fugere prætextu ad ſuum Superiorem accedendi, & vide num. 3.*
4 *Regulares nequeunt recedere à Conuentibus abſque licentia Superiorum, etiam prætextu ſubiacendi obſequio alterius Prælati.*
5 *Receſſus à Conuentibus non conceditur Religioſis niſi ex cauſa, & cum ſocio.*
6 *Degentes extra clauſtra Conuentus ad ea reuocari debent.*
7 *Regulares poſt profeſſionem nequeunt recedere à Conuentibus niſi ex iuſta cauſa.*
8 *Monialis non poteſt egredi à Monaſterijs, vt curam ſuorum nepotum gerat, nec etiam ire ad conſanguineos ex cauſa infirmitatis, num. 9.*
10 *Monialis de licentia Superioris poteſt tranſire de vno Monaſterio ad aliud.*
11 *Monialis poteſt tranſire ad Religionem perfectiorem.*
12 *Monialis quando poteſt exire à Monaſterio.*

1 Receſſus à Monaſterijs, & Conuentibus non eſt conceſſus Regularibus, etiam prætextu accedendi ad ſuos Superiores, niſi ab eis miſſi, vel vocati fuerint, ideo, qui ſine licentia in ſcriptis reperti fuerint ab Ordinariis locorum, tanquam deſertores ſui inſtituti puniri poſſunt, Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 4. de regular. & meminit nouiſſimè Vulpes in praxi fori Eccleſiaſt. cap. 42. nu. 16. recenter Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 327. part. 4. qui in reſol. ſeqq. plura coadunat ad ornatum Concilij.

2 Imò Religioſum iuſtè ac legitimo iuris ordine ſeruato in carcerem coniectum non poſſe fugere etiam prætextu ad Superiorem ſuum accedendi, ſed teneri ibi permanere etiam ante condemnationem, vbi Prælatus iuſſit illum ſtare, probant Gaetan. 2. 2. quæſt. 69. artic. 4. ad 2. Nauarr. comment. 4. de regular. num. 64. Sayr. in claui Regia cap. 18. num. 8. lib. 12. licet contrarium tue-
3 tur Bannes 2. 2. quæſt. 69. artic. 4. autumans poſſe fugere non quidem ad vagandum, aut habitum dimittendum, ſed ad impetrandam illius pœnæ veniam à Superiore Prælato, vel à Romano Pontifice.

4 Receſſus à Conuentibus, ſiuè Monaſterijs non eſt licitus Regularibus ſine licentia Superiorum ſub prætextu ſe ſubiacendi obſequio alicuius Prælati Principis, aut Vniuerſitatis, aut alterius perſonæ, vel loci ex cauſa prædicationis, lectionis, aut cuiuſuis operis, neque eis aliquod priuilegium, aut facultas ab alijs ſuper ijs obtenta ſuffragatur, & ſi contrafecerint, tanquam inobedientes arbitrio ſuorum Superiorum ſunt puniendi, Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 4 de regular. & locorum Ordinariis eorundem Superiorum negligentiam ſupplere poſſunt cap. quanto de offic. ordin. & nouiter Vulp. in praxi for. Eccleſ. cap. 42. ſub num. 17

5 Receſſus à Conuentibus, & Monaſterijs, non eſt conceſſus Religioſis niſi

ex

ex cauſa, & cum ſocio licentiamque ſingulis vicibus impetratam, & benedictione accepta, qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociumque exituro adiungat, non petentis rogatu, ſed arbitrio, ita ſtatuit Clemen. VIII.
6 in decretis pro reformatione Regularium vbi etiam ſtatuit, vt degentes extra clauſtra Conuentus ad ea reuocentur, nec de cætero, niſi ex grauiſſima cauſa à Sede Apoſtolica approbanda, huiuſmodi facultates concedi poſſint vt refert S. Fauſt. in theſ. relig. quæſt. 162. lib. 6.
7 Receſſus à Monaſteriis non eſt conceſſus Monialibus poſt profeſſionem niſi ex aliqua legitima iuſta cauſa, ita Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. & monial. cap. 5. de quo latè Bonac. in tract. de clauſur. quæſt. 1. Io. à Cruz de ſtatu relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. cum ſeq. Guttier. canon. quæſt. cap. 14. lib. 1. Sanchez in ſumma lib. 5. cap. 15. tom. 2. latius vide ſupra in verb. clauſura.
8 Adeò quod Monialem non poſſe egredi, vt curam nepotum ſuorum gerat, etiam ſi illi omnibus aliis propinquis deſtituti ſint ex declaratione Sacræ Congregationis, probant Campan. in diuerſ. iur. canon. rub. 12. cap. 16. ſub num. 22. Armendar. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 105. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 102. num. 27. part. 3. Bonac. de clauſur. d. q.
9 1. punct. 9. num. 4. ſubdens num. 5. Monialem egredi non poſſe ad parentes conſanguineos, aut alias infirmitatis cauſa, ſeù alio prætextu viſitandos, &
10 num. 10. annuit Moniales poſſe tranſire de licentia Superioris de vno Monaſterio ad aliud, vel cauſa nouæ fundationis, ſeù correctionis, vel reformationis, aut præfectionis, vt etiam probant præter citatos Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. moniales §. 16. & part. 2. eod. verb. dub. 8. & 12. Ricciull. de iur. perſon. extra gremium Eccleſ. exiſtent. lib. 5. cap. 5. num. 11. aſſerens poſt
11 alios Moniales poſſe ad aliam Religionem perfectiorem tranſire, ſubdens num. 4. neque Concil. Trid. nec Bullam Pii V. prohibuiſſe hanc translationem & ita probant Bonac. d. q. 1. punct. 9 num. 11. S. Fauſt. lib. 5. quæſt. 327. in theſaur. relig.
12 Receſſus de proprio Monaſterio ad aliud poteſt dari Moniali per Superiores, ſi in illo aliqua de cauſa comodè corrigi non valet, Mirand. de ſacr. monial. quæſt. 3. artic. 2. & 3. Sanchez in ſumma lib. 6. cap. 15. num. 47. tom. 2. Bonacin. de clauſur. quæſt. 1. punct. 9. num. 13. & à locorum Ordinarijs, & Superioribus Regularibus de vno in aliud Monaſterium transferri poteſt Monialis, ſibi ſubiecta ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis patrati, vt declaraſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium ſub die 27. Maij 1603. fatetur Sellius ſelect. canon. cap. 8. num. 29.

RECLAMARE.

SVMMARIVM.

1 *Regulares poſſunt reclamare ſuper nullitate profeſſionis ab ipſis emanatæ infra quinquennium.*

2 *Quinquennium in profeſſione expreſſe facta, incipit à die quo profeſſio realiter fuit emiſſa, & quando in tacita, num. 3.*

4 Pre-

4 *Profeſſus ignorans, profeſſionem eſſe inualidam, poſt quinquennium reclamare poteſt & vide num.5.*

6 *Ignorantia reclamandi infra quinquennium de profeſſione, non probatur iuramento reclamantis.*

7 *Reclamatio profeſſionis vt audiatur, eſt neceſſè, quod fiat in habitu, & num.8.*

1 RE clamare intra quinquennium licet Regularibus ſuper nullitate profeſſionis ab ipſis emanatæ, ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. de regularibus.

2 Quod quinquennium in profeſſione expreſsè facta à die quo profeſſio
3 realiter fuit emiſſa, in tacita autem à die quo fecerit actus profeſſis proprios probarunt Azor. inſtitut. moral. part. 1. lib 12. cap. 4. q. 10. Leo in theſaur. fori Eccleſ. cap. 1. n. 4. par. 2. Barboſ. de poteſt Epiſc. alleg. 104. n. 16. p. 3. Bonacin. de clauſ. & pœn. eam violantibus punct. 10. diffic. 4. vbi autumat talem diem eſſe computandum de momento ad momentum.

4 At non reclamantem intra tale tempus, vt puta quia fuit impeditus, vel ignorauit iuſta ignorantia profeſſionem eſſe inualidam poſſe reclamare etiam poſt quinquennium, & vti remedio extraordinario in integrum reſtitutionis, vt audiatur contra Cæuall. quæſt. commun. contra commun. cap. 500. in fin. Paris de reſignat. benef. lib. 13. quæſt. 5. num. 46. & alios probarunt ex Neothericis Flores de Mena var. quæſt. c. 23. num. 68. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 550. num. 6. part. 1. Santarell. var. reſolut. quæſt. 48. num. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 104. num. 17. part. 3. Villalob. in ſumma tractat. 35. diffic. 25. part. 2.

5 At ipſe indiſtinctè practicari vidi, quod pariter aſſeuerat Roder. in compend. quæſt. regul. reſolut. 101. num. 71. vt quoties elapſo quinquennio quis vult dicere de nullitate adit Pontificem, vel Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem, & allegato iuſto impedimento non reclamandi intra tale tempus; illoque ſummariè cognito ſolet concedi talis facultas per viam reſtitutionis in integrum.

6 Qua occaſione obſeruabis tale impedimentum, vel ignorantiam reclamandi intra quinquennium, minimè probari iuramento ipſius reclamantis, Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 37. num. 14. Roder. in addit. ad ſum. cap. 65. n. 6. tom. 4. & alij, quod ipſe habui in facto conſoltus duabus vicibus.

7 Reclamatio profeſſi vt audiatur, neceſſe eſt, quod fiat cum habitu, ita ſtatuit Concil. Trident. ſeſſ. 25. d. cap. 19. de regularib. Lezana in ſumma quæſt.
8 regul. cap. 2. num. 8. vbi intelligit in foro exteriori, & non interiori, ſi cauſa ſubſit aliter faciendi, Bonac. de clauſur. q. 2. punct. 10. diffic. 3.

RECVRSVS.

SVMMARIVM.

1 *Regulares nequeunt recedere à Conuentibus, & Monaſterijs animo accedendi ad Superiorem ſine licentia, limita vt num. 2.*

3 *Religioſi quando poſſunt accedere ad Curiam Romanam pro ſuis grauaminibus.*
4 *Decretum Sacræ Congregationis reportatur.*

1 RΕcurſus ad Superiores ſupremos abſque inferiorum Prælatorum licentia, & hac de cauta à Conuentibus, & Monaſteriis recedere minimè Regularibus, licet ex decreto Sacr Concil. Trident. ſeſſ. 25 cap. 4. de Regularibus, videndus Illuſtriſſ. Epiſc. Riccius in praxi for. Eccleſiaſt. reſol. 327. cum
2 ſeq. part. 4. & alibi Nos diximus, firmando non obſtare Concilium contra Regularem recedentem abſque licentia, nimis ſæuiente Superiore, vt modernè latius probat Dian. reſolut. moral. part. 3. reſolut. 56. tractat. 2. de dubio regular.

3 Et recurſum ad Curiam Romanam pro ſuis grauaminibus exponendis eſſe Religioſis interdictum, niſi ſeruata forma, vt infra patet ex decreto Sacræ Congregationis Regularium apud Nald. in ſumma verbo Religioſus, cuius tenor eſt, vt ſequitur.

4 Quoniam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſiuè dum imminentem admiſſorum criminum pœnam ex ſuis Conſtitutionibus, aut alias debitam ſibi metuunt falſa, & comentitia grauamina cauſari non ad immediatè ſui Ordinis Superiores ſcilicet à grauamine Prioris ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, prout cuiuſque Religioni ad Romanam Curiam abſque licentia ſæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinum diſciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores euadunt. Placuit Sacræ Regularium Congregationi ex ordine Sanctiſſimi ſtatuere, vt ſi quis Regularium in poſterum temerè, leuiuè ex cauſa hanc almam Vrbem, ſeù Curiam abſque ſui Superioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa adire præſumpſerit ad ſuos eiuſdem Superiores ſeueriori pœna plectendus remittatur.

Fr. Michael Bonellus Card.
Alexandrinus.
Gregorius Palearius V. I. D.
Secretarius.

REFECTORIVM.

SVMMARIVM.

1 *Moniales debent comedere in refectorio communi, & in loco communi laborare.*

1 REfectorio in communi comedere debent Moniales, & in loco etiam communi labore, prout ita cernitur declaraſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Conſilij Interpretum de anno 1603. ſub die 1. Auguſti in vna Meſſanen.

REGVLA.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruatio regulæ eſt facienda à Regularibus, dum illam profeſſi fuerunt.*
2 *Superiores debent attendere, nè à regula ordinis recedatur.*
3 *Superior Generalis de conſenſu Capituli poſſunt efficere aliqua ſtrictiora, & laxiora ſtatuta ad regulæ reformationem ſpectantia.*

1 Regula eſt obſeruanda à Regularibus, dum illam profeſſi fuerunt, vt
2 in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regularib. cap. 1. vbi quod à regula ordinis nè recedatur, Superiores incumbere debent, nec poſſe Superiores ea, quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ ſpectat relaxare, Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 390. Rodriq. regular. quæſt. tom. 1. quæſt. 26. artic. 1. autumans
3 quæſt. 44. artic. 1. poſſe Superiorem Generalem de Capituli conſenſu ſibi ſubditis aliqua efficere ſtrictiora, & arctiora ſtatuta ſpectantia ad regulæ reformationem, & ad illius pleniorem obſeruantiam, vt etiam probatunt Azor. in ſtitut. moral. lib. 13. cap. 8. quæſt. 2. part. 1. Fauſt. in theſaur. relig. quæſt. 113. lib. 6.

Sed quia de obligationibus Religioſorum ratione regulæ ſui ordinis multa coadunauit nouiter Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 7. ad eundem eſt recurrendum, quia alia noua ſaltem deciſa iuxta meum inſtitutum pro nunc minimè occurrunt.

RELIGIO NOVA.

SVMMARIVM.

1 *Religio noua inſtitui non poteſt, niſi præuia conceſſione, & Sedis Apoſtolicæ approbatione.*
2 *Congregatio noua ſine diuerſo habitu poteſt inſtitui ab Epiſcopo.*

1 Religio noua inſtitui nequit, niſi præuia conceſſione, & approbatione Sedis Apoſtolicæ, vt inter cæteros probarunt Azor. inſtitut. moral. part. 1. lib. 11. cap. 23. quæſt. 5. Reginal. in praxi fori pœnitent. lib. 18. num. 364. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 50. num. 47. part. in moderniſſima edit.

Statuit inquam Innocentius III. in Concilio Lateranen. de quo in cap. fin. de relig. domib. nè nimia religioſorum diuerſitas grauamen in Eccleſia Dei confuſionem induceret, vt nemo nouam Religionem, aut ordinem præſumere inſtituere, ſed quicunque ad Religionem conuerti noluiſſet vnam de approbatis aſſumeret, quod & à Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi in cap. 1. de relig. domib. lib. 6. & à Ioanne XXII. in extrauag. Sancta Romana eod. tit. fuit confirmatum, & pœna excommunicationis appoſita.

2 Sed non reticeam dicere, quod nouam Congregationem ſine diuerſo habitu

bitu ordine regulari erecturus, poterit proprium Diœceſanum Epiſcopum requirere, ad text. in cap. de monachis cum ſeq. 18. quæſt. 2.

Cæterum contra inſtituẽtes nouas Religiones extat Decretum Sacrę Congregationis Sanctiſſimi Officij Romæ lati ſub die 16. Iulij 1556. tenoris ſequentis.

Prælibatus S. D. N. ratificauit capturam Io. Franciſci Raimundi Mutinen. Congregationis S. Pauli, & Barnabæ Ciuit. Mediolani, & commiſit Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus, ſiue R. D. Commiſſario facultatem procedendi, ſeù procedi faciendi in futurum contra quaſcunque perſonas volentes inſtituere, ſeù inſtituentes nouam Religionem cuiuſque ſtatus gradus, & conditionis exiſtant, & de contentis in titulo, ſiue titulis de religioſis domibus, & de conſtituentibus nouam Religionem, Monaſteria, vel alia quęcunque loca pia, quod poſſint dicti Reuerendiſſimi Cardinales, ſeù dictus Reuerendiſſimus Commiſſarius ea reuidere, & corrigere, ac omnia, alia, & ſingula in præmiſſis facere, quæ eis reſpectiuè videbuntur iuri conſona.

RELIQVIÆ.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ Sanctorum approbantur ab Epiſcopis.*
2 *Epiſcopus extra ſuam Diœceſim poteſt approbare Reliquias Sanctorum.*
3 *Cognitio Reliquiarum ſi ſint veræ, & ſint exponendæ etiam in Eccleſiis Regularium ſpectat ad Epiſcopum, & quando ſecus num. 5.*
4 *Concilium Theologorum requiritur in approbatione Reliquiarum.*

1 Reliquiæ Sanctorum ab Eccleſia canonizatorum in propria Diœceſi approbantur ab Epiſcopis, qua præcedente approbatione abſolutè venerari poſſunt, Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 8. quæſt. 8. Suarez in 3. part. quæſt. 25. art. 6. diſp. 55. ſect. 2. Philiarc. de offic. Sacerdot. part. 2. lib. 3. cap. 9. in fin. tom. 1. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 43. num. 14. tom. 1. firmans
2 licere Epiſcopo extra ſuam Diœceſim nulla Ordinarij licentia talem facere approbationem, & facultatem concedere, vt in ſua Diœceſi publicè venerandæ Reliquiæ collocentur.

3 At Reliquiarum iſtarum cognitio ſi ſint veræ, & exponendæ ſint etiam in Eccleſijs Regularium ſpectat ad Epiſcopos locorum Ordinarios, qui poterunt mandare, vt interim cuſtodiantur in loco decenti ſibi benè viſo, & apud eos retinere claues, cenſuit Sacra Congregatio in vna Viterbien. ſub die 26. Iunij de anno 1627. refert Sellius in ſelect. Canon. cap. 3. num. 11.

4 Teneri tamẽ hac in approbatione facienda Theologorum adhibere conſilium, & pios viros, & doctos elicitur ex Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de purgatorio, ibi (adhibitis in conſilium Theologis,) & tradunt Azor. inſt. moral. part. 1. lib. 9. d. cap. 8. quæſt. 8. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta lib. 1. præcept. 1. cap. 4. num. 4. vbi reſoluit, quod illorum ſententia audita Epiſcopi erit determinare.

Cuius

Cuius dicti ratio aſſignatur, quoniam in Concilio loc. cit. ſtatutum eſt, vt ſolum petatur tale conſilium, nec vt ſuffragium præſtent prælibati.

Licet ſi Epiſcopus non ſit verſatus in hac materia, & conſilia præſtita per Theologos pios, & doctos viros eſſent veriſimilia, vtque tunc forent demandanda executioni ab Epiſcopo loci ordinario.

5 Sed non reticeam dicere ex eodem Fagundez d. cap. 4. num. 5. quod ſi grauis aliqua quæſtio ſuboriatur, itaut res deducenda ſit ad Concilium Prouinciale, eiuſque ſententia expectanda, tunc deciſio non erit Epiſcopi, ſed Concilij Prouincialis, quia Sacrum Tridentinum Concilium minimè petit conſilium prædicti Concilij Prouincialis, ad inſtar petit Theologorum, ſed ſententiam, quo in caſu non ſufficit, ſi Metropolitanus, & omnes in Concilio congregati ſententiam ſuam ſeorſum dicant, ſed neceſſe eſſe, quod Patres collegialiter ſint congregati, meminit, & ſequitur modernè Barboſa in tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 97. num. 17. part. 3.

RENVNCIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio bonorum, vel obligatio facta ante profeſſionem, & cum iuramento in fauorem piæ cauſæ valet, & an ſortiatur effectum profeſſione non ſequuta, num. 2.*

3 *Appellatione obligationis, vel renunciationis, venit quilibet contractus lucratiuus, vt num. 4. 5. 6. 7. & 8.*

9 *Secularis etiam intuitu ingreſſus poteſt de bonis ſuis diſponere, n. 10. & 11.*

12 *Donatio facta ab eo, qui non eſt ingreſſus Religionem, ſed cogitat tantum de ingreſſu requirit ſolemnitatem legis, ſeù ſtatuti ſecularis.*

13 *Renunciatio Nouitij facta ad fauorem Patrum Societatis Ieſu inter Patres dictæ Societatis eſt valida.*

14 *Renunciatio Nouitij facta cum ſollemnitate Concilij, quid requiritur, vt ſit valida.*

15 *Profeſſio non ſufficit, quod ſit facta, ſed quod valida ſit.*

16 *Profeſſione nulliter emiſſa, ratificata, ratificatur quoque renunciatio, & vide n. 17.*

18 *Renunciatio facta à Nouitio profiteri volenti in Religione, ſi poſt emiſſam profeſſionem ad Epiſcopatum aſcenderit, reuocari poteſt, contra num. 19. & num. 20. vbi cum diſtinctione.*

21 *Regularis promotus ad Epiſcopatum recuperat ius ſuccedendi quo ad bona delata poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, & num. 22.*

1 RENunciatio bonorum, vel obligatio facta ante profeſſionem, & cum iuramento, aut in fauorem cuiuſcunque piæ cauſæ valet vigore Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regularibus cap. 16. niſi intra duos menſes proximos ante profeſſionem cum licentia Epiſcopi, aut eius Vicarii fuerint facta,
2 & minimè intelligitur ſuam ſortiri effectum, niſi profeſſione ſequuta, nec ante profeſſionē Monaſterio aliquod excepto ipſius Nouitii victu, ac veſtitu illius tēporis, quo in probatione eſt à parentibus, ſiuè propinquis, vel curatoribus eius quocūque prætextu tribuatur, ne hoc ſub prætextu migrare nequeat

quod totam, vel maiorem partem ſuæ ſubſtantię Monaſterium poſſideat, nec
facilè, ſi diſceſſerit id recuperare valeat, itaut ſub cenſuræ pœna recipientibus,
ac dantibus id prohibeatur, Rota in Romana fideicommiſſi 15. Nouembris
1624. coram R.P. Pirouano.
3 Cuius quidem renunciationis, & obligationis ſub nomine de quo in præ-
citata conciliari diſpoſitione intelligi ſingulos lucratiuos contractus ex Neo-
thericis probarunt Sanchez in ſumma lib. 7. c. 5. à n. 31. Fauſt. in theſaur. relig.
quæſt. 179. lib. 5.
4 Idemque reſpectu donationis inter viuos autumant Molin. de iuſtit. & iu-
re diſp. 139 tract. 2. Menoch. de arb Iudic. caſu 436. num. 8. & ante eos Nauar.
conſil. 81. & 82. de regularibus qui conſil. 83. eod. tit. idem reſpondit circa li-
5 berationem, qua Nouitius tutorem, ſiuè curatorem ſuum à reddendis ra-
tionibus liberat, niſi facta eſſet à Nouitio inteſtato non alterando teſtamenti
naturam, ſequitur Vecch. in praxi ſeruand. in admittend. ad relig. ſtat. nouit.
6 diſp. 3. dub. 7. num. 9. qui diſput. 8. dub. 7. num. 8. idem affirmauit reſpectu
fideiuſſionis, vt etiam aſſeuerat Sanchez in ſumma cit. cap. 3. n. 34. admittendo
47 idem reſpectu renunciationum officiorum publicorum temporalium, ſi
fiant quatenus ſtatim transferatur in eum, in cuius fauorem factæ ſunt.
8 Idemque reſpectu renunciationis beneficiorum poſt multos ex recentio-
ribus aſſeuerant Leiua in examin. Epiſcopor. lib. 6. cap. 15. num. 23 Mar. An-
tonin. variar. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſ. 62. Molfeſ. in conſuet. Neap. par. 4. tit. de
renunciat. quæſt. 16. num. 34. & ſeq. tom. 1. Suar. de relig. lib. 5. cap. 16. num. 12.
tom. 3. Fauſt. in theſaur. relig. quæſt. 181. lib. 5. licet contrarium enunciet Gar-
cia de benefic. cap. 9. num. 12. part. 11. tom. 2. de quo meminit Barboſ. de po-
teſt. Epiſc. alleg. 99. n. 19. part. 3.
Inſuper nec comprehendi renunciationes, & donationes ab exiſtente ad-
9 huc in ſæculo factas, prætextu tamen, & intuitu ingreſſus Religionis,
quia ſæcularis ante habitus ſuſceptionem, & nouitiatus ingreſſum, poteſt
etiam intuitu eiuſdem ingreſſus validè de ſuis bonis diſponere illa renuncian-
do, donando, & obligando abſque ſolemnitate in præfato Concilij decreto
petita, ita tutantur Molin. de ritu nupt. quæſt. 99. num. 30. lib. 3. Theſaur. fo-
renſ. quæſt. 56. num. 8. & ſeq. lib. 2. Valaſc. de partit. bonor. cap. 16. à num. 22.
Gratian. deciſ. March. 37. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 295. in fin.
Caſtill. controuerſ. lib. 1. de vſufruct. cap. 65. num... Vega in ſum. cap. 50. caſ.
3. tom. 2. Zanard. in direct. theologic. cap. 17. part. 2. Nald. in ſum. verb. religio-
ſus,; Megal. 1. 2. lib. 2. cap. 27. num. 25. & ſeq. Vecch. in praxi nouit. diſput. 8.
dub. 8. num. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg 99. num. 17. part. 3.
10 Et licèt non deſint numero, & authoritate DD. contrarium aſſerentes,
vt inter cæteros omiſſis antiquioribus fuerunt Cancer. variar. reſol. lib. 2. cap.
8. num. 81. Leſſ. de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 41 num. 39. & ſeq. Roias in epitom.
ſucceſſ. c. 7. n. 30. & ſeq. Mar. Ant. var. reſol. lib. 1. reſol. fin. caſ. 42. Cæuall. com-
mun. contra commun. quæſt. 115. in fine.
11 Tamen eorum opinio hodiè non eſt attendenda, cum contra eam de-
clarauerit Sacra Eminentiſſimorum Concilii Interpretum Congregatio, &
voluerit Rota in Parmen. tranſactionis 20. Decembris 1617. coram R. P.
D. Du-

D.Duran.verſ.tandem non obſtat, vbi etiam fuit dictum in donatione facta
12 ab eo, qui adhuc non eſt ingreſſus Religionem, ſed cogitat de ingreſſu eſſe adhibendam ſolemnitatem legis, ſeù ſtatuti ſæcularis, quia dum non ingreditur eſt ſæcularis, ideò ſæcularibus legibus ſubijcitur, quod etiam declarauit Sacra Concilii Congregatio in anno 1626.
13 Renunciatio Nouitii facta ad fauorem Patrum Societatis Ieſu inter Patres dictæ Societatis eſt valida, non obſtante quod non fuerit facta cum licentia Epiſcopi, ita determinauit Sacra Concilii Congregatio in vna Neapolitana 20. Martij 1621. vt recenſet Sellius in ſelect. canon. cap. 19. num. 15. & probant Sanchez, qui alios citat in ſumma cap. 5. num. 9. lib. 7. & Roderic. in compend. quæſt. regular. reſolut. 53. numero 15. Aldan. in compend. reſolut. iur. canonic. lib. prim. titul. 16. num. 10. vbi ait deciſum iuxta ſupradictam opinionem.
14 Renunciatio à Nouitio facta cum ſolemnitate Concilii ſeſſ. 25. de regularib. capit. 16. vt valida, & firma ſit, requirit de ſubſtantia, quod ſequatur profeſſio, ita vt illa non facta, puta quia deſeruerit habitum vel mortuus fuerit, nulla, & irrita erit renunciatio, vt pluries declarauit Sacra Congregatio, vt probarunt Nauar. conſ. 9. de ſucceſſ. ab inteſt. Honded. conſ. 73. vol. 2. Roderic. compend. quæſt. regular. reſolut. 53. num. 12. Paſſarell. in priuil. minim. cap. 37. Vecch. in praxi nouit. diſput. 8. dub. 9. num. 6. Fauſt. in theſaur. relig. lib. 5.
15 quæſt. 188. autumans quæſt. 187. nec ſuffi ere profeſſionem fuiſſe factam, niſi valida exiſtat, ſequitur Sanch. in ſumma cap. 5. num. 55. lib. 7. vbi num. 56.
16 annuit, quod ratificata profeſſione nulliter emiſſa, cenſetur quoque renunciatio ratificata, & proinde eſt valida, quod etiam probauit Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. 146. p. 4.
17 Qui Sanchez loco indicato num. 56. ſubdit, quod ſi profeſſio eſſet nulla non ratione ætatis, ſed quia facta eſſet anno non integrè tranſacto, vel ex metu, aut alijs de cauſis in hoc caſu, cum renunciatio ab initio valuerit, eiuſque firmitas pendeat à profeſſione validè emiſſa, quamuis profeſſio fuerit initio irrita, & ſic non confirmauerit renunciationem, cum tamen adhuc ea in ſuo priſtino valore perſeuerat confirmabitur, quoties illa profeſſio ratificata fuerit alia profeſſione, ſiuè expreſſa, ſiuè tacita, valida probat Peregrin. in conſtitut. tuæ Relig. Cleric. Regul. p. 2. c. 1. lit. G. §. 17.

Cæterum obſeruabis, & digito ligabis, quod quamuis renunciatio reuocetur ex egreſſu à Religione, tamen hoc ceſſat, quando Regularis eſſet iectus à Superiore ex legitima cauſa, quia tunc non habebit regreſſum ad bona renũciata, vel donata, vt in facti contingentia declaraſſe Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Interpretum Congregationem reperio.
18 Renunciatio facta à Nouitio profiteri volente in Religione, ſi poſt emiſſam profeſſionem validè ad Epiſcopatus culmen aſcendat, reuocari poteſt, iuxta fuſiſſimè ſcripta per Molfeſ. in conſ. 1. & 39. poſt comment. ad conſuet. Neap. & per Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 152. part. 2.
19 At contrariam partem agnouerunt veriorem Anna conſ. 45. tom. 1. & ſatis laxo calamo Reg. Rouit. deciſ. 10. vbi ad nauſeam omnia pro, & contra cumulat, & ita iudicatum refert à Sacro Regio Conſilio, quod annuit fuiſſe

R 2 abſolu-

abſolutum, Conuentum, ſed quia introitus Eccleſiæ Epiſcopalis ad quam Regularis promotus fuerat, valdè quidem exiguè erant pro ſubſtentatione dignitatis Epiſcopalis, & Conuentus erat nepos Epiſcopi ex fratre, & ſic de eadem familia, nè dignitas illa Epiſcopalis vileſceret in ipſa familia, condemnauit Conuentum contribuendum pro alimentis Epiſcopi ad annuos ducatos ducentum, quouſq; fuerit tranſlatus ad pinguiorem Eccleſiam, vel aliundè contingerit caſus, quod percipiat maiores fructus quā percipiebat à dicta Eccleſia.

Cæterum moderniſſimè Barboſ. in tractat. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 42. num. 242. in hac opinionum ſciſſura exiſtimat cum diſtinctione tranſire componendo tales contrarias opiniones.

Dicens, quod aut bona per huiuſmodi renunciationem Religioſo nondum ad Epiſcopalem dignitatem aſſumpto tertio acquiſita fuerunt, & tunc credit procedere ſecundam opinionem, vel quæſita adhuc non ſunt, puta quia renunciauit iura ſuccedendi in legitima materna, & poſt emiſſam profeſſionem ad Epiſcopatum viuente eadem matre tranſlatus fuit, hoc enim caſu recuperat ius ſuccedendi in dicta materna legitima, cum medio tempore nulli fuerat virtute renunciationis huiuſmodi aliqua res acquiſita, quod in ſumma euincunt prioris ſententiæ fundamenta, & in his terminis articulo bis, & iterummaturè diſcuſſo, declarauit Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Concilij Interpretum Congregatio in anno 1631. xj. Ianuarij, dum dixit, quod Regularis, qui legitimè renunciauit bonis ſuis ad fauorem coniunctorum, & iuri ſuccedendi etiam in bonis parentum, factus Epiſcopus recuperat ius ſuccedendi etiam quoad renuntiata ad fauorem tamen ſuæ Eccleſiæ.

21 Adducit rationem, quia huiuſmodi Regularis ad Epiſcopatum promotus recuperare poteſt ius ſuccedendi quoad bona delata poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, in commodum tamen ſuæ Eccleſiæ reſpectu proprietatis, id enim bene ſe compatitur cum ſubſtantialibus Religionis, & voto paupertatis emiſſo, vt probat text. in cap. ſtatutum 18. quæſt. 1. vbi gloſ. & Archid. declarant verba illa, ſibi iure vendicandi, ideſt ſuæ Eccleſiæ, D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. artic. 8. in fine, Nauarr. conſ. 15. num. 4. de regular. & reddit. Eccleſ. quæſt. 1. Rodriq. tom. 2. quæſt. regular. quæſt. 59. artic. 7 Rot. in Venellen. hæ-
22 reditatis 24. Maij 1616. coram D. Pirouano, in qua firmatur vſumfructum poſſe ſibi acquiri, ſequendo deciſ. 401. n. 7. coram Ludouiſio, ſecus dicendum in bonis delatis ante adeptum Epiſcopatum, ſiuè fuerint per alium actualiter quæſita, vt tradunt Felin. in c. in præſentia n. 56. de renunc. Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. cler. p. 1. n. 4. ſiuè adhuc in ſuſpenſo remanerent, prout conſuluit Federic. conſ. 26. & Vbald. loc. cit.

RESIDERE.

SVMMARIVM.

1 *Curam animarum habentes reſidere tenentur.*

2 *Abbas Commendatarius Sanctorum Vincentii, & Anaſtaſij Ordinis Sancti Benedicti reſidere non tenetur.*

3 *Reſidentia non requiritur in Monaſteriis curam animarum non habentibus.*

1 Reſi-

1 REſidere quamuis teneantur curam animarum habentes, vt in Bulla Pii IV. incip. In ſuprema, & Concil. Trident. ſeſſ. 6. de reform. c. 1. & 2. & fusè Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 53. p. 3. & de offic. & poteſt. Parrochi c. 8. & de canonic. & dignit. cap. 20. Santarell. variar. reſol. quæſt. 4.

2 Tamen Abbas Commendatarius Sanctorum Vincētij, & Anaſtaſij Amādulæ Fimanæ Diœceſis Ordinis Sancti Benedicti, non tenetur reſidere in ea, licet illa curam habeat animarum ſæcularium, ſed talis curauerit exercenda in Vicario presbytero ſeculari per Ordinarium approbando, ita decidit Sacra Congregatio, refert Aldan. in comp. can. reſol. tit. 5. num. 3. lib. 1.

3 Reſidentia non requiritur in Monaſteriis, quæ cura, & Conuentu carent, vt determinaſſe Sacram Concilij Congregationem, teſtantur Garc. in tract. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 179. declarat. 9. Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. tit. ſed an Parochi debeant reſidere num. 179.

SACERDOS.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui non eſt, quamuis Regularis, audens celebrare miſſas, vel audire confeſſiones, puniuntur ab Inquiſitore S. Officij.*

2 *Sacerdos, qui non eſt audiens confeſſiones, ſi non abſoluat, non incurrit pœnas pontificias, & vide num. 3. & 4.*

5 *Sacerdos, qui non eſt audit tantum confeſſionem generalem, non ſpecialem, ſubijcitur iudicio Inquiſitoris.*

6 *Sacerdos, qui non eſt ſemel audiens confeſſiones, punitur pœna ordinaria.*

7 *Sacerdotes, qui non ſunt, ſed ſunt religioſi, vel ſacris ordinibus initiati, & celebrant miſſas, vel confeſſiones audiunt, non fuſtigantur.*

8 *Bulla S.D.N. Vrbani VIII. contra non Sacerdotes celebrantes inſeritur.*

1 SAcerdos, qui non eſt, & ſi Regularis audens celebrare miſſas, vel audire confeſſiones fidelium, poteſt ab Inquiſitore S. Officij puniri, vt patet ex Bullis Pauli IV. Gregorij XIII. incip. Officij noſtri, Sixti V. & ex bulla Clement. VIII. incip. Et ſi alios, de quibus Scortia in bullis Pontificiis epitom. 162. theorem. 403. Aldret. de relig. diſcipl. tuend. cap. 20. num. 14. lib. 2. Moura de incantat. opuſc. 1.
cap. 4. num. 58. Santarell. de hæreſ. cap. 42. dub. vnic. num. 5. vbi quod ſi non
2 Sacerdos audiat confeſſiones, & non abſoluat, quod minimè ſubdatur pœ-
nis Pontificiis latis in ſupradictis Bullis, ſequuntur Acugna in tractat. de
confeſſor. ſollicitant. quæſt. 13. num. 14. & alii vltra hos quos recenſet Dian.
3 reſolut. moral. par. 1. tract. 4. reſol. 16. licet contradicant Freitas in tract. de
confeſſar. ſollicit. quæſt. 13. num. 36. & Souſa in opuſcul. de ſollicitant. tract. 1.
4 cap. 9. vbi annuit ad violationem dictorum decretorum ſufficere audire
confeſſiones, quamuis abſolutio, ſiue ex indiſpoſitione pœnitentis, ſiuè alia
5 de cauſa non impendatur, & addit etiam non Sacerdotem, qui ſolum con-

Digitized by Google

feſſionem generalem audit, non tamen ſpecialem peccatorum ſubijci iudicio
Inquiſitorum, licet mitius puniri debeat, inſuper dicens, quod qui ſemel
6 confeſſionem audiat, aut vnum tantum peccatum pœna ordinaria puniri
debeat, refert nouiſſimè idem Dian. reſolut. moral. part. 4. tract. 7. de pœn. de-
7 lictor. reſolut. 11. vbi notat, quod ſi ſupradicti rei ſint Religioſi, vel ſacris
ordinibus initiati non fuſtigātur, & reſolut. 12. tractat. de laicis, & non Sacer-
dotibus miſſam celebrantibus, de quibus Nos pariter aliqua tetigimus ſupra
in verb. celebrans.

At quia hiſce temporibus in hac mateia propalata eſt Bulla Sanctiſſ. D. N. Vrbani VIII. qua datur ampliatio Conſtitutionis à Clemente VIII. contra non promotos ad ſacrum Presbyteratus ordinem, ſacramentales confeſſiones audientes, aut miſſam celebrantes, Curiæ ſęculari præuia degradatione tradendos editæ ad omnes etiam minores vigintiquinque annis, dummodo vigeſimum ætatis annum compleuerint, eius tenoris ſeriem Nobis hic inſerere libuit vt infra.

8 Apoſtolatus officium, cui meritis, licet imparibus, diſponēte Deo præſidemus à Nobis poſtulat, vt quantum Nobis ex alto conceditur, delinquēdi fiduciam compeſcamus, in ijs præſertim, quorum eò ſacrilega proceſſit audacia, vt ſub beneficio minoris ætatis Apoſtolicis Conſtitutionibus confoueat in delictis, quorum ſtatutis pœnis ſe idcirco iactant, minime ſubiacere, alias ſi quidem à fęlic. recordat. Clem. Papa VIII. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſequentis videlicet.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam Et ſi alias fęlic. recordat. Paulus Papa IV. prædeceſſor noſter, ad nefariam, & ſacrilegam quorundam hominum temeritatem coercendam, qui cum ad ſacrum Presbyteratus ordinem minime promoti ſunt, Sacerdotis tamen authoritatem ſibi temerè aſſumentes miſſarum celebrationem vſurpare, & Sacramentū Pęnitentię miniſtrare præſumunt, decreuit huiuſmodi delinquentes à ſanctæ Inquiſitionis Iudicibus tradi debere Curiæ ſæculari, debita animaduerſione puniendos, & poſtea felic. record. Sixtus Papa V. etiam prædeceſſor noſter prædictū Pauli Papæ IV. decretum innouari, ac ſerio obſeruari madauerit, eò tamen dictorū hominum proſumit audacia, vt prætextu ignorationis huiuſmodi decretorū ac pęnarum contra ipſos, vt præfertur, inflictorum illis ſe minimè ſubiacere, & obnoxios eſſe putent, ac propterea ſe ab eiſdem liberari, & abſolui poſſe prætendant. Nos igitur animaduertentes huiuſmodi perditos, & nefarios homines ad ſacrum Præsbyteratus ordinem non promotos miſſarum celebrationem vſurpare præſumētes non ſolum actus idolatrię ſaltem extrinſecè, ſeu per externa, & viſibilia Religionis, & pietatis ſigna exercere, ſed etiā (quantum in ipſis eſt) efficere, vt Chriſti fideles, qui credunt, eos ordinatos eſſe, & ritè cōficere Sacramentum Euchariſtiæ, Idolatriæ crimen ignoranter incurrant purū videlicet panem, & vinum tanquā verum Chriſti Domini Noſtri Corpus, & Sāguinem eis adorandū proponentes, confeſſiones autem audientes, non ſolū Sacramenti Pœnitentiæ dignitatem contemnere, verum etiam Chriſti fideles decipere dum ſcilicet iniquè ſibi aſſūmunt gradum ſacerdotalem, & authoritatem abſoluendi à peccatis, magno cum periculo, & ſcandalo plurimorum.

Pro-

Propterea vt grauiſſima hæc ſedera committentes, poſt hac debito ſupplicio puniantur, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſanctæ Inquiſitionis iudicium conſcientiæ conſulere, & ne in futurum de pœna hiſce delinquentibus imponenda dubitari poſſint, prouidere volentes ſupradictorum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, ac perpetuò valitura conſtitutione, decernimus, atque ſtatuimus, vt quicunque non promotus ad ſacrum Presbyteratus ordinem repertus fuerit, miſſarum celebrationem vſurpaſſe, vel ſacramentalem confeſſionem audiuiſſe, à Iudicibus ſanctæ Inquiſitionis, vel locorum Ordinarijs, tanquam Eccleſiaſticis ſi quis habuerit, ante degradatus, ſtatim Curiæ ſæculari tradatur, per Iudices ſæculares debitis pœnis plectendus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Concilio etiam generalibus editas, etiam in corpore iuris clauſis. Quibus omnibus, & ſingulis illarum text. pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentibus, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrarijs quibuſcunque, vt autem huiuſmodi conſtitutionis ignorantia de cętero allegari, aut prætendi nunquam poſſit, atque vt præſentes literæ omnibus innoteſcant; volumus illas ad valuas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & in acie Campi Flore more ſolito publicari, & affigi, atque iis inde amotis earundem exempla ibi etiam impreſſa, ibi affixa relinqui facta, quæ huiuſmodi publicationē omnes, qui in Vrbe poſt menſem, qui verò extra eam, & citra montes poſt quatuor menſes qui demum vltra montes fuerint poſt decem menſes à die publicationis præſentium computandos afficere & arctare, ac ſi eorum cuilibet intimatæ fuiſſent perſonaliter, ac præterea mandamus, earundem præſentium literarum exemplis etiam impreſſis, & manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Officij Sanctæ Romanæ Inquiſitionis, vel alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica coſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem haberi, quę hiſce præſentibus habetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die prima Decembris 1601. Pontificatus noſtri anno decimo.

Cum autem ſicut accepimus, nonnulli priuilegio minoris ætatis nimis temere confiſi, & legum indulgentia freti pœnas à D. Clementis prædeceſſoris conſtitutione in huiuſmodi delinquentes ſtatutis paruipendere præſumant. Nos deteſtantes, & quantum in nobis eſt, cohibere volentes impiam, ac nefariam horum temeritatem, qui atrociſſimo hoc ſcelere catholicam veritatem, quæ ſolos Presbyteros dictorum Sacramentorum miniſtros eſſe docuit, facto impugnant negotio huiuſmodi in Congregatione venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Generalium Inquiſitorum coram nobis habita maturè diſcuſſo inhærentes Conſtitutioni prædictæ, aliiſq; decretis fel. record. Pauli IV. & Sixti V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros contra ſimilia perpetrantes editis, eoq; etiā ad effectum prædictū matura deliberatione, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ampliātes, & extēdentes hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & decernimus, vt de cœtero perpetuis futuris temporibus, qui in poſterū ad ſacrum Presbyteratus ordinem non promotus miſſam celebrare, aut ſacramentalem confeſſionē audire

R 4 præ-

præſumpſerit, ætate minori annis vigintiquinque non excuſetur, quo minus eidem Clementis Conſtitutioni ſubijciatur, dummodo vigeſimum ſuæ ætatis annum compleuerit, ipſeque non promotus ſit delinquens, nulla habita conſideratione pręfatę minoris ætatis, ſiuè laicus, ſiue clericus ſæcularis, aut cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis etiam de neceſſitate exprimendę Regularis, aut cuiuſuis alterius instituti, etiā quantumuis exempti, & priuilegiati Nobiſq; & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecti, necnon militiarum quarumcunque etiam S. Ioannis Hieroſolymitani fuerit tradatur Curiæ ſęculari pęnis debitis plectendus, ſicque & non aliter per quoſcunque ſanctæ Inquiſitionis Iudices, & Inquiſitores etiam Generales S.R.E. Cardinales, & locorū Ordinarios (ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpetrandi facultate, & authoritate) iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quo circa omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tẽpore quomodolibet ſpectabit, in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus Statutum, Decretum, & Conſtitutionem hanc noſtram inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Concilijs etiam Generalibus editis etiam in corpore iuris clauſis, necnon legibus, ſtatutis, decretis conſuetudinibus, & priuilegijs ad fauorem minorū vigintiquinq; annis quomodolibet, & vbicunque locorum editis, ac alias in ipſorum fauorem facientibus, Apoſtolica etiam confirmatione, ac iuramento, ſeù quauis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenore præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem harum litterarum publicationem, & affixionem fieri iuxta formam in prædicta Clementis Conſtitutione præſcriptam, eaſque publicatas, & affixas omnes intra Vrbem, & extra, tàm citra, quàm vltra montes, & mare, poſt tempus in ipſa Clementis Conſtitutione præfixum arctare, & afficere, ac ſi cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent; mandamus pariter vt earundem tranſumptis etiam impreſſis, manuq; Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Officij ſanctæ Romanæ Inquiſitionis, vel alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem, quæ præſentibus hiſce adhiberetur, fides adhibeatur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Martij, 1628. Pontificatus noſtri anno quinto.

SACHRISTIA.

SVMMARIVM.

1 Sachriſtia contigua choro eſt ſub clauſura.

1 Sachriſtia choro contigua alicuius Monaſterij Religioſorum eſt ſub clauſura comprehenſa, vt de anno 1615. ſub die 10. Auguſti declarauit Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium ſuper Epiſcop. & Regular. Congregatio in vna Sulmonen.

SE-

SEDES ABBATIALIS.

SVMMARIVM.

1 *Sedes Abbatialis fixa non poteſt teneri ab Abbatibus propè Altare.*

1 SEdes Abbatialis fixa non poteſt teneri ab Abbatibus propè Altare, vt ſedes Epiſcopalis retineri conſueuit, ſed illa retinenda eſt in Eccleſiaijs tantummodo diebus, quibus ſollemniter celebratur, quo in caſu monachi aſſitentes parari non in ſedibus chorealibus, ſed in ſcabellis ſedere debent in ſitu congruo iuxta Eccleſiarum conuenientem ſitum, tunc appoſito panni lanei coopertis, vt in Bulla S. D. N. Vrbani VIII. promulgata de anno 1629. ſub die 4. Aprilis incipit Exponi, quæ eſt condita ad fauorem Abbatum Olinetanorum, meminit nouiſſimè Barboſa in tract. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. tit. 41. de religioſorum ordinibus ſub num. 73.

SEMINARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Seminarium puerorum in ſingulis Cathedralibus eſt inſtituendum.*
2 *Seminarium vnde ſubſtentari debeat.*
3 *Monaſteria Mendicantium non contribuunt Seminario.*
4 *Mendicantes ex fructibus beneficiorum Monaſterijs annexorum Seminario contribuunt.*
5 *Portio debita Seminario ratione beneficiorum poteſt exigi poſt vnionem beneficij Regularibus factam.*
6 *Moniales nequeunt cogi ad ſoluendam portionem Seminario, niſi habeant beneficia annexa.*
7 *Hieroſolymitani non tenentur Seminario contribuere, & num. 8.*
9 *Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum, ſi intra fines Diœceſis ſint Seminario contribuere tenentur.*
10 *Monaſteria ad Seminarium ſui ordinis contribuentia, de quo ſupereſt Seminario Epiſcopi contribuere tenentur.*

1 SEminarium puerorum in ſingulis Cathedralibus inſtituendum eſt, & vt illud ſuſtineantur, & pro eiuſdem ſumptibus neceſſarijs pars alia, ſeu portio detrahenda per Epiſcopum cum conſilio ſuorum de Capitulo, &
2 duorum de Clero, ex fructibus menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcunque dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, & aliorum beneficiorum, necnon ex fabricis Eccleſiarum, & aliorum locorum, atque ex quibuſcunque alijs Eccleſiaſticis redditibus, ſeu prouentibus etiam aliorum, Collegiorum, ſeu corporũ, vel Confraternitatum, etiã Abbatiarum, Prioratuum, & quorumcũque Regularium beneficiorũ, ita habetur

in

in Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 18. vbi tamen excipiuntur Mona-
3 ſteria Mendicantium, quæ ſunt immunia, Rodriq. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 45. art. 2. & q. 66. artic. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 77. nu. 14. part. 3.
4 Licet Fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum Monaſterijs annexorum Seminario contribuere debeant, nec obeſt, quod prætendant ſe exemptos, quia videlicet in illis lectiones grāmaticæ, & conſcientiæ caſuum pro audiendis confeſſionibus quotidiè habeantur, quia non ſunt ob id exempta, ſed tantum eius impenſæ habendam eſſe rationem, quæ ante Concilium fieri ſolebat pro ſalarijs horum lectorum, & ea tanquam æs alienum detrahenda tenetur tamen ex reliquo ad contributionem Seminario, ita declaratum eſt à Sacra Congregatione, Sell. in ſelect. canon. cap. 10. nu. 19. vbi
5 pariter num. 18. aſſerit reſolutum portionem debitam Seminario ratione beneficiorum exigi poſſe poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regulari-
6 bus Mendicantium priuilegijs gaudentibus, & num. 19. affirmat deciſum Moniales non cogi contribuere aliquam ſubuentionem Seminario, niſi beneficia habeant vnita.
7 Excipiuntur pariter à tali contributione vigore Concilij loco citato, Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, & tradit Gonzal. in reg. 8. Cancellariæ gloſ. 8. num. 53. Sell. d. cap. 10. num. 20. vbi teſtatur fuiſſe deciſum, quod Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, ſiue eorum Vicarij in Parrochialibus Religioni prædictæ vnitis, & ab ea dependentibus non tenentur, neque compelli poſſunt ad contributionem Seminarij, neque ad ſolutionem Cathedratici Synodatici, ſiue charitatiui ſubſidij.
8 Et vigore Bullæ Gregorij XIII. incip. Quo magis, edita in anno 1580. omnes, & ſingulæ perſonæ in beneficijs S. Ioannis Hieroſolymitani quomodolibet exiſtentes à Seminarij Clericorum contributione in qualibet Ciuitate, iuxta Sacri Concilij decretum erecti, ſeù eligendi eximuntur.
9 Quod autem beneficiati beneficiorum collationis Monachorum ſi intra fines Diœceſis ſint, Seminario contribuere teneantur, deciſum recenſet Aldan. in compend. iur. canon. reſolut. lib. 1. tit. 18 num. 16.
10 Monaſteria, quæ ad Seminarium ſui Ordinis contribuunt de eo, quod ſupereſt contribuere, etiam tenentur Seminario Epiſcopi, determinauit Sacra Concilij Congregatio in anno 1630. de menſe Septemb. in Monaſterien.

SEPVLTVRA.

SVMMARIVM.

1 *Carmelitæ ex priuilegio dant ſepulturam ſuis familiaribus.*
2 *Sepulturam eligere ſibi quando prohibentur religioſi.*
3 *Sepultura, quæ danda ſit Tertiarys.*

1 SEpulturam dare familiaribus ſuis Carmelitæ habent in priuilegium ab Alexandro IV. ita ex Specul. ordinis fol. 62. nouè autumat Lezana in ſumma quæſt. regul. cap. 21. ſub num. 10.

Se-

2 Sepulturam eligere ſibi prohibentur Religioſi, niſi quando moriuntur ita remotè à Monaſterio, vt ad illud comodè aſportari nequeant, ita determinauit Sacra Congregatio, per Gloſ. in cap. ſin. de ſepultur. in 6. & probat ex Neothericis Sanchez in ſumma lib. 6. cap. 14. num. 3. Barboſ. de poteſt. Parochi ca. 26. n. 30. Lauor. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. à num. 91.

3 Sepultura, quæ danda ſit Tertiarijs ab hac vita decedentibus patet in declaratione Sacræ Congregationis, de qua infra in verbo Tertiarij verſ. prætereà.

SILVESTRINI.

SVMMARIVM.

1 *Silueſtrini vnde hoc nomen receperunt.*
2 *Silueſtrini à quo fuerunt approbati.*
3 *Silueſtrini ad arctiorem Religionem tranſire poſſunt.*
4 *Silueſtrini habent communicationem priuilegiorum Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, n. 6.*
5 *Generalis iſtorum ad triennium eligitur.*
7 *Silueſtrini ſi fuerint poſteriores in loco à quæſtuando ſe abſtinere debent.*

1 Silueſtrini receperunt nomen hoc, quia fuerunt instituti à S. Silueſtro Canonico Oximano de anno 1233. ſub Pontificatu Gregorij IX. qui fue-
2 runt approbati ab innocentio IV. cum exemptione à ſolutione decimarum, vt legitur in Bulla eiuſdem edita in anno 1247. incip. Religioſa, in qua pariter
3 patet non niſi ad arctiorem Religionem tranſeundi habere facultatem, & ab Epiſcopo loci Ordinario Eccleſiaſtica Sacramenta recipere teneri.
4 Communicationem priuilegiorum Ordinum Mendicantium retinent, vt
5 de an. 1543. ſancitum eſt à Paulo III. in Bulla incip. Expoſcit, vbi pariter eorum Priorem Generalem ad triennium eligendum eſſe inſpicitur.
6 Immo frui ſingulis priuilegijs, & gratijs etiam Ordinum non Mendicantium patet ex Bulla Pauli V. edita in anno 1613. incip. Religioſorum.
7 A queſtuando tamen ſe abſtinere debere, ſi poſteriores in loco fuerint, declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1617. ſub die 24. Ianuarij, & ita nouiſſimè hæc omnia reportat Barboſ. in tract. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. tit. de religioſorum ordinibus cap. 41. nu. 67. vbi de hoc ordine annuit agere Caſſan. in cathalog. gloriæ mundi p. 4. conſider. 57. Card. Baron. tom. 13. Annal. Eccleſ. anno 1267. Tamburrin. de iur. Abbat. diſput. 2. quæſt. 15. num. 11. tom. 1. & alios.

SIMONIA.

SVMMARIVM.

1 *Simonia ſi interueniat in adeptione prælaturæ, Prælati ſic electi ſunt inhabiles ad illam prælaturam.*

Simo-

2 *Simoniæ inducitur ex præcedenti promiſſione ante electionem.*

3 *Simonia committitur à Regularibus conuenientibus inter ſe, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alteri in alia.*

4 *Simonia an committatur, ſi pactum non interueniat, ſed tantum oblatio futura ſpei, & num.5.*

6 *Simonia committitur, ſi prouiſio præceptoriæ S. Iacobi Calatrauæ fiat mercede, vel pretio, ſed vide num.7.*

8 *Simonia committitur à Regularibus, ſi pecuniam accipiant ex cauſa admittendi aliquem ad Religionem, vt illam dent, vt quis profiteatur Religionem.*

9 *Simonia committitur à Regularibus ementibus officia in Religione, vel beneficia.*

1 Simonia ſi interueniat in adeptione prælaturæ inter Regulares, Prælati ſic electi, ſunt inhabiles ad illam prælaturam, & ad quaſcunque alias, ex Bulla Pij V. incip. Vt ſimoniacæ prauitatis, ſuper qua nouiſſimè plura coadunauit Canon. Nouar. frater in ſumma Bullar. tit. de ſimonia, vbi præcisè
2 quod ex promiſſione præcedente ante electionem inducitur ſimonia, alias ſecus c. Artaldus 8. quæſt. 3. Rot. in recent. deciſ. 238. nu. 9. & deciſ. 517. par. 2.
3 Et ſimoniam committi à Regularibus conuenientibus inter ſe, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia, ex cap. cum pridem. & cap. fin. de pactis, probat Dian. reſolut. moral. part. 3. tract. 2. de dub. regular. reſol. 125. & licet enunciet ſecundum Villalob. in ſumma tract. 37. diffic. 24. & Roderic. in compend. quæſt. regular. reſol. 129. num. 3. id ceſſare, ſi pactum non
4 interueniat, ſed tantum futuræ oblatio ſpei, vt ſi dicatur præſta hoc ſuffragium, & prouidebitur tibi de alia re, vel quid ſimile, tamen adhuc ipſe autu-
5 mat, quod cum tales oblationes ſubornationis ſpeciem præſeferant, ideò debent à Religioſis eſſe alienæ, & remittit ſe ad Suarez de relig. lib. 4. cap. 44. à num. 3. tom. 1. & ad materiam plura Lezana in ſumma quæſt. regular. cap. 15. à num. 28. cum ſeq. & cap. 24. à num. 30.
6 Simonia committitur, ſi prouiſio præceptoriæ S. Iacobi Calatrauæ fiat mercede, & pretio, vel cum aliquo pacto, & conditione, & non gratis, ita declarauit Sacra Congregatio, teſte Garcia de benefic. cap. 7. num. 4. part. 1. & vide Azor. inſtit. moral. tom. 3. lib. 12. cap. 16. quæſt. 5. vbi fundat eſſe peccatum ſimoniæ dare aliquid Titio, vt Caium, adſcribere faciat inter Equites Diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & ſimiles.

Licet nouiter Dian. reſolut. moral. par. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 64.
7 exiſtimet ſupradictam Azorij opinionem procedere, quoties pecunia ad hunc effectum daretur pro emendo habitu illorum ordinum, at ſecus ſi daretur gratis, & liberaliter, vel in remuneratione laborum, quamuis excederet eorum menſuram, Vecch. in praxi nouit. diſput. 1. dub. 3.
8 Simonia committitur à Regularibus, ſi pecuniam recipiant, vt aliquem ad habitum, & profeſſionem admittant, vel ad hoc cooperentur, cap. quam pio 1. quæſt. 2. quia collatio habitus, vel profeſſionis ſapit ſpiritualitatem, & ita declarauit Sacra Congregatio, & probat Bonac. in tract. de ſimonia quæſt. 5. propoſit. 2. ſub num. 7. vbi quod eodem pacto incurritur ſimonia, quando traditur pecunia ad finem, vt quis Religioſus efficiatur, Suarez de relig. cap. 54. num.

Digitized by Google

num.3. Filiuc.cap.12.quæſit. 8.num. 15. annuentes pariter Regulares committere ſimoniam, ſi emant officia, & beneficia regularia, & prælationes Abbatias, & Prioratus, cap.non ſatis, cap.mandato de ſimonia, cap. 2. de ſtatu monach.vel ſi emant officium Sacriſtiæ, Procuratoris ordinis, & ſimilia, quòd etiam aſſeuerat Bonacin. loco indicato.

SODOMIA.

SVMMARIVM.

1 *Regulares committentes ſodomiam, peccat contra caſtitatem, & in quas pœnas incidant, num.2. quæ pœna procedunt tàm reſpectu agentium, quàm patientium, limita vt num. 4.*

5 *Verbum exercere requirit vices continuatas.*

6 *Sodomita debet eſſe notorius, ad hoc vt puniatur.*

7 *Sodomita non dicitur qui committit vitium beſtialitatis.*

8 *Beſtialitas eſt ſpecies diſtincta à ſodomia.*

9 *Sodomita non dicitur committens hoc vitium cum muliere, contra num. 10.*

11 *Sententia Iudicis requiritur, vt incurratur in pœnas ſodomia.*

1 SOdomiam ſi committant Regulares, nè dum peccant contra caſtitatem, ſed etiam vltra pœnas diſpoſitas in Concil. Lateran. ſub Alexandro
2 Tertio relato in cap.clerici de exceſſ. incurrunt in pœnas taxatas à Pio V. in Conſtitutione, quæ incipit Horrendum illud, anni 1568. edita in 2. to. Bullar. num.72. vbi hæc habentur.

Omnes, & quoſcunque Presbyteros, & alios Clericos ſeculares, & regulares cuiuſque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico præſentis Canonis authoritate priuamus, ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, poteſtate ſtatim ſeculari traduntur, qui de eis idem capiat ſupplicium, quod in laicos quod in exitio deuolutos legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum.

3 Quæ ſanè pœnæ procedunt tàm reſpectu agentium, quàm patientium in odium tam peximi criminis, Finel.de caſib.reſeruat. caſu 9. num. 5. Coriolan. in ſimili tract.caſu 9.§.10.num.30. par.2. Epiſc. Ricc. in praxi reſol. 57. part.3. Bonac.de matrim.quæſt.4.punct. 11. num.2.

4 Sed illæ ceſſabunt contra Regulares, quando tale crimen ex vſu continuato non committunt, vt puta quia bis, vel ter in tale ſcelus inciderint, vt ex communiori DD. ſentētia patet omiſſis antiquioribus apud Eman. de incātat. ſect. 3.cap.1.num.21. Ledeſm.in ſumma tract.27.cap.15.concluſ.4.par.2.Genuen. in praxi Cur.Archiep.Neap.cap.67. Marta de iuriſd.cap.16. par.2. Epiſc.Ricc. in praxi fori Eccleſ.reſol.302. part.1. Floron. de caſib. reſeruat. part. 2.caſu 2. Mandin.in tract.de ſacris ordinibus cap.22.num.9. Zanard. in direct.theolog. par.2.præcep.9.cap.9. Belloch.de caſib.reſeru.par.2.quæſt.1.num.217.& poſt cæteros nonnullos referens Dian.reſol.moral.par.2.trac.2. miſcell.reſolut.65. vbi licet adducat contrarium tenentes, tamen cum iſta ſpe reſidet, quia verbū

exer-

5 exercere, de qua in Bulla iteratas requirit vices, ac frequentiam factumq; ex vſu quaſi continuato, §. item lex Iulia de adult. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg.44.num. 25. vbi ex cumulo DD. hanc ſimiliter probat opinionem.
6 Vlterius dicens num.26. non omnem exercentem obligare, & deuincere, ſed notorium tantum non ita occultum, Graff. in deciſ. aur. lib. 2. cap. 90. ſub num. 13. Auil. de cenſur. par. 7. diſput. 4. Campanil. in diuerſ. iur. can. rubr. 12. cap. 22. num. 13. & alij apud Dian. reſol. 69. tract. 3. miſcellan.
7 Et num. 22. autumat non comprehendere exercentes vitium beſtialitatis; ſaltem quoad pœnas ipſo iure impoſitas, quia eſt ſpecies diſtincta à ſodomia,
8 Bannez in 2.2. quæſt 64. art. 8. Garcia de benefic. part. 11. cap. 10. §. 2. numero 205. & recenter latius tutatur Dian. reſolut. 66. dict. tractat. 3. miſcellan.
9 vbi doctrinas, & rationes cumulat, dicens reſol. 62. nec comprehendi exercentes hoc vitium cum muliere, illa abutendo vaſe præpoſtero, quod in tanti criminis euulſionem, & nè aperiatur hæc via, mihi non arridet, & ideò
10 cum contraria pertranſeo ſententia quam tutati ſunt ex recentioribus Laym. in ſumma part. 3. cap. 8. §. 21. Gambarut. de caſib. reſeru. cap. 2. num. 3. Epiſc. Ricc. in praxi reſolut. 66. num. 4. par. 3. Homobon. in exam. Eccleſ. par. 1. tract. 7. cap. 28. quæſt. 114.

Et pro complemento non omittam aduertere, vt ad incurrendas pœ-
11 nas ſupradictæ Bullæ requiratur ſententia Iudicis, itaut Regulares ante illam in conſcientia non incurrant, Suar. de cenſur. diſp. 31. num. 22. ſect. 4. Finel. de caſib. reſeru. caſu 9. num. 6. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 46. num. 28. Filliuc. tom. 1. tract. 17. nu. 127. & cæteri apud Dian. d. tract. 3. reſol. 67. vbi ad plura infert pro corroboratione huius ſententiæ, quam nouiſſimè pariter laudat Canon. Nouar. frater in ſumma Bullar. titulo de ſodomia apud quem per plura coadunata ad ornatum huius Bullæ reperies.

SOLLICITANTES.

SVMMARIVM.

1 *Sollicitantes mulieres in confeſſione ad turpia, qualiter puniantur vigore Bullæ Pij IV. & Pauli V.*
2 *Sollicitantes hodiè, qualiter puniantur vigore Bullæ Gregorij XV. cuius tenor reportatur.*
Sollicitantes maſculos in confeſſione comprehenduntur in Bulla Gregorij, ibidem.
3 *Sollicitantium materia à quibus fuit tractata.*
4 *Confeſſarius erit denunciandus, quamuis ſollicitatus conſenſerit.*
5 *Sollicitatus non eſt interrogandus, ſi conſenſerit, vel nè.*
6 *Confeſſarius non debet carcerari per ſolam depoſitionem pœnitentis.*

1 SOllicitantes mulieres in confeſſione ad turpia, & ad inhoneſtos actus in Regnis Hiſpaniarum, cuiuſcumque Ordinis illi ſint, poſſunt inquiri ab Inquiſitoribus contra hæreticam prauitatem, qui illos in hoc culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitatem, prout de iure fuerit faciendũ debita præcedente degradatione ſecularis Iudicis arbitrio puniendi traduntur,
vigore

vigore Bullæ Pij IV. incipit Cum ſicut, editæ in anno 1561. de menſe Aprilis, & Bullæ Pauli V. incipit Dilecte fili, promulgatæ in anno 1608. de menſe Septembris, quæ confirmatæ, & extenſę fuerunt ad omnes vbique locorum exi-
2 ſtentes, & ad ſollicitantes etiam maſculos ad nefaria, ex vniuerſalibus verbis, & in maſculino genere prolatis à Gregor. XV. in ſua Bulla incipit Vniuerſi Dominici gregis, edita anno 1622. vbi Inquiſitoribus ante dictis indulget, vt quos in aliquo huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs ſuſpenſionem ab executione ordinis beneficiorum priuationis, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec nō vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi Regulares fuerint exilij damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiſſimas pœnas meruerint, præcedente tamen debita degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant, vt latius conſtat in eius tenore, qui inſeritur vt infra.

Gregorius Papa XV. ad futurã rei memoriam Vniuerſi Dominici gregis curam, quamuis immeriti, celeſti diſpoſitione gerentes ſedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conſeruentur immunes, multoq; maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab ijs auertatur, quibus alios ſanandi officiũ eſt commiſſum, nè quod Euangelia ſcripta nos admonent, ſale infatuato non ſit; in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus; Quoniam autem à Romanis Pontificibus prędeceſſoribus quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolum inter Chriſti fideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet; procul ab ijs arceatur videlicet; vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus ſacroſancto Pœnitentiæ Sacramento, ſollicitando pœnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cœleſti medico infernalis veneficus ex patre ſpirituali proditor execrabilis animarum reddatur; idcirco nos ea; quæ bis pernicioſiſſima Diaboli inſidijs arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, vt nullibi deſiderentur, quantum ex alto conceditur, prouidendum duximus, alias ſiquidem à fęlic. recordat. Pio Papa Quarto prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis videlicet. Pius Papa Quartus. venerab. Fratri Archiepiſcopo Hiſpalen. in Regnis Hiſpaniarum hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali, Cum ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atq; etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis confeſſionibus pęnitentiam deputati in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones abutantur, nec iſti, & qui inſtituit Domino Deo, & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto iniuriã facere vereantur, mulieres videlicet, pęnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare, tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarũ perniciem

niciem Chriſti fidelium ſcandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de Fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, fraternitati tuæ de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, ſeù alios à te deputandum, ſeù deputandos contra omnes, & ſingulos Sacerdotes, dictorum Regnorum, ac aliarum Ciuitatum, & Diœceſum de præmiſſis quomodolibet diffamatos, tam ſeculares, quàm quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant tam ſuper præmiſſis, quam ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos a Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertas iuxta exceſſuum ſuorum qualitates, prout iuris fuerit, punias, eos etiam ſi & prout de iure faciendum debita præcedente degradatione ſecularis Iudicis arbitrio puniendos non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, necnon ordinum quorumlibet, quoniam ipſi Sacerdotes fuerint etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, Priuilegijs quoque Indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiam motu proprio, aut alias quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus eorũ tenores præſentibus pro expreſſis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 26. Aprilis 1561. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Igitur vt Literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obſeruentur motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, præinſertas Litteras huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus illiſque omnibus, & ſingulis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur abijcimus illaſque nõ ſolum in prædictis Regnis Hiſpaniarum, ſed in quibuſuis Chriſtiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus, ac prætcrea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes tàm ſeculares, quàm quarumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum, Ordinum, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum Regulares cuiuſcunq; dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas quæcunque illæ ſint ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpatranda in actu ſacramentalis confeſſionis, ſiue ante, vel poſt immediatè, ſeù occaſione, vel prætextu confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſequuta, ſiue extra occaſionem confeſſionis in

confeſ-

confeſſionario, aut loco quocunque vbi confeſſiones ſacramentales audiuntur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſeù tractatus habuerint in officio ſanctæ Inquiſitionis ſeueriſſimè vt infra puniantur; & præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorũ, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominorum, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quoſque Diœceſibus, & Territorijs per has noſtras literas, etiam priuatiuę quoad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuo Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis fidei, iuxta ſacrorum Canonum formam, necnon officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutionis, priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint, eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs ſuſpendant ab exequutione ordinis priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa: necnon vocis, actiuę, & paſſiuę, ſi regulares fuerint, exilij damnationis ac triremes, & carceres etiã in perpetuum abſq; vlla ſpe gratiæ, alias ei pœnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ ſeculari puniendos tradant, dantes etiam facultatem venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus Generalibus, & Inquiſitoribus Ciuitatum, Dominorum, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quemquam Diœceſibus, & Territorijs per has noſtas literas, etiam priuatiuè quoad omnes alios ſpecialiter ac perpetuo Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis fidei iuxta ſacrorum Canonum formam, nec non officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones, priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles reperierint, in eos pro criminum qualitate, & circunſtantijs ſuſpendant ab exequutione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi Regulares fuerint, exilij damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pęnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pęnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant; dantes etiam facultatem Venerabilib. Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, Generalibus, & Inquiſitoribus, nè delictum tam enorme, & Eccleſiæ Dei tam perniciosum remaneat ad probationum defectum impunitum, cũ difficilis ſit probationis, teſtibus etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, inditijs, & alijs adminiculis delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſeculari, vt præfertur reum tradendum eſſe pronuntiandi. Non obſtantibus omnibus, quæ dictus Prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtari, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Mandantes omnibus Confeſſarijs, vt ſuos pęnitẽtes quos nouerit fuiſſe ab alijs vt ſupra ſollicitatos, moneant de obligatione denuntiandi ſollicitantes, ſeù vt præfertur, tractantes Inquiſitoribus, ſeù locorum Ordinarijs prædictis, quod ſi hoc officium præ-

termiſerint, vel pęnitentes docuerint, non teneri ad denuntiandum Confeſſarios ſollicitantes, ſeù tractantes, vt ſupra, iiſdem locorum Ordinarijs, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire nonnegligant. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbiq; habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque eędem præſentes literæ, ſeù illarũ exempla ad valuas Baſilicarum S. Io. Lateranen. ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent afficiant, ac ſi vnicuiq; perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris die 30. Auguſti 1622. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

S. Card. S. Suſannæ.

3 At quia circa hanc materiam adſunt plures tractatus, & præciſè de illa agunt Souſa in opuſc. de ſollicit. Acugna de confeſs. ſollicit. Treitas de confeſſ. ſollicit. Dian. reſol. mor. pat. 2. tit. de denunciationibus, Vulp. in praxi fori Eccleſ. cap. 36. Illuſtriſs. Epiſcop. Ricc. in praxi fori Eccleſ. tom. 3. tit. de ſollic. in confeſſ. Canon. Nouar. frater in ſumma Bullar. eod. tit. ideo ad eos me remitto.
4 Duo tamen hic reportabo, quorum prima eſt, quod quamuis ſollicitatus
conſenſerit confeſſario, adhuc erit confeſſarius denunciandus, nec ipſe ſollici-
5 tatus tenetur propalare proprium conſenſum, nec erit interrogandus ab Inquiſitore, ſeù Epiſcopo, vt latius conſtat ex literis Sacræ Congregationis Tribunalis ſancti Officij Vrbis, quarum tenor eſt, vt ſequitur.

All'Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Signore mio oſſeruandiſſimo, il Signor Card. Carafa. Napoli.

Intus verò. *Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Signor mio oſſeruandiſſimo, dopò eſſerſi hauuta longa, e matura conſideratione ſopra il dubio ſignificato da più bande ſe i penitenti ſiano obligati à denuntiare i Confeſſori, da quali ſono ſtati ſollecitati nel luoco, ò atto della confeſſione, quando hanno conſentito alla ſollicitatione, N. S. e queſti miei Signori Illuſtriſſimi in Congregatione tenuta auanti Sua Santità à 25. di Luglio paſſato dopò hauere anco inteſo il parere di vna particolar Congregatione deputata per queſto effetto, hanno riſoluto, che qualſiuoglia penitente è tenuto à denuntiare il Confeſſore, dal quale ſarà ſtato ſollicitato nello luoco, ò atto della confeſſione, ancorche egli habbia conſentito, e non è tenuto à propalare il proprio conſenſo, ne ſopraciò s'interroghi del Veſcouo, ò Inquiſitore, ò loro Vicarij, auanti de quali deporrà, ne meno il Confeſſore denuntiato procedendoſi contra di lui, ne i conſtituti, che ſe gli faranno, s'interroghi ſopra detto conſeſſo, & in caſo che egli voleſſe dirlo da ſe, non ſe ſcriua il ſuo detto come inordine alla perſona ſollicitata non ſpettante all'officio della ſanta Inquiſitione. Le parti dunque di V. S. Illuſtriſſima ſono di ſignificare la detta reſolutione à i Confeſſori, & incarcarglili ſtrettamente l'oſſeruanza, acciò ne i caſi che occorreranno alla giornata, conforme al tenore della Conſtitutione publicata da Gregorio XV. di ſanta memoria contra i Confeſſori*

ſolli-

Digitized by Google

ſollicitanti, ſignifichino à i penitenti l'obligo, che hanno di denuntiare i Confeſſori, da i quali ſaranno ſtati ſollecitati, & hauendoli conſentito, e facendo difficultà in ſcoprire il proprio conſenſo, conforme alla reſolutione, che s'è fatta, ſi dicono apertamente, che non ſono tenuti à propalare detto conſenſo, e che tanto eſſi penitenti, quanto i Confeſſori ſollicitanti procedendoſi contra di loro, non ſaranno di ciò interrogati, e dicendolo da ſe, non ſi ſcriuerà, ne riceuerà il lor detto, e quando il penitente tuttauia perſiſteſſe nella medeſima retinenza, N. S. ſi contenta, che dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore ſi dia autorità al Confeſſore di riceuere per ſcrittura, e con giuramento la denuntia per portarla ſubito à chi hauerà data l'autorità di pigliarla, & oltre le coſe ſodette ſe occorrerà altro caſo graue, per il quale non ſi poſſa il penitente indurre à denuntiare, vuole Sua Santità, che ne ſcriua quà, & s'aſpetta la riſpoſta, & in tanto ſi ſopraſeda nell'aſſolutione, & tanto ſi contenterà V. S. Illuſtriſſima di fare oſſeruare nella ſua Dioceſe, facendo regiſtrare la preſente ne gli atti di coteſta Corte per informatione ſua, e di ſuoi ſucceſſori, li quali douranno hauer mira, che la preſente riſolutione riguarda ſolo quei penitenti, che per hauer conſentito, fanno difficultà in denuntiare, ma quei che non hanno conſentito, ò hauendo conſentito, non ſono in ciò renitenti, non deue il Confeſſore porre difficultà alcuna, ma laſciare, che indifferentemente, & liberamente ſodisfacciano all'obligo, che hanno di denuntiare conforme alla detta Conſtitutione. Compiacendoſi anco V. S. Illuſtriſſima di mandare copia della preſente à i Veſcoui ſuoi ſuffraganei, acciò da eſſi ancora ſia fatta oſſeruare la ſudetta reſolutione. Per fine à V. S. Illuſtriſſima humiliſſimamente baciolemani.

Di Roma li 27. di Settembre 1624. di V. S. Illuſtriſsima, e Reuerendiſsima humiliſsimo, & affettionatiſsimo ſeruitore.

Il Cardinal Mellino.

9 Alterum eſt, quod Confeſſarius minimè valeat conſtitui, & carcerari per ſolam depoſitionem pœnitentis aſſerentis ſe ſollicitatum, de quo pariter ſtant literæ eiuſdem ſanctæ Inquiſitionis vt infra videlicet.

Al Molto Illuſtre, & Reuerendiſs. Monſignore il Veſcouo di Fuligno.

Intus verò. *Molto Illuſtre, & Reuerendiſsimo Signore. Acciò più fundatamente ſe proceda contra li ſollecitanti in confeſsione, queſta ſuprema Congregatione ordina, che per il detto d'vna ſola donna V. S. non venghi à conſtituire, ò carcerare il preteſo reo, ſenza prima darne quà auiſo con la relatione della qualità della donna, del denunciante, e denunciato, & all'hora ſe li ſcriuerà, ſe debba, ò nò procedere à conſtituirlo, & carcerarlo, tanto V. S. ſarà contento d'eſeguire, & il Signor Iddio la conſerui.*

Roma li 17. di Luglio 1627. Affettionatiſsimo per ſeruirla.

Il Cardinal Mellino.

SORORES.

SVMMARIVM.

1 *Sorores duæ in eodem Monaſterio poſſunt habitum regularem ſuſcipere, & profiteri, ſed non vltra, niſi præuia licentia, quo caſu altera ſoror voce actiua, & paſſiua caret, num. 1.*

1 SOrores duę in eodem Monaſterio poſſunt quidem habitum regularem ſuſcipere, & profiteri ſed vltra prohibentur, niſi præcedente licentia Sacræ Congregationis, qua obtenta, tertia ſoror ad habitum admiſſa voce actiua, & paſſiua tamdiù careat quouſq; altera ex eiſdem duabus ſororibus vitam cum morte commutauerit, dotemque duplicatam ſoluat, quatenus intra triplicatam vero, ſi ſupra numerum exiſtar, talique caſu adimpleantur conditiones in licentijs impreſſis pro Monialibus ſupranumerarijs concedi ſolitis contentæ, vbi autem laudabilis conſuetudo inoleuit, vel Pontificia Conſtitutione cautum, quod nec duæ ſorores in eodem Monaſterio habitum ſuſcipiant, prout Florentiæ, & alibi ita obſeruetur, ſic enim determinauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium 26. Auguſti 1616. in vna Braccaren.

SPOLIA.

SVMMARIVM.

1 *Spolia fiunt in bonis ex illicita acquiſitione per Clericos acquiſitis.*

2 *Bona Militum Hieroſolymitanorum ex illicita negotiatione acquiſita ad eius hoſpitale pertinent.*

1 SPolia quamuis fiant in bonis ex illicita acquiſitione acquiſitis per clericos, vt in Bulla Pij IV. incip. Decens, edita de anno 1560. & in bonis Regularium extra clauſtra vagantium, vt in Bulla Gregorij XIII. incip. Officij, edita de anno 1577.

2 Tamen bona Militum Hieroſolymitanorum vbique decedētium etiam ex illicita negotiatione acquiſita, vti ſpolia non ad Cameram Apoſtolicam, ſed ad eius hoſpitale pertinent, vt in Bulla Pij IV. incip. Romani, edita in anno 1561. ſub die 24. Martij.

STABILIA.

SVMMARIVM.

1 *Regulares an poſsint habere ſtabilia, remiſsiuè.*

2 *Regulares nequeunt vendere ſtabilia ad effectum emendi cenſus, vel pro fabrica Monaſterij.*

1 Sta-

1 STabilia habere, quatenus licet Regularibus, vide ſupra in verbo poſſidere.

2 Stabilia Regularibus vendere minimè licet ad effectum emendi cenſus, vel pro fabrica Monaſterij, vt deciſum à Sacra Congregatione retulimus ſupra in verb. alienatio num.4. & 5. & modernè fatetur Sellius in ſelect. canon. cap.18.num.3.vbi notat iudicatum in vna ſpoletana,& in Meſſana.

STOLA.

SVMMARIVM.

1 Stola ſicut defertur à Parocho ſeculari in Parrochia Fratrum, dum corpus defuncti ſepellitur, ita Parochus Regularis eadem ſtolam deferre poteſt.

2 Monachus Parochus deferens ſtolam in funeralibus, poteſt ingredi Parrochiam ſecularium.

1 STola ſicut defertur à Parocho ſeculari in propria Parochia, & in Parochia fratrum dum defuncti corpus in eorum Eccleſia ſepellitur, poteſt in eodem caſu, & in eodem tempore Parrochus Regularis eandem ſtolam deferre non ſolum in propria Parochia, verum etiam in Parochia defunctorum, ita declarauit Sacra Congregatio Rituum de anno 1628. ſub die vltimo Septembris, quæ de anno 1629.ſub die 29. Ianuarij in vna Aſculana declarauit, quod ſtolam in funeralibus Parochus monachus deferẽs ingredi Parochiam ſecularium, ſicut ingrediuntur ſeculares Parochi monachorum Parochiam.

SVCCESSIO.

SVMMARIVM.

1 Succeſſio eſt probibita Capuccinis, & Fratribus Minoribus Obſeruantiæ.

2 Succeſſio datur Regularibus ordinis Prædicatorum.

1 SVcceſſio eſt prohibita Capuccinis, & Fratribus Minoribus Obſeruantiæ, quoniam illi ſunt incapaces ſucceſſionis bonorum tã in particulari, quàm in communi, vt cautum eſt in Concili. Trident. ſeſſ.25.cap.3. & nouiſſimè probat Rota Romana diuerſ. in impreſſ. de hoc anno 1636. deciſ.6. vbi quod Religio Patrum Capuccinorum eſt incapax cuiuſcumque acquiſitionis, & ideò ſi in ea emittat profeſſionem ille cuius morte erat purificatum aliquod fideicommiſſum fit illi locus perindè, ac ſi naturaliter obiiſſet, Queſada var.quæſt. cap.77. & ad materiam Sanchez in ſumma lib.7.cap.25. & 26. vbi fusè.

At ſub tali exceptione Fratrum Minorum de Obſeruantia non comprehẽdi Moniales S.Claræ, refert Armendariz in addit. ad recopil. leg Nauarræ fol. 158.num.3.

2 Succeſſio datur Regularibus Ordinis Prædicatorum in temporalibus, ac ſi eſſent in ſæculo, vigore Bullæ Clementis IV. incip. Obtentu, quæ fuit promulgata de anno 1624. de menſe Februarij, & refert modernè Lezana in ſumma quæſt.regul.cap.6. num. 45.

SVSPENSVS.

SVMMARIVM.

1 *Regularis ſuſpenſus à diuinis, habet ius eligendi.*
2 *Electio non pendet ab ordine, ſed à regularitate.*

1 SVſpenſus Regularis à Diuinis, habet ius eligendi, quia in Regularibus electio non pendet ab ordine, ſed à regularitate, ita cum ex facto caſus
2 accidiſſet rogatus de voto à Reuerendiſſimo cuiuſdam Religionis Generali reſpondi nixus auctoritati declarationis Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Interpretum, quæ ita declauerat de anno 1628. ſub die 7. Septembris in cauſa Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula.

TABELLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Tabellæ votiuæ, & alia huiuſmodi in ſignum gratiarum receptarum à Regularibus in loco vbi defuncti corpus ſepultum eſt, apponi nequeunt.*
2 *Decretum S.D.N. Vrbani VIII. circa id reportatur ad vnguem.*

1 TAbellæ votiuæ, & alia huiuſmodi in ſignum gratiarum receptarum minimè poſſunt etiam à Regularibus appoui in loco, vbi corpus defuncti ſepultum eſt, vt latius patet ex Decreto Sacræ Congregationis, cuius tranſumptum eſt, vt ſequitur.
2 Feria 5. die 2. Octobris 1625. in generali Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram S. D. N. D. Vrbano Diuina Prouidentia Papa VIII. ac Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. S.R.E. Cardinalibus aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus Generalibus à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis &c.

Cum Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Vrbanus Diuina Prouidentia Papa VIII. die 13. Martij 1625. decretum ediderit infraſcripti tenoris videlicet.

Sanctiſſimus D.N. ſollicitè animaduertens abuſus, qui irrepſerunt, & quotidiè irripere non ceſſant incolendis quibuſdam cum ſanctitatis, aut martyris fama, vel opinione defunctis, qui, & ſineq; Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica Sede eorum tamen imagines in Oratorijs, atque Eccleſiis, aliiſque locis publicis, ac etiam priuatis cum laureolis, aut radijs, ſeù ſplendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes aliaq; bene-

beneficia à Deo per eorũ interceſſiones accepta in libris rerum ab ipſis geſtarũ enarrantur, & ad illorum ſepulchra, Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur, volenſque proinde huiuſmodi abuſibus pro debito officij paſtoralis occurrere etiam cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſs. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatẽ in vniuerſa Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa declarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quorumuis hominum cum ſanctitatis, ſeù martyrij fama (quantumcunq; illa ſit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcunque aliud venerationem, & cultum præſeferens, & indicans in Oratorijs, aut locis publicis, ſeù priuatis, vel Eccleſijs tàm ſecularibus, quàm regularibus cuiuſcunque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, (& ſi quæ appoſita ſunt) amoueantur, prout ſtatim amoueri mandauit.

Ac pariter in primis de cætero inhibuit libros eorundem hominum, qui ſanctitatis, ſiue martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeù quæcunque beneficia tanquã eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoſcendis Theologos alioſque pios, ac doctos viros in concilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat eiuſque reſponſum expectet, reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & geſta continentibus, hactenus ſine recognitione, atque approbatione huiuſmodi impreſſa ſunt nullo modo approbata cenſeri vult, mandatq; Sua Sanctitas.

Ad horum hominum ſepulchra vetuit etiam, ac inhibuit Tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento, ſeù ex alia quacunq; materia tam pictas, quàm fictas, atque exculptas appendi, ſeu affigi, & lampades, ſiue alia quæcumque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario omnino prout ſupra facienda, Sediq; Apoſtolicæ referenda, ac probanda.

Declarans, quod per ſupraſcripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem curſum temporis, aut per Patrum virorumque Sanctorum ſcriptos, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerãtia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij colũtur.

Vt autem præmiſſa diligentiùs obſeruentur vniuerſis, & ſingulis tàm Ordinarijs, quã hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipit, vt in ſua quiſque Diœceſi, vel Prouincia ſedulò peruigilet, ne ſine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, reuelationes, & beneficia prædicta publicentur aliauè contra ſuperius diſpoſita fiant tranſgreſſores verò ſi regulares fuerint priuationis ſuorũ officiorum, ac voces actiuæ, & paſſiuæ, nec non & ſuſpenſionis à diuinis, ſi verò Clerici ſæculares priuationis pariter ſuorũ officiorum ſuſpenſionis à diuinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, executioneq; ſuorũ ordinum reſpectiuè alijsq; arbitrio prædictorũ Ordinariorum, ſeù Inquiſitorũ pro modo culpæ infligendis plectẽdo,

qui autem libros impreſſerint, aut Imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeù quomodo affixerint, vel formauerint cæterique Artifices circa præmiſſa qualitercunq; delinquentes prædicta omnia amittant, & inſuper pecuniarijs, aliiſque etiam corporalibus pœnis iuxta criminis grauitatem eorundem Ordinariorum, ſeù Inquiſitorum arbitrio afficiantur contrarijs quibuſcunque non obſtantibus.

Et ne præmiſſorum ignorantia poſſit ab aliquo prætendi voluit, vt Decretũ huiuſmodi, ſeù illius exemplum ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorũ Vrbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes proinde arctet, atque afficiat, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatum fuiſſet quodq; præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ præſentibus haberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Poſtmodum vero idem Sanctiſſ. D. N. à quibuſdam reuocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines quas in poſterum offerri contingerit recipere, & antea oblatas conſeruare liceret Sanctitas Sua, quæ tantummodo voluit occurrendo abuſibus, qui irrepere videbãtur certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum ſanctimoniam Diuinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illuſtrare re prius cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus communicata, præſenti decreto declarauit, quod ſicut nunquam prohibuit, nec ſuæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemq; Tabellarum, & Imaginum huiuſmodi, ita vt nulli deinceps heſitationi locus relinquatur, ſtatuit in præſentiarum, & decernit, vt quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium locũuè alium publicum ſecularem, ſeù regularem Tabellas, & Imaginas aliudue ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſione hominum inter Sanctos, vel Beatos non aſcriptorum, quamuis cum martyrij, vel ſanctitatis fama demortuorum operata ſe impetrauiſſe dixerit liceat Eccleſiaſticis perſonis Eccleſiarum locorum vero prædictorum curæ Præpoſitis Tabellas, & Imagines, ſiue pictas, ſiue ex quauis materia fictas, atque alia quæcunq; collata gratiæ fidem facientia ſimul cum differentijs aliorumq; qui conſcij fuerint atteſtationibus recipere, atq; approbantibus Ordinarijs, ad quos referre ſtatim omnia teneatur in ſecreto aliquo ſeorſum ab Eccleſia loco cuſtodire, ibidemq; iam amota collocare, & aſſeruare, vt ſi quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, ſeu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiuſmodi ſanctitatis qualeſcunque probationes Apoſtolicę Sedis iudicio tunc examinandæ contrarijs quibuſcunque non obſtantibus, &c.

Io. Anton. Thamaſius S. Rom. & vniuerſ. Inquiſit. Not.

Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoquinto, indictione octaua, Pontificatus S.D.N. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui, die vero 30. menſis Octobris ſupradictæ literæ, ſiue decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Principis Apoſtolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ, vt moris eſt per me Brandimartem Latinum prælibati Sanctiſs. PP. Curſorem. Romæ ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. 1625.

TER-

TERTIARII.

SVMMARIVM.

1 *Tertiarij qui poſſunt gaudere priuilegijs, & exemptionibus.*
2 *Tertiarij vtriuſque ſexus an ſint perſonæ eccleſiaſticæ.*
3 *Declaratio Sacræ Congregationis circa Tertiarios reportatur, & alia n.4.*
5 *Tertiariæ non deferunt velum ſupra caput, nec patientiam.*
6 *Tertiariæ tertii Ordinis quæ collegialiter viuunt, non comprehenduntur in decretis Sacræ Congregationis pro Tertiarijs latis.*
7 *Tertiariæ quæ votum ſolemne emiſerunt, clauſuram ſeruare tenentur.*
8 *Epiſcopus non tenetur explorare voluntates Tertiariarum, ſi domi degent.*

1 TErtiarij illi ſolum poſſunt gaudere priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus, qui ſunt tertij Ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupati in Congregatione viuentes, ac tribus votis ſubſtantialibus aſtricti, ac profeſſi, & ſub regularis obſeruantiæ obedientia degentes, ita patet ex Bulla Pii V. incip. Ea eſt. & Gregor. XIII. incip. Ex benigna, de quibus moderne meminit Vulp. in praxi iudic. fori Eccleſiaſt. capit. 41. num. 54. vbi etiam di-
2 ſcutit, ſi Tertiarij vtriuſque ſexus ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, de quo latiſſimè vltra cæteros Barboſ. in tractat. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. capit. 39. & Nos in praxi elect. fori quæſt. 66. ſect. 2. vbi ad nauſeam omnia ſunt cumulata, ideò hic calamum abſtineo ſolum referendo in tali materia aliquas Eminentiſſimorum Cardinalium declarationes, quarum prima eſt vt infra.
3 Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Intepretum conſulta reſpondit Fratres Tertiarios Mantellatos, Corrigiatos, alioſque ſimiles, ita demum Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt priuilegii potiri, & ab Ordinarii iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeù cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeù cælibem, aut caſtã viduakm expreſſo voto, & ſub dicto habitent, vitam traduxerint, quemadmodum cauetur conſtitutione Concitii Leteranenſ. ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ. 11. in fine. Hoc autem voto mulierum alia duo ſcilicet paupertatis, & obedientiæ, nequaquam includi: quinimò huiuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem, aut cęlibem ſimpliciter, expreſſeq; vouerint etiam in conſanguineorũ, & affinium ſuorum, aut proprijs domibus, vel ſeorſum habitantes ſupra dictis priuilegiis Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt. exemptionemq; ab Ordinarij iuriſdictione frui debent, quemadmodũ idẽ Leo poſtea declarauit conſtitutione edita die 1. Martij anno 1518. quod ſi Fratres, & Sororeſque Tertij Ordinis, quid amplius prætendant vigore conſuetudinis poſſe ius ſuum proſequi in iudicio ordinario.

Hieron. Card. Pamphilius.

Altera autem Declaratio Sacræ Congregationis hiſce ſub verbis comprehenditur videlicet.

4 Sacra

4 Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum ad tollendas omnes contentiones inter Epiſcopos,& Superiores Regularium ſuper immunitate, & exemptione tertiariarum, quæ in priuatis domibus degunt vulgò Bizoche, ſeù alio quouis nominè nuncupatarum,in primis, & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum in eandem ſententiam reſpondit videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ſepius reſpondit,minime poſſe Sacerdotes regulares mulierum Tertii Ordinis,quas de pœnitentiæ, vel Bizochas vocant, confeſſiones ſacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas;quemadmodum nec poſſe illis ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare in Paſchatis Reſurrectionis Sanctiſſ. D.N.Ieſu Chriſti, vero quoad ſepulturam, atque alia priuilegia Fratres Tertiarios Mantellatos,Corrigiatos aliosque ſimiles ita demum Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictone exemptos eſſe, ſi verè collegialiter viuant,ſeù cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem,ſeù cęlibem,aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur conſtitutione Concilij Lateranenſis ſub Leone X.quæ habetur ſeſſ. 21. in fine. Hoc autem voto mulierum alia duo ſcilicet paupertatis,& obedientiæ nequaquā includi, quinimò huiuſmodi mulieres ſi vitam virginalem, aut cęlibem ſimpliciter expreſſeque vouerint etiam in conſanguineorum,& officium dictorum,aut proprijs domibus vel ſeorſum habitantes ſupradictis priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iuriſdictione frui debere, vt idem Leo poſtea declarauit conſtitutione edita die 1. Martij 1518. An autem prædictæ qualitates in huiuſmodi Tertiarij occurrant Ordinarij loci eſſe iudicium, præterea ſi contingat aliquos ex prædictis Tertiarijs ſine ſepulturæ electione decedere eos ſic decedentes, ita demum in Eccleſijs Ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communi ſepulturam reperiatur, ſin minus in Eccleſijs Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

Superioribus autem regularibus ſufficiendi facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis (Capuccinis exceptis) licere mulieres ad huiuſmodi habitum recipere, atque ad ipſos, veſtiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætate ſaltem quadraginta annorum conſtitutas, quæ de proprio habeant vnde ſufficienter viuere poſſint, & non cum aliis curis, quam cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

5 Verum in huiuſmodi habitu concedendo, reſpectiue deferendo omninò à velo ſupra caput,quod ſuperiectum vocant à pectorali, quod vulgo dicitur *ſottogola*,& à patientia abſtinendum eſſe, quinimò eas, quæ ſupradicta omnia, vel aliquid ipſorum deferre deprehenſa fuerint illa dimittere etiam per cen-

ſuras

ſuras Eccleſiaſticas ab Ordinarijs locorum compellendas eſſe decernit.

6 Supradictis vero Decretis Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt non cō-prehendi, quinimò ea diſpoſitioni Conſtitutionis Pij Papæ V. editæ Romæ anno 1566. quarto Kalend. Iunii, quæ incip. Circa Paſtoralis, penitùs ſubiacere expreſſe declarat, non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facientibus. Datum Romæ 20. Decembris anni 1616.

7 Tertiariæ, quæ votum ſolemne emiſerunt, clauſuram ſeruare tenentur, & ad id per locorum Ordinarios adſtringi poſſunt, ſi autem abſque clauſura, & profeſſione viuere voluerint, non ſunt recipiendæ, ita conſtat ex Bulla Pij V. promulgata de anno 1566. incip. Circa, quod ſi trium votorum ſubſtantia-lium profeſſionem ſollemnem non emittunt, neque in clauſuram ſe reducere volunt omnimodæ Epiſcopi curæ, & iuriſdictioni ſubiectæ ſunt, vt declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno 1616. die 20. Decembris in vna Piſtorien. vt ſupra, cuius meminit Barboſ. de poteſtat. Parochi cap. 26. num. 69.

8 Tertiariarum voluntates Epiſcopus explorare non debet, ſi domi degant, & ibi votum cælibatus emittant, vt cenſuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de anno 1620. ſub die 7. Nouembris, de qua ſupra in verbo exploratio num. 7.

TESTAMENTVM.

SVMMARIVM.

1 Teſtamentum non poteſt fieri à Regularibus poſtquam profeſſi ſunt, etiam ſi tempore profeſſionis reſeruaſſent ſibi teſtandi facultatem, num. 3. & etiam ſi ad pias cauſas teſtari vellent, num. 4. & quamuis cuiuslibet Prælati, excepto Papa, accederet conſenſus, num. 5.

2 Milites Hieroſolymitani non poſſunt diſponere nedum de bonis obuenientibus ex ſua Religione, nec etiam de patrimonialibus.

Sed quid reſpectu Militum S. Iacobi, Alcantaræ, Calatraue, & de Spata & S. Stephani, num. 17. & 18.

6 Teſtamentum factum à religioſo tempore profeſſionis, non poteſt reuocari, vel mutari.

7 Teſtamentum factum à regulari ante profeſſionem, an poſſit declarari poſt profeſſionem, & quando, n. 14. & 15.

8 Declarare non eſt de nouo facere.

9 Declaratio non ampliat gratiam.

10 Voluntas teſtatoris dubia, qualiter exploretur.

11 Lex dubia qualiter à Principe ſit declaranda.

12 Declarans non mutat eſſentiam, aut naturam diſpoſitionis.

13 Diſpoſitio noua dicitur, vbi diminuitur, vel additur aliquid facto.

16 Nouitij profeſſuri Religionem poſſunt facere teſtamentum.

1 Te-

1 Teſtamentum facere Regulares poſtquam profeſſi ſunt, minimè valent, quia illa ſecuta reſultat priuatio facultatis teſtandi, aut de rebus ſuis vlterius diſponendi, vt plures declarauit Sacra Congreg. Epiſc. & Regul. ex cap.ingredientibus cū ſeq 29.q.3.c.quia ingredientibus de teſta.& probant Graſſ.in tract.de ſucceſſ.§.teſtamentum quæſt.34.Spin.in ſpecul.teſtam. gloſ. 9.Rubricæ Menchac.Illuſtr.controuerſ.cap.102.Sanchez in ſumma lib.6.c.8. tom.2. latè Sanchez in ſumma cap. 8. lib. 7. tom. 2. Rota in recent. deciſ. 76.
2 part.2.vbi oſtendit, Milites Hieroſolymitanos, vti verè religioſos non poſſe diſponere nedum de bonis obuenientibus à ſua Religione, verum etiam nec de patrimonialibus,de quo etiam videndus eſt Ill. Epiſc. Riccius in deciſ. Cur. Archiep. 321.part.3.

3 Amplia concluſionem adeò eſſe veram, vt procedat, quamuis Regularis tempore profeſſionis ſibi reſeruaſſet teſtandi facultatem de ſuo patrimonio, licet benè valeat profeſſio ſubſequuta, vt cenſuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Cardinalium Interpretum, de qua nouiſſimè Barboſa in tract.de iure eccleſiaſt.vniuerſ. lib. 1. cap.42.num.207.vbi ampliat etiam ſi
4 Regulares ad pias cauſas teſtari vellent, & etiam ſi cuiuslibet præfati exce-
5 pto tamen Papa,accederet conſenſus,& licentia, vt latius de his, & alij apud eum videri poterit.

Amplia, vt nec teſtamentum factum poſſit mutare, vel reuocare, vt late apud Theſaur.quæſt.forenſ. 56. lib. 2.etiam ſi talem poteſtatem ſibi reſeruaſſet Sanchez in ſumma cap.11.in fine lib.7.

7 Sed hac nactus occaſione opportunum erit quærere, num facta diſpoſitione iuxta tramites Concilij liceat poſt profeſſionem emiſſam illam declarare deciſiuè procedendo affirmatiuam agnoſco opinionem veram tum authoritate,tum etiam & ratione.

Dixi authoritate,nam hanc ſententiam tutantur in terminis terminantibus Rodriq.in ſumma cap.32.num.2.tom.2.& qq.regular.tom. 3. quæſt. 69. art. 3.& Sanchez in ſum.lib.7.cap.11.n.16.tom.2.

8 Dixi ratione, nam declarare non eſt de nouo facere, cum declaratio nihil de nouo conferat,& declarans nihil noui faciat, l. hæredes palam §. ſi quid ff.de teſtam.l.adeò §. videtur ff. de acquir. rer. domin. clem. exiuit §.harum declarationum de verb. ſignific. gloſ. in cap. per tuas verb. de nouo de donat.
9 Oldrad.conſ.224.num.20.Calder.conſ.237. alias 16.de præbend. vbi quod declaratio non ampliat gratiam,& nihil de nouo addit, Anchar. conſ. 7. in q. num.3.Roland.à Valle conſ.15.num.27.vol.3.Gabr.concl. 3. de reg. iur. Menoc.conſ.753.num.20.Tuſc.pract. concluſ.tom.2.lit.D.concl. 86. Rot. deciſ. 454.num.2.part.1.in recent.Reg.Valenz.con.155.volum.2.

10 Conducit pariter pro corroboratione, quia exiſtente dubietate verborum teſtatoris, valet teſtimonium affirmantium voluntatem defuncti, prout ab ipſo viuo quando exarabat teſtamentum audierunt, igitur valet teſtimonium ipſiuſmet diſponentis profeſſi declarantis intentionem ſuæ voluntatis.

11 Si enim iuxta leges canonicas, & Imperiales ad Principem ſit recurrendum, vt ſuæ legis intentionem pandat, declarationemque proponat, vt apud

Ro-

Rodriq.tom. 1.qq.regular. quæſt. 11. art. 1.ergo ad teſtatorem viuum naturaliter, licet per profeſſionem ciuiliter mortuum, non eſt prohibendus recurſus, vt dubiam ſuam voluntatem explicet, quam ad modum legis in ſuo teſtamento adimpleri mandauit.

12 Cæterum, quia declarans, non mutat eſſentiam, aut naturam diſpoſitionis, Roland.cit.conſ.15.n.27.vol.3. Menoch.conſ.331.n.100.& conſ. 360.n.5. Decian.conſ.8.num. 211.lib.1. Glorit.reſponſ.12.n.21.& declaratio debet ſta-
13 re in puris terminis declarationis, quia ſi adderetur vel diminueretur, aut alteraretur, dicetur noua diſpoſitio, Roman.conſ. 45. ideò obſeruabis ſupradictam opinionem procedere, quando ſumus in vera, & propria declaratio-
14 ne obſcuræ, & incertæ voluntatis, ſecus verò vbi declaratio reſpiceret diſpoſitionem, quæ de iure erat certa, & teſtator vellet illam aliter declarare, tunc enim poſt profeſſionem non poſſet ſic declarare, quia vt rectè probat Magdalen.in tract.de num.teſt. in teſtam.requiſit. cap. 30. num. 11. & ſeq. ex text. in l. hæredes palam §. ſi quid poſt, & ibi gloſ. verb. poſſe C. de teſtament. & multis alijs Iuriſperitis quos ibi allegat, hoc non eſt veterem diſpoſitionem declarare, ſed inducere nouam, qua propter debita numeri teſtium ſolemnitate indiget, ſed profeſſo haud licet nouam diſpoſitionem facere.

15 Idemque erit quando declaratio verbis diſpoſitionis non cōueniret, eiſque commodè adaptari minimè poſſet, ita vt ab illis recederetur, nam quando alicuius eſt ſuam mentem declarare, vt Iudicis declaratio talis eſſe debet, qualis verbis conuenire poſſit, alias non eſſet declaratio, ſed noua diſpoſitio, vt probat tex. in cap. 1. de teſtam. in 6. ibi, dummodo de eorum verbis conueniat, Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. libertis nu. 13. C. de reuocand. donat. attamen profeſſo non licet aliquid de nouo diſponere, quæ omnia probat Sanch. ſumma cit. cap. 11. lib.7. num. 17. & ſeq. ſubiungens num. 19. quod ſi quis legaſſet aliqua operibus pijs ipſo poſt profeſſionem declarandis, illa opera pia poſt profeſſionem declarare poſſet quoniam hoc non eſt de nouo diſponere, ſed declarare, quod quidem procedit in quibuſcunque religioſis etiam Ordinis Minorum, quando non reſeruaretur noua electio piorum operum, ſed ſola declaratio eorum, quæ tempore conditi teſtamenti in mente retinebat.

16 Teſtamenta, & donationes cauſa mortis, & codicillos facere poſſunt nouitij profeſſuri Religionem non ſeruata conciliari diſpoſitione ſeſſ. 25. cap. 16. de regular. vt poſt antiquiores fundarunt Humed. in l. 7. Hiſp. gloſ. 3. tit. de vltim. volunt. Rodriq. in ſumma cap. 90. num. 5. tom. 1. Valaſc. de partit. bonor. cap. 16. num. 13. Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 21. Gutier. canon. qq. lib. 2. cap. 1. à num. 26. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæſt. 2. Garcia de benefic. par. 11. cap. 9. num. 17. Vega in ſumma c. 91. caſu 4. tom. 1. Gratian. forenſ. diſcept. cap. 587. n. 30. Cæuall. commun. quæſt. commun. q. 121. à num. 4. Campanil. in diuerſ. iur. can. rubr. 12. c. 13. num. 12. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 15. n. 11. Illuſtriſſ. Epiſc. Ric. collect. deciſ. 584. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 99. n. 12. part. 3.

Vnde ſtante hac DD. cohorte minimè venit audiendus, Spin. ſpecul. teſtam. gloſ. 12. num. 50. quatenus firmat teſtamentum ab ingrediente Religionem non valere, niſi conciliaris diſpoſitio interfuerit.

Si-

Siquidem vltra, quod communis cantat contra ipſum audio à Sacra Congregatione talem formam omiſſam minimè vitiare in hoc caſu decreuiſſe.
17 Teſtamentum facere, ſiuè teſtari de bonis ſuis valent Milites S. Iacobi de Alcantara, Calatrauæ, & de Spata, ex indultu Gregorij III. vt eius Bulla promulgata de anno 1575. quæ incip. Romani.
18 Prout teſtari licet de eorum bonis etiam ad fauorem illegitimorum Milites S. Stephani, dummodo quintam partem Conuentui eiuſdem Militiæ relinquant, vt patet ex Bulla Pij IV. quæ incip. His quæ, diſponentis pariter in alia Bulla incip. inter aſſiduas, poſſe teſtari Equites Sancti Lazari de quibuſcunque quæſitis ex fructibus beneficiorum quintam partem Conuentui eiuſdem Militiæ relinquant, vt ibidem latius legitur.

TESTAMENTI EXEQVVTOR.

SVMMARIVM.

1 *Regularis nequit eſſe exequutor teſtamenti niſi de Superioris licentia.*
2 *Licentia Superioris debet eſſe expreſſa, quando conceditur religioſis teſtamentorum exequutio.*
3 *Regularis poteſt deſtinari exequutor teſtamenti ad pias cauſas.*
4 *Minoritæ nequeunt eſſe exequutores teſtamenti, & de ratione, ibid.*

1 TEſtamenti exequutor Regularis eſſe nequit niſi cum licentia Superioris, vt declarauit Sacra Congregatio ex capit. 2. & fin. de teſtam. in 6.
2 clement. vnic. eod. tit. quæ debet eſſe expreſſa, & procedere vt probat Sanch. in ſumma theolog. moral. cap. 11. num. 10. & ſeq. tom. 2. lib. 6. vbi plura, & nouiſſimè videndus eſt Baboſ. in tract. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. capit. 43. à num. 65. cum ſeq. & Nos diximus in tract. de priuil. miſerab. perſon. pri-
3 uil. 11. in moderna editione, vbi in fine, ex Marta deciſ 111. probauimus Regularem poſſe deſtinari exequutorem de legatis ad pias cauſas.
4 Attamen non reticeam dicere, quod Minoritæ nequeunt eſſe exequutores teſtamenti etiam de licentia ſui Prouincialis, quoniam illis hoc eſt interdictum ratione ſui ſtatus ſtrictioris, clement. exiui de Paradiſo, §. verum etiam, de verb. ſignific.

TESTIS.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi nequeunt eſſe teſtes in iudicio, non præcedente Superioris licentia.*
2 *Religioſi ſi teſtificentur de facto, teſtimonia valebunt.*
3 *Regulares ad Sanctum Officium recurrentes, vt teſtimonium perhibeant à ſui Superioribus grauari nequeunt.*
4 *Teſtes in cauſa Religionis Hieroſolymitanæ, qui eſſe poſſunt.*

1 Te-

1 TEſtes iudiciarij eſſe nequeunt religioſi, non præcedēte licentia Superio-
2 ris, vt poſt alios nouiſſimè proſequitur Sanchez in ſumma lib. 6. cap. 13. num. 103. verum ſi de facto teſtificentur, teſtimonia valebunt, vt declarauit Sacra Congregatio, Burgos de Paz. in l. 3. Tauri part. 1. num. 417. Guid. Pap. deciſ. 157. Farinac. in tract. de teſtib. quæſt. 61. num. 134. apud quos latius videre poteris materiam.

3 Qua occaſione obſeruabis, quod ſi vt teſtimonium perhibeant Regulares recurrant ad ſanctum Officium, non debent grauari à ſuis Superioribus, vt die 17. Auguſti 1567. eiuſdem ſancti Officii Congregatio declarauit per hæc verba.

Sanctiſſimus D. N. Pius Papa V. in generali Congregatione ſancti Officii, conſulens libertati ipſius ſancti Officij, & indemnitati recurrentium ad illud, vel in eo teſtimonium perhibentium, ſtatuit, & decreuit, vt Regulares quorumuis etiam Mendicantium ordinum perſonæ, quæ pro tempore ad officium ſanctæ Inquiſitionis pro quocunq; negotio recurrerint ſeu confugerint, vel in eo teſtimonium perhibuerint veritatis, aut alios quomodolibet depoſuerint, nequaquam à ſuis Superioribus per quinquennium continuum à die recurſus, ſeu depoſitionis huiuſmodi moleſtari, vel ex quacunq; cauſa, vel exceſſibus prætenſis perſonarum illarum, & debitis propterea pœnis, ſeu pœnitentijs eiſdem imponendis, niſi ipſi Illuſtriſſimi Cardinales, Inquiſitores generales certiores facti fuerint, vel eis clariter notificatum, & ab ipſis Cardinalibus deſuper reſponſum fuerit.

4 Teſtes in cauſis Religionis S. Io. Hieroſolymitani eſſe poſſunt Milites, Vaſalli, & Famuli eiuſdem Religionis ex Bulla Pij IV. incip. Circumſpecta, promulgata in anno 1560.

TRANSACTIO.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta à Regularibus de bonis Monaſterij, apud quos poſſeſſio reperiebatur, eſt nulla, ſi ſolemnitates non interuenerunt, num. 4.*
2 *Solemnitates ſunt neceſſariæ quoties in aliquem res Eccleſiaſtica relaxatur.*
3 *Appellatione alienationis venit tranſactio.*
5 *Tranſactio eſt nulla ex defectu aſſenſus Apoſtolici reſeruati, & non impetrati, maximè ſi adeſt clauſura* non aliter, nec alio modo, *& num. 23.*
6 *Contractus eſt defectu conſenſus contrahentium eſt inualidus.*
7 *Contractus, vt accedat conſenſus Apoſtolicus, eſt conditionalis.*
8 *Forma Extrauagantis Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. requirit aſſenſum Apoſtolicum.*
9 *Poſſeſſio non transfertur, quando lex ſibi aduerſatur, & poſſeſſor nequit vti aliquo ex remedijs poſſeſſorijs, n. 10.*
11 *Poſſeſſorium ſummariſſimum manutentionis quando datur, non admittit exceptiones.*
12 *Decretum irritans, inficit poſſeſſionem, & omnes iuris effectus.*
13 *Dominium non transfertur ex tranſactione nulla, quamuis traditio ſequatur, n. 14.*

15 Poſ-

15 *Poſſeſſio non amittitur ſtante tranſactione nulla ex defectu conſenſus, & num.* 19.
16 *Poſſeſſio non amittitur ex donatione nulla, ex defectu inſinuationis, & num.* 20.
17 *Prælatus habens ſe pro ſpoliato, ex quo fecerit inutilem contractum, nomine Eccleſiæ poteſt peti manutentio, & de ratione, num.* 18.
21 *Poſſeſſio ex contractu inutili quando non transferatur.*
22 *Poſſeſſio non dicitur vacans, ſtante clauſula,* nec aliàs, nec alio, modo.
24 *Poſſeſſio quando dicatur iniqua occupatio.*
25 *Manutentio datur illis, apud quem eſt poſſeſſio.*
26 *Tranſactio quando habetur pro non facta, iura remanent, prout prius.*
27 *Contractus nullus, nullum operatur effectum.*
28 *Mandatum de manutenendo quando detur.*
29 *Teſtes deponentes ad excommunicæ monitionem probant, quamuis repetiti non ſint, amplia vt num.* 30 & 32.
31 *Inſtrumentum guarentigiatum eſt priuilegiatiſſimum.*
33 *Teſtes deponentes in reuelationibus excommunicæ, quamuis non ſint iurati probant.*
34 *Rigor probationum non attenditur, nec eſt neceſſarius in mandato de manutenendo.*
35 *Probatio plena non requiritur pro concedendo mandato de manutenendo, ſed ſufficit aliqua lis, num.* 36. *etiam ſemiplena, n.* 37. & 38.
39 *Mandatum de manuntenendo datur, conſtito de poſſeſſione ſemiplenè.*
40 *Probationes imperfectæ ſufficiunt pro concedendo mandato de manutenendo.*
41 *Præſumptiones admittuntur pro concedendo mandato de mautenendo.*
42 *Fama ſufficit pro concedendo mandato de manutenendo.*
43 *Teſtibus deponentibus de poſſeſſione per publicam vocem, & famam, datur mandatum de manutenendo.*
44 *Mandatum de manutenendo datur conſtito per fidem extraiudicialem.*
45 *Mandatum de manutenendo conceditur vnico teſte de poſſeſſione deponente, quamuis ſit minus idoneus, num.* 46.
47 *Teſtes in dubio præſumuntur idonei.*
48 *Sacerdos eſt teſtis omni exceptione maior.*
49 *Poſſeſſio an probetur, non deſignatis confinibus.*
50 *Arma contra ſe, pro Eccleſia quis edere tenetur.*

1 TRanſactio facta à Regularibus de bonis Monaſterij, cuius poſſeſſio reperiebatur apud ipſum Monaſterium eſt nulla, vbicunq; ſollemnitates non interuenerunt, ita declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, poſt promulgationem declarationis Congregationis Sacri Cōcilii Tridentini, de qua Nos in nouo Iure Pontificio tit. de alienatione bonorum regularium, & ſupra in verb. alienatio.

2 Datur huius declarationis ratio, quia tales ſollemnitates ſunt neceſſariæ, quoties per trãſactionem Eccleſia rem relaxaret, in cuius poſſeſſione exiſtebat Seſe decif. Rot. Aragon. 121. numero 12. Quarant. in ſumma Bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 20. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 95. num. 63. part. 3.

3 Et ratio rationis aſſignatur, nam tranſactio venit appellatione alienationis ex parte rem dimittentis, ex adductis à Pereira de reſol. emphiteuſis. c. 9. n. 36.

4 At

4 At quia iſta in materia tranſactionis ſuper bonis Eccleſiæ facta ſine aſſenſu Apoſtolico nonnulla exaraui occaſione cuiuſdam Allegationis, placuit illius tenorem hac ductus occaſione ad vnguem reportare, & eſt, vt ſequitur.

ILluſtriſſime Domine. Obumbrata quamuis habeatur petitio Menſæ Epiſcopalis Auellinen. contra Dominum Baronem Terræ Pratæ ſuper conceſſione mandati de manutenendo in caſu de quo diſceptatur.

Tamen ſi veri, & ſubtiles iuris tramites (in hac materia poſſeſſorij ſatis neceſſarii) attendantur vtique ex eorum caligine, talis obumbratio euaneſcet iuſtitiaque eniteſcet, prout breuibus ſub cancellis demonſtrare conabor, dum agitur coram Eminenti Viro, in cuius pectoris ſcrinio cuncta ſunt aperta.

5 Supponendo igitur tranſactionem initam ab Epiſcopo prædeceſſore cum Barone eſſe nullam ex defectu aſſenſus Apoſtolici reſeruati, & non impetrati, maximè exiſtente clauſula non aliter, nec alio modo, vt pluries deciſum, & canonizatum in Rota, patet penès Vrſell. in concluſ. legal. verb. alienatio concl. 85. num. 108. 256. & ſeq. apud Illuſtriſſ. Epiſc. Riccium in praxi for. Eccleſ. de-
6 ciſ. 36. part. 1. Marin. quotid. reſolut. cap. 7. quaſi quod contractus corruat, nedum ex defectu ſolemnitatis, ſed & conſenſu contrahentium, Rot. in re-
7 centior. deciſ. 428. part. 1. qui fuit conditionalis, quatenus accederet Apoſtolicus Aſſenſus, cuius defectu reſoluitur contractus ex clauſula non aliter, nec alio modo, quæ importat conditionem ſuſpēſiuam, ac formam, qua non ſeruata ceſſat conſenſus, Gratian. forenſ. diſcep. tom. 5. cap. 835. n. 5.
8 Reſultat vtique legem obſtare tali contractui, quia Extrauagantis ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. forma deficit, dum caret Aſſenſu de iure in tali materia neceſſario, vt eſt notum.

Igitur principium acquiſitionis poſſeſſionis reſpectu Baronis, cum quo tranſactio inita eſt, fuit impeditum, nec habuit effectum, itaut non fuit ex regula canonizata à Rota in Romana, ſeù Terracinen. Affictus Mercurij 27. Ianuarii 1627. coram R. P. D. Pirouano, apud Poſtium deciſ. 215. à nu. 15. cum
9 ſeq. vbi quod principium acquiſitionis poſſeſſionis impeditur, quando conſtitutio, vel lex ſibi aduerſatur, procedendo ad actus annullationem per decretum irritans, quod habetur in d. Extrauagant. & titulum, & poſſeſſionem inficit, capit. ſi eo tempore, de elect. in 6. ibi (efficiunt, vt effectu ca-
10 reant ea, quæ poſtmodum ſubſequuntur) cap. 2. in fin. de præbend. in 6. ita
11 vt talis poſſeſſor non poſſit vti aliquo ex remediis poſſeſſorijs, nec ſummariiſſimo manutentionis, in quo nullæ exceptiones admittuntur, Put. deciſ. 197. num. 3. lib. 3. Rot. deciſ. 510. nu. 5. part. 3. Caſſad. deciſ. 1. de reſtit. ſpoliat. Mandoſ. in reg. 1. cancell. quæſt. 3. num. 4. dicens, decretum prædictum inficere naturalem, & ciuilem, ac etiam detentationem, Gabriel, concl. 3. num. 50. de clauſul. Creſcen. deciſ. 4. num. 4. de priuileg. Rota diuerſ. deciſ. 189. part. 2. vbi
12 quod inficit poſſeſſionem, & omnes iuris effectus ſi ſint ſublati, tolluntur etiam omnia remedia poſſeſſoria, quæ conſiſtunt in fomento iuris, Alex. in l. 1. num. 16. ff. de acquir. poſſeſſ. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 444. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. nu. 127. Rot. diuerſ. deciſ. 24. num. 5. part. 2. &

in antiq. dec. 11. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Ludouiſ. deciſ. 370. & in terminis d. Extrauag. Ambitioſæ, Rot. in Romana ſpolij apud Marcheſ. de commiſſ. fol. 210. part. 2.

13 Et dato quod fuerit traditio ſequuta, quia tranſactio eſt nulla, ex ea non cenſetur translatum dominium, Bart. in l. non dubium num. 28. C. de legib. & in l. 1. §. ſi vir. vxori, de acquir. poſſeſſ. Seraphin. deciſ. 540. n. 6.

14 Quare dum nec poſſeſſio, nec dominium vigore ſupradictæ tranſactionis, ſint penes Baronem, immo ſint apud Menſam Epiſcopalem, à qua nō fue-
15 runt abdicata, quia tranſactione nulla exiſtente, ex defectu conſenſus, non dicitur transigens amittere poſſeſſionem, Verall. deciſ. 170. num. 3. part. 3. Seraphin. deciſ. 144. num. 2. Vrſel. d. concluſ. 85. num. 260. ad inſtar donationis
16 nulla exiſtente ex defectu inſinuationis, & ſic conſenſus, non dicitur donans amiſiſſe poſſeſſionem, Rebuff. de inſinuat. donat. gloſ. 6. & ſeq. Honded. Put. & alij apud Rotam in Romana Donationis de Capranica Veneris 9. Februarii 1629. coram R. P. Durano, poſt tract. Poſtij de manutenend. deciſ. 254. in ordine.

17 Reſultat vtique, quod reſpectu Eccleſiæ, etiam quod Prælatus prædeceſſor habuerit ſe pro ſpoliato, & inutilem fecerit contractum, modernus Epiſcopus nomine ipſius Eccleſiæ manutentionem repetere poteſt, Verall. deciſ. 182. part. 3. Seraphin. deciſ. 1417. num. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 881. num. 3. & ſeq. part. 4. Beltramin. in addit. ad deciſ. Ludouiſ. 116. num. 5. & deciſ. 246. num.
18 2. quia vere poſſidet Eccleſia, nec illius poſſeſſio poteſt interuerti, ſeu amitti, vel transferri per illius Prælatum, immo ille poteſt Eccleſiæ nomine agere pro tuitione iurium ipſius Eccleſiæ Seraphin. deciſ. 1417. Gigas de penſion quæſt. 49. n. 5. Rot. diuerſ. cit. deciſ. 881. Verall. deciſ. 170. p. 3.

19 Nec obeſt pro parte Baronis regula, quod ex tranſactione nulla transferatur poſſeſſio, iuxta doctrinam Bart. in l. 1. §. vir. vxori ff. de acquir. poſſ. & iuxta adducta per Gratian. deciſ. 211.

20 Nam illa claudicat, nec vires habet, dum ſumus in tranſactione facta ſuper re Eccleſiaſtica, cuius fauore ex contractu nullo, & inutili, ex defectu aſſenſus, non transfertur poſſeſſio, vt dicit idem Bart. loc. cit. & probat Anchar. in capit. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in fine, Bolognett. conſ. 30. vbi teſtatur de communi Genuen. in practicab. Eccleſ. quæſt. 131. per text. in l. iubemus in fin.
21 C. de ſacroſ. Eccleſ. reddentes rationem, quia ex contractu inutili non transfertur poſſeſſio quando perſona eſt talis, quæ non poteſt deſinere animo poſſidere, vt pupillus, & Eccleſia, l. pupillus ff. de acquir. rer. domin.

Idque maxime in facto huius tranſactionis, in qua fuit reſeruatus Aſſen-
22 ſus Apoſtolicus cum clauſula (nec alias, nec alio modo) quo in caſu poſſeſſio nunquam dicitur vacans, ſed in poſſe eiuſdem Menſæ Epiſcopalis, Se-
23 raphin. d. deciſ. 144. num. 2. Vrſel. citata concluſ. 85. nu. 260. quia tranſactio corruit ex defectu Aſſenſus, tanquam ipſi tranſactioni correſpectiui, Caualc. deciſ. 473. Giouangn. conſ. 9. num. 3.

24 Et reſpectu Baronis detentoris non eſt poſſeſſio, ſed iniqua occupatio, quæ illi non prodeſt, vt in terminis noſtris dixit Rota in d. Romana, ſeu Terracinen. coram R. P. Pirouano, ex Menoc de retinend. remed. final. n. 24.

Si

Si igitur patet poſſeſſionem non eſſe penès Baronem, ſed apud Menſam
25 Epiſcopalem, quare manutentio poterit denegari? Clamant enim iura, vt probata poſſeſſione, manutentio detur, vlgato §. retinendæ, inſtit. de interdict. l. 1. §. interdictū ff. vti poſſid. iuxta latius dicta per Ludouiſ. dec. 160. & 562.
26 Ex his autem reſultat, quod cum tranſactio habeatur pro non facta, iura Eccleſiæ remanent illæſa, & talia qualia prout ante illam erant, quia contra-
27 ctus nullus, nullum operatur effectum, l. 2. ff. de auth. tutor. l. non dubium C. de legib. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & facit extare res, prout erant, vltra quod expreſſe id cantat inſtrumentum tranſactionis, & ideò non dubitandum. Et pro corroboratione poſt hæc ſcripta latè hanc tutatur opinionem Cyarlin. controuerſ. forenſ. cap. 505. vbi quod Eccleſia debet reintegrari ad poſſeſſionem bonorum eis, ſine beneplacito Apoſtolico alienatorum vna cum fructibus.
28 Quare Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ partes erunt relaxare mandatum de manutenendo Menſæ Epiſcopali ſuper omnibus, & ſingulis ſyluis,
29 teritorijs, & nemoribus enunciatis à teſtibus, qui depoſuerunt reuelando ad excommunicæ monitionem, quorum depoſitiones fidem faciunt, quamuis repetitæ non eſſent, & ſi maior pars ex abundanti illorum repetiti fuerint, deponunt enim ad exonerationem conſcientiæ, & ideò etſi repetiti non fuiſſent, adhuc fidem faciunt, & probant, vt in terminis terminantibus ſcribunt Regia de Ponte conſ. 63. n. 18. & 16. vol. 1. Petr. ad Gram. deciſ. 103. num. 4. Amendol. ad Franch. deciſ. 366. Danza qui alios reportat, & ita iudicatum teſtatur in tract. de pugna Doctor. tit. de teſtib. capitul. 2. tom. 1. vbi ampliat
30 etiam ſi agatur aduerſus liquidationem inſtrumenti guarentigiati, quod
31 eſt priuilegiatiſſimum, nam adhuc ſi contra illud reportentur reuelationes ad monitionem excommunicæ factæ pro ſolutione, vel alia cauſa impedien-
32 te, quamuis teſtes non ſint repetiti, nec iurati, adhuc impediunt liquidationem, Muta deciſ. Sicil. 73. num. 21. Giurba deciſ. 95. num. 2. eo quia deponunt cum ſincero conſcientiæ affectu, Lazar. de monitor. ſect. 4. quæſt. 9. n. 6. Thor. vot. 17. n. 28.
33 Probant enim teſtes deponētes in reuelationibus factis ex cauſa excommunicæ, quamuis iurati non ſint, Curt. conſ. 106. num. 8. Maſcard. de probat. concl. 682. num 7. Menoch. de arbitr. Iudic. q. 26. num. 6.

Idque maximè procedere debet quando agitur (prout in caſu noſtro) pro-
34 mandato de manutenendo, in quo probationum rigor non attenditur, nec eſt neceſſarius, vt dixit Rota in Conchen. Limitum 27. Martij 1591. coram R. P. Comitulo, apud Poſtium in tract. de manutenend. deciſ. 80. num. 7. & ideò
45 non requiritur plena probatio, Ludouiſ. deciſ. 258. n. 3. Barz. deciſ. Bonon.
36 71. num. 36. ſed ſatis eſt aliqualis Caualcan. deciſ. 75. num. 4. vbi quod ſufficit, vt ſit ſummaria, & leuis ſeù leuioris probationis in tali caſu, quod etiam communi calculo acceptarunt DD. & ſæpius canonizauit Rota, vt apud Seraphin. deciſ. 8. 9. 10. 1047. num. 4. & 1417. & alibi, Rot. in recent. deciſ. 214 num. 3. & deciſ. 225. num. 1. part. 1. & deciſ. 212. 525. & 572. part. 2. Ludouiſ. deciſ. 324. num. 5. & deciſ. 458. Rot. poſt ſecundum volumen conſilio-
37 rum Farin. deciſ. 323. vbi etiā, quod ſufficit ſemiplena probatio, quod etiā

dixit eadem Rot. in Pamphilonen. penſionis coram Eminentiſſim. Cardinali Sacrato, penes Marcheſ. de commiſſ. fol. 546. & alias apud Seraphin. deciſ. 624. in fin. & dec. 326. in recent. deciſ. 247. & 212. part. 2. Paz in tract. de tenut. cap. 3. num. 8. Gonzal. in reg. 8. Cancell. §. 7. proœmial. nu. 224. Gratian. forenſ.
38 diſcept. tom. 5. cap. 950. num. 35. taliter vt per ſemiplenam probationem dicatur plene probatum abſque alio iuramento in ſupplementum, Plot. de in lit iur. §. 3. ſub num. 43. ſicuti de ſemiplena probatione contentatur Rota,
39 & eſt de ſtylo Palatij, ac Rotæ receptum, quod conſtito de poſſeſſione etiam ſemiplenè, detur mandatum de manutenendo, Seraphin. deciſ. 1113. num. 1. Boccat. de interdict. vti poſſid. cap. 14. num. 22. Put. deciſ. 61. libr. 3. Rot. in Corduben. Decimarum coram Eminentiſſ. Cardinali Sacrato, apud
40 Marcheſ. de commiſſion. part. 1. fol. 991. & probationes recipiuntur imperfectæ, Paz de tenut. cap. 3. num. 8. & cap. 31. num. 28. & ſeq. Gail. pract.
41 obſeruat. lib. 1. obſeru. 7. n. 6. & admittuntur etiam præſumptiones, Rot. diuerſ. deciſ. 375. part. 3. Rot. poſt ſecundum volumen conſ. Farin. d. deciſ. 323.
42 num. 2. Giouagn. conſ. 14. lib. 1. Boccat. vbi ſupra, affirmantes ſufficere fa-
43 mam, & ſic teſtes deponentes de poſſeſſione per publicam vocem, & famam, Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. vlt. num. 34. Caualc. deciſ. 655. n. 4. & deciſ. 559. num. 2. Gratian. deciſ. 192. num. 3. Plot. de in lit. iurand. §. 3. nu. 43.
44 Rot. deciſ. 212. num. 1. part. 2. in recent. ſufficitq; fides extraiudicialis de poſſeſſione, Benintend. dec. 73. ſub n. 9. Viu. deciſ. 226. num. 8. Rot. in recentior. deciſ. 122. num. 7. part. 1. Rot. poſt 2. volum. conſ. Farinac. d. deciſ. 323. nu. 2. & in Salamantina ſtipendiorum coram Eminentiſſ. Cardinali Lancelloto, & Gerunden. Primitiarum. 1627. coram R.P. Vbaldo, quod deſeruiet pro corroboratione fidei facta poſt reuelationem à Reuerendo D. Sancto Petrillo ad fauorem Menſæ Epiſcopalis in actis præſentatæ.

45 Et ſufficere vnicum teſtem deponentem de poſſeſſione ad finem obtinendi mandatum de manutenendo poſt communem DD. ſententiam pluries habemus enunciatum in Rota, vt patet apud Rot. diuerſ. deciſ. 196. num. 6. part. 1. deciſ. 375. par. 3. Ludouiſ. deciſ. 438. num. 2. Seraphin. deciſ. 624. in fine, & deciſ. 1326. Caualc. deciſ. 44. num. 3. & deciſ. 223. nu. 1. & deciſ. 609. nu. 3. Rota in Boinen. penſionis coram Penia, apud Marcheſ. de comm. part. 1. fol. 617. Rota deciſ. 214. ſub num. 3. & deciſ. 511. num. 8. part. 1. in recent. Rota penès Pacific. de Salu. deciſ. 36. num. 5. Gratian diſcept. forenſ. 503. num. 16. &
46 ſeq. etiam ſi teſtis vnicus ſit minus idoneus, Rota poſt 2. volum. conſil. Farinac. deciſ. 303. num. 2. vt ſi ſit inquilinus, Boccat. de interdict. vti poſſid. citat. cap. 14. num. 23.

Et tamen in caſu noſtro ſunt plures qui deponunt, nec repugnantiam iu-
47 ris detinent, ſed ſunt idonei, prout in dubio præſumuntur, donec probetur contrarium iuxta approbatam DD. concluſionem, de qua nouiter poſt cæteros Borrell. in ſumma deciſ. tit. de teſtium idoneitate tom. 2.

48 Eò magis, quia inter illos adeſt Sacerdos, nempè D. Sanctus Petrillus cuius teſtimonium reputatur omni exceptione maius, & magni ponderis, & ſaltē valet pro duobus laicis, Port. conſ. 29. n. 38. Ronſell. conſ. 6. à n. 30. Farin. de teſtib. q. 61. à num. 80. Graſſ. de effectib. clericat. effect. 10. n. 38. & ſæpius dixit Rota.

49 Cum-

49 Cumque illi deponant ſuper poſſeſſione nemorum, & ſyluarum, ac territoriorum, ac illa per propria nomina nominent videlicet *l'Acqua viua, & Acqua della Teſtula, la Picciotta, & cætera*, vt latius in eorum reuelationibus, Menſa Epiſcopalis habet intentionem fundatam ſuper illis, quamuis ſpecialis deſignatio confinium non fiat, & ad Baronem ſpectat probare, & exhibere contrarium, alias ſufficienter probata videtur identitas ad fauorem Eccleſiæ, ex ijs, quæ dixit Rot. in vna Ciuitatis Caſtelli bonorum Veneris 28. Ianuarij 1605. coram R. Ottembergo, apud Poſt. in tract. de manutenend. deciſ. 93. à n. 4. & ex dictis per Afflict. in deciſ. 23.

50 Eò fortius, quia fauore Eccleſiæ tenetur quis arma edere contra ſe, Bald. Abb. Butr. & Dec. qui teſtatur de communi in cap. 1. de probat. & probat Genuen. in pract. Eccleſ. q. 174. ſub n. 1.

Et ex his forſitan motum eſt Sacrum Regium Cõſilium in iudicio ibidem intentato ad augendum canonem in alios ducatos decem ad fauorem Menſæ Epiſcopalis.

Quod ſi Iudex laicus pro parte agnouit iuſtitiam dictæ Menſæ Epiſcopalis, certiùs credo à Sanctæ Eccleſiæ eximio Prælato Religionis cultore (prout habeo, & agnoſco Illuſtriſſimum D. meum Epiſcopum Apoſtolicum Delegatum) maiora concedenda eſſe, & conſequenter pro iuſtitiæ complemento petitum mandatum de manutenendo ad fauorem Menſæ Epiſcopalis relaxari debere, prout ſic iura clamant &c.

Cætera autem ſuppleat doctrina tanti Viri.

Io. Maria Nouarius Aduocatus.

TRANSLATIO.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio de vno Monaſterio ad aliud ab Epiſcopis fieri nequit, & quando poſſit, num. 2.*

3 *Tranſlatio Monialium ex vno ad aliud Monaſterium quando conceditur, debet fieri in aurora.*

4 *Tranſlatio Monialium pro inſtructione Nouitiorum à locorum Ordinarijs fieri poteſt præcedente licentia.*

5 *Tranſlatio Regularium ad laxiorem regulam non permittitur, niſi præcedente licentia Papæ.*

6 *Religioſus nequit tranſire de vno ad aliud Monaſterium, ex quo eſt fragilis corpore, & num. 7.*

8 *Religioſus cum iuſta cauſa poteſt tranſire ad ſimilem Religionem.*

9 *Tranſitus ex vno ordine Mendicantium non eſt licitus ad ordines monachales ſine expreſſa licentia.*

10 *Tranſeuntes ad alium ordinem, & eos recipientes excommunicantur, & num. 14.*

11 *Regulares ordinis Mendicantium nequeunt tranſire ad aliud Monaſterium, præter Carthuſianum, & num. 13.*

12 *Fratres Sanctiſſimæ Trinitatis nequeunt tranſire ad alium ordinem abſque licentia.*

15 *Tranſire volentes ad Carthuſienſes ſpatium ſex menſium ad alium ordinem terminum Superioris arbitrio, habent, & num. 16.*

17 *Monachi Benedictini nequeunt tranſire ad quemcunque ordinem, etiam ad Carthuſiam, & num. 18.*

19 *Minores Obſeruantiæ nequeunt tranſire ad Minimos, niſi de Papę licentia.*

20 *Cappuccinus nequit tranſire ad religionem laxiorem abſque licentia.*

21 *Minimi nequeunt tranſire ad alium ordinem.*

22 *Translatus de vno Monaſterio ad aliud, debet facere nouitiatum, & num. 23. & 24.*

25 *Diſcalceati Santiſſimæ Trinitatis ad laxiorem ordinum Diſcalceatorum tranſeuntes non faciunt nouitiatum.*

26 *Bona remanent penès primum Monaſterium, quando translatum fit de vno Monaſterio ad aliud, & num. 27.*

1 TRanſlatio Monialium ex vno Monaſterio ad aliud ex cauſa ſeditionis aut criminis perpetrati, vel incorruptibilitatis à locorum Ordinariis, vel Superioribus Regularibus fieri minimè poteſt, ita decidit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. in anno 1603. de menſe Maii.

2 Vt nec talem translationem declarauit Sacra Congregatio Concilij die 17. Iulii 1615. in vna Vlisbonen. fieri poſſe in Monaſteriis nouiter erectis, niſi conſtet illa eſſe erecta authoritate Apoſtolica, ipſaque præuia viſitatione capacia, & ita accomodata, atque ita abſoluta reperta fuerint, vt cæmentarijs, alijſque fabris nulla ingrediendi neceſſitas ſit, Barb. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 42. num. 149.

3 Et quoties translatio Monialium ex iuſta cauſa ex vno Monaſterio ad aliud venit concedenda, in aurora fieri debet, vt illæ ab omnibus non videantur, ac à perſonis grauibus, honeſtis, necnon eis ſanguine proximioribus deducantur, prout ſic decidiſſe Sacram Concilii Congregationem, probat Armendar in àddit. ad recopilat. leg. Nauarræ l. 7. num. 100. tit. de regular. lib. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 102. n. 26. part. 3.

4 Neque translatio Monialium de vno Monaſterio facienda eſt à locorum Ordinariis, aut Superioribus Regularibus ad Monaſteria recenter erecta pro inſtituto Nouitiarum in illis introducendarum, niſi ab Apoſtolica Sede, vel à Sacra Congregatione facultas obtenta fuerit, ita Sacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatio in anno 1603. de menſe Maii in vna Tortonen.

5 Translatio ad laxiorem regulam non eſt permiſſa Regularibus niſi præcedente Papæ conceſſione, vt in Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 19. circa finem, nulla tamen legitima cauſa exiſtente, Menoc. de arbitr. Iudic. caſu 421. num. 6. Sanchez in ſumma lib. 6. capit. 7. num. 67. Grattian. forenſ. diſcept. cap. 434. num. 6. Ill. Epiſc. Ricciull Inquiſitor S. Officij in tract. de iure perſonarum lib. 8. cap. 4. vbi recenſet Pontificem non ſolere hanc impartiri facultatem, niſi iuſtis, & ex legitimis cauſis, & tunc cum derogatione Concilii iuxta Nauarr. theoricam in conſ. 65. in fin. de regular.

6 Quamuis vbi iuſta extet cauſa, puta, quia religioſus malè valeat, aut ita fragilli corporis natura ſit, vt Religionis ſtrictioris auſteritates ſuſtinere nequeat, vel quia religioſus odio habeatur in communi, vel maletractetur, vel ſi neceſſitas magna parentum adſit, cui obuenire poſſet ex tranſitu ad
7 aliam Religionem, tunc talem licentiam poſſe impartiri à Prælato Pontifice inferiore communi calculo reperio approbatum, 'aut cernitur apud Santarell. de Apoſtaſia cap. 8. num. 7. Sanchez in ſumma lib. 6. d. cap. 7. num. 53. Vecch. in praxi nouit. diſput. 12. dub. 5. à num. 2. Fauſt. in theſaur. relig. lib. 5.
8 quęſt. 345. vbi quęſt. 346. poſt cęteros autumat ad ęqualem regulam tranſmigrare licere cum iuſta, & legitima cauſa, ſeù conſenſu ſui conuentus, proſequitur hæc omnia moderniſſimè Barboſ. in tractat. de iure Eccleſiaſtic. vniuerſ. lib. 1. de tranſeunt. ad relig. d. cap. 42. à num. 76. vſque ad 83. qui cum à numer. 52. cum multis ſequentibus referat plures Religiones, quibus de vna ad aliam tranſitus eſt prohibitus, placuit hic pariter caſus ab eo poſitos referre vt infra.

9 Non eſt licitus tranſitus ex vno ordine Mendicantium ad ordines monachales ſine expreſſa licentia Papæ, Carthuſia excepta, extrauag. viam ambitioſæ, de regular. quæ eſt Martini V. vbi expreſsè interdictum eſt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Pontifici reſeruatæ, quam incurrunt tàm
10 recipientes, quàm recepti, ne tranſitus fiat à quacunque Religione Mendicanti ad quamcunque aliam, præter quam ad Carthuſiam docent Rodriquez in compend. qq. regular. reſolut. 123. num. 70. Mirand. quæſt. 31. artic 8. concluſ. 1. Sanchez cap. 7. num. 28. lib. 6. vbi etiam ſubdit in Societate Ieſu per conceſſionem Pij IV. & Pij V. extenſam eſſe hanc cenſuram reſeruatam tàm reſpectu trāſeuntium, quàm recipientium, reſpectu quorumuis ordinum pręter Carthuſianenſium, quapropter Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium Propoſito reſcribens Generali Carthuſiano-
11 rum in anno 1596. declarauit non valere Regulares ordinis Mendicantium tranſire ad alium ordinem, præter Carthuſianos, inter quos poſtmodum Mendicantes huiuſmodi, iuxta Bullam Clementis VIII. voce actiua, & paſſiua careant, atq; ad quæuis officia, aut miniſteria, ac gradus illius Religionis perpetuò inhabiles exiſtant.

Sic etiam pro generali Sanctiſſimæ Trinitatis petentibus eiuſdem ordinis
12 Fratribus prohiberi ne abſque eius licentia ad aliam Religionem ſe transferant inſtar breuis Prouinciæ Portugallen. in ſimili caſu conceſſi, Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præpoſito Illuſtriſſimo Bandino referēte, ne ordinis huiuſmodi religioſi ad alium quemcunque etiam Mendicantium ordinem ſe transferant, niſi petita à Superioribus licentia, cognitaque, & approbata prius ab eadem Sacra Congregatione tranſitus cauſa, ac inuentis in Religione, ad quam tranſire intendunt, beneuolis receptoribus, necnon ſeruata, vbi opus fuerit fælic. record. Sixti Papæ V. Conſtitutione prohibendum cenſuit 15. Martii 1616.

13 Ex Bulla Pauli Tertij: nemo poſt emiſſa vota ſecundum Conſtitutiones Societatis Ieſu, ex hoc ordine ad alium transferri poteſt, præter quam ad ordinem Carthuſianum, niſi de expreſſa licentia eiuſdem Societatis,

aut Apoſtolicæ Sedis, id quod pariter per Pium IV. & Pium V. extitit confirmatum, adiecta etiam pœnas excommunicationis ipſo facto incurren-
14 da tàm contra religioſos recedentes, quam contra recipientes, etiam prętextu cuiuſuis priuilegij conceſſi, aut concedendi, aut alterius cuiuſuis quæſiti coloris, ob melioris vitæ frugem, & ſtrictioris obſeruantiæ Regularis.
15 Ex eiſdem verò indultis additur, vt tranſire volentibus ad Carthuſienſes ſpatium ſex menſium, ad alium vero ordinem terminus Superioris arbitrio præſcribatur, intra quem debeat actualiter ingredi, & quatenus in illis permanere nolint, vt non poſſint abſque vlla mora Societatem reuerti, ſub præfata excommunicationis pœna teneantur; quod autem per Pium V. viuæ vocis oraculo, & deinde per Gregorium XIII. peculiari reſcripto fuit inno-
16 uatum, necnon ſtatutum, vt tranſire volens ad Carthuſienſes tres menſes habeat ad tranſeundum, quibus elapſis, eis amplius non licebit reſpectu Carthuſiæ ſine Præpoſiti licentia, ac Pij V. conceſſionem confirmauit, perindè ac ſi literæ ſuper conceſſione illa factæ fuiſſent, excommunicationis, & apoſtaſiæ pœna irrogata, vt hæc omnia patent in compendijs ipſius Societatis verbo Apoſtata, vt refert Illuſtr. Epiſcop. Ricciull. & in hoc Regno Sancti Officij Inquiſitor in tractat. de iur. perſon. extra grem. Eccleſ. exiſtent. lib. 8. capit. 8. num. 2. Roderiq. reſolut. 123. num. 71. & Sanchez citat. capit. 7. num. 28.
17 Monachi Benedictini, & Ciſtercienſes ex priuilegio Eugenij IV. non poſſunt tranſire ad quemcunque ordinem etiam ad Carthuſiam abſque conſenſu Capituli Generalis, ſeù Præſidentis, aut minoris partis Viſitatorum congregationis, nec etiam authoritate Apoſtolica, niſi in litteris fiat ſpecifica mentio de perſona, & Religione, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda contra recipientes, ſeù retinentes, qui intra triduum à receptione monachi receptum non reſtituerit. Idem Eugenius IV. apud com-
18 pend. Ciſtercien. tit. fugitiui §. 1. & 2. conceſſit Congregationi S. Benedicti in Hiſpania ne ſui monachi tranſeant ad alium quemcunque ordinem etiam ad Carthuſiam, niſi obtenta licentia Papæ, vel Generalis, aut ſui Conuentus cum Abbate ſecùs excommunicatur; & Prælatus recipiens, quo priuilegio non poſſe vti Congregationem S. Benedicti in Portugallia, reſoluit Roder. in manual. tom. 1. q. 30. art. 8. idem conceſſit Martinus V. Ciſterncienſibus excepto, quod poſſunt tranſire ad Carthuſiam, & confirmauit Concilium Baſilienſe, idem priuilegium habent Monachi S. Hieronymi in Hiſpania, patet apud compendium verb. tranſitus ad alium.
19 Minoribus Obſeruantiæ ad Minimos tranſire niſi de licentia Papæ, & è conuerſo prohibuit Pius V. & confirmauit Gregorius XIII. locis citatis à Cappuccino in addit. ad compend. tit. recipere §. pariter hic, & §. item in anno, qui addit poſtea à Sanct. Congreg. authoritate Gregorij XIV. fuiſſe decretum, vt tranſeuntes, & illos recipientes incurrant pænam priuationis officiorum ipſo facto, & vocis actiuæ, & paſſiuæ in perpetuum, & nouiter S. D. N. Vrbanus VIII. in ſua Bulla incip. inuncti, edita in anno 1628.
20 interdixit nè de cætero perpetuis futuris temporibus vllus Cappuccinus religioſus ad laxiorem abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia ad Carthuſien-

ſienſes verò, ſiuè quemcumque alium ordinem, vel Congregationem, niſi de Miniſtri generalis pro tempore exiſtentis dicti ordinis licentia in ſcriptis obtinenda, quouis prætextu, aut ex quauis quamtumuis iuſta legitima, & priuilegiata cauſa, ſub apoſtaſiæ, necnon perpetuæ infamię nota, & excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ pœnis in ipſo facto abſque vlla declaratione incurrendis tranſire quoquo modo audeat, vel præſumat.

21 Inſuper Leo X. prohibet Minimis ſub excommunicationis pœna tranſitum ad alios ordines, eademq; pœna fuerit retinentes, niſi infra nouem dies à monitione reſtituant Fratres apud ſe exiſtentes, Roderic. in compēd. quæſt. regular. reſolut. 123. num. 7.

Tranſitum à Diſcalceatis S. Auguſtini ad Fratres calceatos eiuſdem ordinis, ſiuè ad quemcunq; alium ordinem laxiorem abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, prohibet Clemens VIII. in Bulla incip. Apoſtolicæ §. 10. edita in anno 1602.

Et S. D. N. Vrbanus VIII. in d. ſua Bulla incip. Iniuncti, promulgata in anno 1628. prohibuit tranſitum Reformatorum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, abſq; ſanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia.

22 Translatio de vna ad aliam Religionem ſi fiat, qui transfertur, debet eſſe de nouo nouitius, & in illa profeſſionem emittere, vt poſt cæteros ex Neothericis probant Leſſ. de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 4. dub. 13. Fauſt. in Theſaur. relig. lib. 5. quæſt. 371. Mirand. in manual. prælat. quæſt. 31. artic. 21. tom. 1. vbi quod obligatur in probatione exiſtere per annum continuum pari modo vt ſeculares, Azor. inſtit. moral. cap. 14. quæſt. 15. lib. 12.

23 Vnde Monialis translata de vno ad aliud Monaſterium, niſi in ſecundo Monaſterio profeſſionem emittat, nullatenus illius Monaſterij monialis euadit, Rota in recent. deciſ. 115. num. 7. par. 2. vbi num. 8. annuit ſufficere profeſſionem emiſſam in primo Monaſterio, quoties fieret trāslatio ad aliud eiuſdem regulæ Monaſterium, vel ſi de Pontificis authoritate translatio fieret.

24

Hinc Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum de anno 1619. die 12. Ianuarij determinauit Regulares diſcalceatos ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis de Sedis Apoſtolicæ licentia ad laxiorem calceatorum tranſeuntes non teneri profeſſionem emittere, licet debere probationis annum facere.

25

26 Translatio ſi de vna ad aliam fiat Religionem, bona remanent penès primam, & quicquid poſt ſecundam profeſſionem factā in altera Religione eidē obuenerit, alter acquiritur, ita poſt alios Villalob. in ſumm. tract. 35. diffic. 14. par. 2. Tuſc. pract. concl. lit. M. concl. 322. Suar. de relig. tract 8. lib 3. cap. 13. & 14. Ægid. in repetit. l. Titiæ par. 1. n. 50. ff. de condit. & demonſtrat.

Licet profeſſus in Religione incapaci, & translatus ad Religionem capacem, recuperet bona poſt translationem ſibi delata ad vniuatem ſecundæ Religionis capacis, Rodoan. de ſpolijs quæſt. 8. num. 22. Sanchez in ſumma cap. 32. num. 22. lib. 7. Rota in Romana fideicommiſſi 26. Nouembris 1627. coram Eminentiſſimo Cardinali Virili, Buratt. deciſ. 756. qui deciſ. 576. annuit, quod translatus authoritate Apoſtolica à Religione incapaci ad capacem non recuperat bona, quæ ante profeſſionem obtinebat.

Circa

Circa quam materiam non deſinam referre, quod in facti contingentia exorta eſt dubitatio in vna Neritonen. an Regularis ex indulto à Religione Fratrum Minorum Obſeruantiæ ad tertium Ordinem S. Franciſci ex legitima cauſa translatus recuperet ius ſuccedendi in bonis ſibi ex teſtamento poſt translationem delatis, & propoſito ſupradicto dubio die 22. Ianuarij de anno 1628. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Sacri Concilij Interpretum determinauit recuperare ad commodum ſecundi Monaſterij.

At quatenus ſpectat ad bona delata ante translationem reperio alteram declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis, ſub hiſce verbis.

Die 17. Iunij 1617 Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Sacrà Concil. Trident. Interpretum cenſuit, ſi Orator in Religione incapaci, nulla facta diſpoſitione bonorum, validam profeſſionem emiſerit, bona ipſa fuiſſe acquiſita venientibus ab inteſtato, ac proinde nec ſucceſſioni ſecundæ Religionis capacis ad quam fuit translatus, eſſe amplius locum, nec bonorum renunciationi.

Translatio autem ſi fuerit facta de vno Monaſterio ad aliud ex cauſa pœnitentiæ, cum non deſinat eſſe filia prioris Monaſterij, quicquid poſtea acquirit illi priori Monaſterio acquirit, niſi translatio fuerit facta ad effectum, vt fiat filia ſecundi Monaſterij, ſic voluit Rota in Recent. deciſ. 109. part. 2. vbi pariter probat, ex quibus dicatur translationem fuiſſe factam ad vnum, vel ad alterum effectum, quam ſimiliter perquiras deciſ. 115. eodem part. 2 vbi oſtendit, quod Monialis translatio ad aliud Monaſterium duobus modis fit, vel vt Monialis, quæ transfertur, liberetur à conſortio, & filiatione primi, & efficiatur Monialis ſecundi, & tunc acquiſita per eam ſecundo Monaſterio debentur, vel vt non liberetur à conſortio, & poteſtate primi, ſed transferatur aliqua de cauſa, & tunc acquiſita per eam, acquiruntur primo Monaſterio, cuius eſt Monialis.

TVTELA.

SVMMARIVM.

1 *Regulares tenentur recipere tutelam miſerabilium perſonarum.*

1 TVtelam miſerabilium perſonarum teneri recipere Regulares, probant Syluest. Roſel. & Tabien. in eorum ſummis in verbo tutela, Gauant. in manual. Epiſcop. in eodem verbo num. 1. licet contrarium poſt cæteros tutentur. Sanch. in ſum. theolog. moral. lib. 6. cap. 14. num. 26. Barboſ. in tract. de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. tit. de ſtatu, & vita regular. cap. 43. ſub num. 57. & Nos latius firmauimus in tract. de priuil. miſerabil. perſon. priuil. 86. in moderna editione vbi erit videndum.

VALE-

VALETVDINARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Valetudinarium qualiter ſit inſtituendum.*

1 VAletudinarium, vulgo *l'Infermaria*, pro commoditate Fratrũ, & Religioſorum in ſingulis Monaſterijs, & Cõuentibus qualiter ſit inſtituendum, patet inter Decreta Clementis VIII. pro reformatione regularium, quæ habentur inter Bullas SS. D.N. Vrbani VIII. 3.tom. Bullar. num. 60. & poſtea confirmata ſunt à Sacra Cõgregatione Concilij iuſſu eiuſdem SS.D.N. Vrbani VIII. in Decreto de Regularibus Apoſtatis, & eiectis anno 1624. ſic habetur inter alia videlicet.

Item Valetudinarium in ſingulis conuentibus certo, ac ſalubriori loco conſtituetur, quod pro loci ſitu, ac Fratrum numero quoad fieri poterit cõmodiſſimum eſſe poſſit, in quo Fratres omnes cum ægrotabunt curentur, nec inde niſi recuperata ſanitate abire permittantur, qui vero infirmorum curæ Præpoſiti ſint omni ſedulitate, ac charitate operam ſuam præſtabunt, accurabũt, ne quid ægrotis omnino deſit, quod ad ſanitatem recuperandam pertineat.

VASA.

SVMMARIVM.

1 *Vaſa aurea, ſeu argentea, & ſingula ornamenta Prælatorum etiam Regularium pro cultu diuino, non faciunt ſpolium.*

2 *Vaſa, & alia ornamenta Cappellarum Prælatorum decedentium ſpectant ad Eccleſias, in quibus in vita reſederint.*

1 VAſa aurea, ſiuè argentea, & ſingula ornamenta Prælatorum etiam Regularium deſtinata pro cultu diuino minimè faciunt ſpolium, quæ
2 autem ſunt Cappellarum ipſorum Prælatorum decedentium ſpectant ad Eccleſias, in quibus in vita reſederunt, ita patet ex Bulla Pij V. promulgata de anno 1567. quæ incipit Romani.

VELAMEN, ſeu VELVM.

SVMMARIVM.

1 *Velamen Monialium quotuplex dicitur.*

2 *Velum probationis quomodo eſſe debet.*

3 *Velum profeſſionis eſt nigrum.*

4 *Moniales completo decimoſexto anno accipiunt velum.*

SVe

5 *Velum conſecrationis quod ſit.*
6 *Moniales ordinis Mendicantium non conſecrantur.*
7 *Velum conſecrationis quando confertur.*
8 *Velum ordinationis quod ſit.*
9 *Moniales an poſsit fieri Diaconiſſa abſque veli ſuſceptione.*
10 *Velamen ordinationis quod ſit.*
11 *Velum prælationis quod ſit, & quando datur, num. 12. & 13.*
14 *Velum continentiæ, & obſeruantiæ quid ſit.*
15 *Velum pœnitentiæ quid ſit.*
16 *Velum ſupra caput eſt prohibitum Tertiarijs.*

1 VElamen, ſeù velum Monialiũ aliud dicitur probationis, vel receptionis, aliud profeſſionis, aliud conſecrationis, aliud ordinationis, aliud prælationis, & aliud continentiæ, D. Thom. in 4. diſtinct. 38. quæſt. 1. art. 5. Mirand. de conſecr. monial. quæſt. 7. art. 8. poſt cæteros Sanchez in ſumma lib. 5. cap. 5. num. 22.

2 Velamen probationis, vel receptionis, eſt velum album in prima tonſione, & habitus regularis receptione ante profeſſionem imponi ſolitum, quod ſolet communiter eſſe album, Suarez de relig. cap. 11. nu. 3. tom. 4. Bonmattheius de conſecrat. virg. cap. 3. num. 8.

3 Velum profeſſionis eſt nigrum, licet olim purpurei coloris fieri valuiſſet, ex Concil. Tolet. 10. & apud nonnullas Moniales ex antiquiſſima conſue-
4 tudine ſit albi coloris, illudq; hodie Monialibus impartitur poſt completã ætatem decimiſexti anni vigore Sacr. Conc. Trid. ſeſs. 25. de regular. cap. 15. quoties profeſſionem emittunt cap. puella 20. q. 4. & impertitur ſingulis Monialibus profeſſionem emittentibus finito probationis anno, etiam quod ſint viduæ, ad text. in cap. vidua de regular. in illiuſq; ſuſceptione capili abſcinduntur iuxta Eccleſiæ ritum, cap. ſi quis non dicam 38. quæſt. 2. cap. omnes fœminæ 27. quæſt. 1.

5 Velum conſecrationis, ſeù benedictionis dicitur, quod à Prælato in pompa ſollemni deſcripta in pontificali Romano fol. 186. ſolis virginibus ſeruandę virginitatis voluntatem habentibus, quæ conſecratio pompa ſollemni, & pontificia quamuis receſſerit, ſi tamen alicubi vigeret, ſeruanda foret, vt declaraſse Sacram Congregationem Regularium de anno 1597. fatetur Piaſeg. in praxi Epiſcop. cap. 2. ſub num. 3. part. 1. quæ pariter Congregatio cenſuit, ta-
6 lem conſecrationem minimè concedi Monialibus ordinis Mendicantium, Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 44. num. 22. dicens num. 19. collatio-
7 nem huiuſmodi veli conſecrationis hodie non cõferri niſi completa vigintiquinque annorum ætate, prout ſic declarauit Sacra Eminẽtiſſimorum Cardinalium Congregatio, & habetur in Pontificali Romano in rubrica de conſecratione virginum.

8 Velũ ordinationis eſt, quo Monialis in Diaconiſsam ordinãda decoratur, & prius minimè dabatur ante quadrageſimum annum, cap. Diaconiſsam 27. quæſt. 1. at hodiernis temporibus receſſit ab vſu, quia eodem die Moniales recipiunt velum ordinationis, & Diaconiſsæ officium cum velo conſecrationis,

tionis,iuxta formam repoſitam in Pontificali Romano,quo Diaconiſsæ offi-
9 cium ſuſcipitur à Moniali,etiam abſque veli impoſitione, quatenus non eſ-
ſet vidua,quia tunc cum difficultate obtineretur ex Concilio Conſtantinopo-
10 litano 6. cap.48.& Barboſ.vbi ſupra num. 20. velamen ordinationis dicit
eſse,cum ſcilicet Monialis ordinatur Præpoſita ad inchoandum officium, &
homilias legendas,quod alijs non licet.

11 Velum prælationis eſt, quod ob antiquam profeſſionem, & laudabi-
lem, ac diuturnam conuerſionem rerumque Monaſterialium vſum confe-
rebatur olim Abbatiſſis ſexaginta annorum,cap.iuuenculas, & ibi Gloſ.20.
12 quæſt.1.deinde trigeſimo anno impleto fieri poſuit, cap. indemnitatibus,
13 de elect.in 6.at hodie Sac.Conc.Trid.ſeſs.25.de regular.c.3. quadrageſi-
mum annum requirit,niſi magna eſset inopia perſonarum.

14 Verum continentiæ,& obſeruationis eſt,quod viduis ſolum imponitur
præter habitum tempore ingreſſus Religionis, cap. vidua 27. quæſt.1. quod
poteſt dari pariter virginibus, licet virginale nequeat imparturi viduis, etiam
interueniente Epiſcopi diſpenſatione,cap.de votis 20.quæſt.1.

Vltra hæc pariter Maiol. in tract. de irregularit. lib.1. cap.29. addit velum
pœnitentiæ, & eſt, quod impartitur pœnitentibus, Monialibus, quas Con-
uertitas nuncupantur, de quibus Sacra Concil.Trident.ſeſſ.5.de regular.ſub
cap.18.

16 Velum ſupra caput, pectorale quod vulgò dicitur *ſottogola*, & patientia
non poſſunt aſportari à Tertiarijs mulieribus bizochis, vt declarauit Sacra
Cōgregatio,de qua ſupra in verb.Tertiarij,in verſ.verum in huiuſmodi, quā
declarationem pariter recenſent Barboſ. in tract. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ.
lib.1.cap.41.nu.7. & Canon.Nouar.frater in ſumma Bullar.tit.de Tertiarijs,
vbi pariter num.5.affirmat ſupradicta non poſſe aſportari,nec in morte,dum
ſepelliuntur.

VELARE.

SVMMARIVM.

1 Abbatiſſa,& Moniales velare virgines,aut viduas nequeunt.

1 VElare virgines,aut viduas prohibentur Abbatiſſa, & Moniales, vt pa-
tet in Concilio Aquiſgranenſe ſub anno 789.can.7.vbi Abbatibus,&
Epiſcopis mandatur, vt infra.

Auditum eſt aliquas Abbatiſſas contra morem Sanctæ Eccleſiæ benedi-
ctiones cum manus impoſitione, & ſignaculo ſanctæ Crucis ſuper capita vi-
rorum dare, necnon & velare virgines cum benedictione ſacerdotali, quod
omninò ſanctiſſimi Patres in veſtris Parochijs illis interdicendum eſſe ſcitote.

Necnon in Concilio Pariſienſe 6. ſub Gregorio IV. can. 49. ſtat diſpoſi-
tum, vt infra.

Inter cætera,quæ contra Religionē Chriſtianā in Eccleſia Chriſti fieri co-
gnouimus,nō minus emēdatione,& congrua correctione dignū inuenimus,
quod

quod quædam Abbatiſſæ, & cæteræ Moniales non ſolum viduas, ſed etiam virgines puellas velare ſolitæ ſint, quod quantum ſexui fęmineo illicitum, & à Religione Christiana ſit alienum, omnis, qui ſonum ſapit facilè aduertit. Penè igitur in omnibus Monaſterij puellaribus huiuſcemodi velatas inuenies, idcircò etenim huiuſmodi hoc modo potius, quam à Sacerdote velari volūt, quia clanculo ſe corrumpunt nihil ſibi obeſſe ad peccandum tale velamen putant: ita ergo idem illicitum, & temerarium factum habetur in vſu, vt vix, aut viduæ velari à Presbyteris, aut puellæ virgines conſecrari expectant à Pontificibus. Nulli quippe dubium eſt, quin hoc factum ex toto à diuina abhorreat auctoritate, & ad negligentiam quorundam pertineat Sacerdotum, verum ne deinceps fieri præſumatur omnes in commune inhibendum decreuimus, vt ſi fortè, aut Abbatiſſa, aut alia quælibet ſanctimonialis, poſt hanc definitionem in tantam audaciam proruperit, aut viduam, aut puellam virginem velare præſumat congrua ab Epiſcopo ſuo correctione coerceatur, & pęnitentiæ canonicæ, vſque ad ſatisfactionem ſubdatur.

VICARIVS.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis Epiſcopi debet eſſe clericus ſæcularis.*

2 *Epiſcopi nequeunt exerceri facere officium Vicariatus per regulares, contra num. 3.*

3 *Vicarius Epiſcopi nequit abſente Epiſcopo erigere baldachinum in Congregatione Caſſinen.*

4 *Vicarius generalis Congregationis S. Auguſtini diſcalceatorum gaudet priuilegijs quibus alij Generales.*

5 *Vicarius Fratrum alloquens Moniales, quando incidat in pœnas in decretis contentas.*

6 *Vicarius Generalis habet ius viſitandi clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum.*

1 VIcarius generalis Epiſcopi debet eſſe clericus ſecularis idoneus, & Epiſcopus non debet per regularem exerceri facere tale officium Borrell. conſ. 25. num. 14. & ita declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regulariū de anno 1615. ſub die 8. Maij in vna Motulan.

2 Sed non reticeam dicere, quod per plures affirmant religioſos poſſe munus Vicarij exercere cum Superioris licentia, vt poſt antiquiores probant Frāc. Marc. in deciſ. 1286. Vant. de nullit, ex defectu iuris delegati num. 82. Fuſc. de viſitat. cap. 15. num. 100. lib. 2. Guid. Pap. in deciſ. 563. in princ. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 9. quæſt. 4. n. 5. Biſignet. deciſ. 3. de officio Vicarij, Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 118. Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in praxi reſol. 531. par. 2. & nouiſſimè alios adducētes Martinus in conſ. 24. ſub num. 55. cum ſeq. & Frāc. Seuerinus amicus meus in allegat. 3. poſt meum tract. de malè ablator. priuileg.

3 Vi-

3 Vicarius Epiſcopi nequit abſente, & non intereſſente Epiſcopo erigere baldacchinum in Eccleſijs Monaſteriorum Congregationis Caſſinen. inuitis monachis, ita declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium ſuper Rit. in vna Caſſinen. de anno 1621. ſub die 10. Iulij.

4 Vicarius Generalis nuncupatus totius Congregationis Fratrum Eremitarum Diſcalceatorũ Italiæ Ordinis S Auguſtini vtitur, & gaudet omnibus, & ſingulis iuribus, prærogatiuis, præeminentijs, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales gaudent, vtuntur, & potiuntur, ac proinde ſibi licuit, & licet inter alia eo abſente alium ſuo loco ſubrogare, qui omnimoda eius poteſtate, & iuriſdictione vbique locorum (illa tantum excepta Prouincia, in qua ipſe Vicarius Generalis pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur, ita de anno 1626. ſub die 26. Maij extitit declaratum à Sacra Congregatione Apoſtolicæ viſitationis.

5 Vicarius Fratrum abſque Apoſtolicæ Sedis licentia Moniales alloquens in pœnas in decreto generali contentas incidit dummodo idem Vicarius in Prioris abſentia, eiuſdem Prioris officij munus non obeat, ita declarauit Sacra Congregatio de anno 1617. ſub die 1. Septembris in vna Tranſonæ.

6 Vicarius Generalis habet ius viſitandi clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum, quamuis ſpeciale ad id non habeat mandatum ab Epiſcopo, Sacra Congregatio Concilij. ſub die 13. Maii 1628.

V I D V A.

S V M M A R I V M.

1 *Vidua ſi mortuo viro, ſe contulit in Monaſterium, quæ debent fieri circa eam.*

2 *Viduæ, coniugatę, vel puellæ vigeſimumquintum annum excedentes, nequeunt degere in habitu ſęculari abſque licentia.*

3 *Viduæ habitum monachalem deferentes nequeunt exercere officium Abbatiſſæ, vel Prioriſſę.*

1 VIdua, quæ viro mortuo ſe contulit in Monaſterium Monialium honeſtatis cauſa, tolerari debet modo ſit bonæ exiſtimationis, & famæ legibuſq; Monialium pareat, de cætero tamen nulli huiuſmodi viduæ recipi debent niſi Moniales fieri velint, ita deciſum à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Concilii Interpretum probat Barboſ. de poteſt Epiſc. allegat. 102. num 67. part. 3. & ante eum Campanil. diuerſ. iur. canon. rub. 12. capit. 16. ſub num. 30.

2 Licet Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium cenſuerit alias, quod viduis, coniugatis, vel puellis vigeſimumquintum annum excedentibus vt in habitu ſæculari in Monaſterijs degant abſq; Sacræ Congregationis, vel Sedis Apoſtolicæ licentia minimè permittatur, vt refert Sellius in ſelect. can. cap. 42. num. 10.

3 Quod ſi ad habitum monachalem admiſſæ reperiantur ad officia principalia, vtpotè Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ officium promoueri nequeunt, niſi præceden-

cedente Apoſtolicæ Sedis, vel Sacræ Congregationis facultate, prout ita eſt declaratum à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium de anno 1616. ſub die 15. Iulij in vna Sarzanen. & alias per prius de anno 1585. ſub die 29. Ianuarij in vna Caſſanen. & ita in dies practicatur.

Cætera videas in verbo educatio.

VISITARE.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt viſitare Confraternitates ſecularium erectas in Eccleſijs Regularium, & num. 2.*
3 *Confraternitates laicorum in Eccleſijs Regularium inſtituta ſubſunt iuriſdictioni, & viſitationi Epiſcopi, & num. 12.*
4 *Cappellæ ſecularium exiſtentes intus Eccleſias Regularium an poſſint ab Epiſcopis viſitari, & num. 8.*
5 *Epiſcopus poteſt viſitare Monaſteria Monialium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, & vide num. 6.*
7 *Viſitare poteſt Epiſcopus Monaſteria Monialium de concernentibus ad clauſuram.*
9 *Viſitare non valet Epiſcopus Altaria Eccleſiarum Regularium cura animarum carentia.*
10 *Viſitare poſſunt Epiſcopi Eccleſias Militum Hieroſolymitanorum curam animarum habentes.*
11 *Epiſcopus tanquam Delegatus Apoſtolicus tenetur viſitare Parochos ordinis Hieroſolymitani abſque eorum impenſa.*
13 *Viſitare poteſt Epiſcopus Parochialem Oliuetanis Monachis ſubiectam.*
14 *Viſitare poteſt Epiſcopus Parochiales Canonicorum Regularium Monaſterio vnitas.*
15 *Viſitare poteſt Epiſcopus Regulares beneficij ſimplicibus inſeruientes.*
16 *Viſitare poteſt Capitulum Sede vacante Monaſteria Monialium non exempta.*
17 *Viſitare poteſt Epiſcopus Parochiales ſuæ Diœceſis, vbi Sacerdotes ſeculares moram trabunt, quamuis Regularibus ſint ſubiecta.*

1 Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitates ſecularium in Regularium Eccleſijs erectas, & in illas iuriſdictionem ad Sacri Concilij præſcriptum exercere, quacunque conſuetudine contraria non obſtante, Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium negotijs præpoſita in Vercellen. 17. Iu-
2 lij 1615. & viſitare poteſt Epiſcopus tàm Confraternitates laicorum in Monaſterijs, vel Eccleſijs Regularium exiſtentes, in ijs tamen, quæ Cōfratrum adminiſtrationem concernunt, quam etiam Hoſpitale, ac beneficia commēdata, in quibus non viget Regularis obſeruantia, Sacr. Congreg. Concil. in Ca-
3 putaquen. 27. Iunij 1609. Confraternitates enim laicorum Regularium exemptarum inſtitutæ ſubſunt iuriſdictioni, & viſitationi Epiſcopi, atque ab eo viſitari poſſunt, nedum illæ Confraternitates, ſed etiam Cappellæ ipſarum
4 in eiſdem Eccleſijs Regularium exiſtentes, in his tamen, quæ Confraternitatum adminiſtrationem reſpiciūt, & quamuis Sacr. Congreg. negotijs Epiſcop. & Re-

& regular. præpoſita in Oſtienſ. 2. Octobr. 1616. quo ad Cappellas, ſecus ſenſiſſe videatur, id intelligitur circa ea, quæ non Confraternitatum adminiſtrationem, ſed potius Regularium reſpiciunt, ita Sacra Congregat. Concil. in Nucerina 10. Iunij 1622. refert nouiſſimè Barboſa de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 14. ſub num. 30.

5 Dicens præterea, quod viſitare poteſt Monaſteria Monialium, ſcilicet Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, ab Epiſcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernentur, non obſtantibus quibuſcunque &c. vt ſtatuit Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 9. Leiua in exam. Epiſc. lib. 6. cap. 21. n. 5 Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de relig. n. 93. vbi num. 98.

6 aſſerit reſolutum per illud decretum nullam iuriſdictionem eſſe conceſſam Epiſcopo in Monaſterijs Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectis, niſi in concernentibus ſpiritualia in temporalibus non nihil agere poſſe.

7 Viſitare poteſt Epiſcopus Monaſteria Regularibus ſubiecta in omnibus ad clauſurā ſpectantibus, & ſi Moniales Regularibus ſint ſubiectæ, prout refert determinatum per Sacram Congregationem, Armedar. ad recop. legum Nauarræ tit. de viſit. num. 17. & ſeq.

8 Viſitare nequit Epiſcopus Altaria & Cappellas in Eccleſijs Regularium, quamuis à ſecularibus Confraternitatibus conſtructa fuerint, prout deciſiſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium de anno 1616. de menſe Ianuarij in vna Terracinen. refert Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 1 tit. 7. num. 3.

9 Viſitare minimè valet Epiſcopus Altaria Eccleſiarum Regularium, animarum ſecularium cura carentia, nec etiam loca in eiſdem Eccleſijs vbi ſanctiſſimum Sacramentum aſſeruatur, vel vbi ſecularium confeſſiones audiuntur, patet ex Bulla fœl. record. Gregorij XV. incip. Inſcrutabili, edita in anno 1622. de menſe Februarij.

10 Viſitare poſſunt Epiſcopi Eccleſias Militum Hieroſolymitanorum animarum curam habentes vigore Bullæ Pij V. incip. Expoſcit, promulgatæ in anno 1571. de menſe Septembris, & per Bullam Gregorii XV. incip. Inſcrutabili, editam in anno 1622. & probat Illuſtriſſ. Epiſc. Ricc. in ſua praxi for. Eccleſ. reſolut. 176. Piaſeg. in praxi Epiſcopal. cap. 3. num. 46. part. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 24. part. 3. Nald. in ſumma verb. miles Cochier. de iuriſd. ordin. in exemptos quæſt. 145. part. 2. necnon Sacra Congregatio Concilij in

11 vna Auguſtana de anno 1627. cenſuit Epiſcopum tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum teneri abſque impenſa, & onere Rectorum eiuſdem ordinis Rectores viſitare.

12 Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitates ſecularium, in Regularium Eccleſijs erectas, non obſtante conſuetudine in contrarium, prout ſic determinaſſe Sacram Epiſcoporum, & Regularium Congregationem in anno 1615. de menſe Iulij in vna Vercellen. refert Aldan. vbi ſupra n. 2.

13 Viſitare poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, Parrochialem Oliuetanis Monachis ſubiectam, ita Sacra Congregatio decidit in anno 1628. de menſe Iulij in vna Veronen. & probat Aldan. in compend. reſol. iur. canon. d. lib. 1. tit. 7. n. 3.

14 Viſitare valet Epiſcopus Eccleſias Parrochiales Canonicorum Regularium Monaſterio vnitas, vigore Decreti Concil. Trident. ſeſs. 7. cap. 7. de reformat. & ita decidiſse Sacram Congregationem, probat Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ l. 7. §. 2. num. 1. lib. 1. tit. 6.

15 Viſitare poteſt Epiſcopus Regulares ſimplicibus beneficijs de Superiorum licentia inſeruientes, ita determinauit Sacra Eminentiſſimorum Concilij Congregatio, refert Sell. in ſelect. canonic. cap. 6. num. 28.

16 Viſitare poteſt Capitulum Sede vacante Monaſteria Monialium non exempta, vt decisum refert Garc. in tract. de benefic. cap. 7. num. 45. part. 5. Armendar. in addit. ad recopil. leg. Nauarræ d. tit. de viſitat. num. 84. vbi etiam
17 num. 88. refert, Epiſcopum viſitare poſſe Eccleſias parrochiales ſuæ Diœceſis, vbi Sacerdotes ſeculares moram trahunt, quanquam Eccleſiæ Regularibus ſint ſubiectæ, ſiuè etiam ſi ſint Eccleſiæ Regularium, dummodo cura per ſeculares Sacerdotes exerceatur; vt probat etiam Barboſ. de poteſt. Epiſc. d. alleg. 74. nu. 12. part. 3. apud quem alias habes, vt etiam perquirere poteris in praxi noſtra noui Iur. Pontific. tit. de viſitat.

VISITATORES.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatores quatuor de triennio in triennium per totam Italiam ad curandam obſeruantiam regularem Fratrum Minorum de Obſeruantia, à quo ſint deputandi.*

1 Viſitatores quatuor de triennio in triennium per totam Italiam, qui curent obſeruantiam regularem Fratrum Minorum de obſeruantia, & delinquentium crimina corrigant, & puniant ab Eminentiſſimo Cardinali Protectore ſunt deputandi, vigore Bullæ Gregorij XV. incip. Onerosa, edita ſub die 1. Septembris 1621. Pontificatus ſui anno primo.

VOTVM.

SVMMARIVM.

1 *Obedientia eſt votum Religionis, limita vt num. 2.*
3 *Religioſus non tenetur obedire Superiori niſi in licitis, & ſecundum regulam.*
4 *Votum paupertatis eſt annexum oſſibus Regularium.*
5 *Votum caſtitatis pollicetur à Regularibus, quod peccato luxuriæ violatur.*
6 *Luxuriæ qualibet ſpecies eſt ſacrilegium Regularibus.*
7 *Vouens ingredi certam Religionem, ſi votum ſolemne emittet in aliam laxiorem votum adimplet, ſed peccat in fractione voti prioris, num. 8.*
9 *Vota Monialium irritari poſſunt per Abbatiſſam, vel aliam Superiorissam.*

1 Votum Religionis eſt obedientia, illudque inter alia relucet, vt apud D. Thom. in ſum. 2. 2. quæſt. 186. artic. 8. de quo Nos latè diximus ſupra

pra in verbo obedientia,& plura ibi dicta reportat Campanil. in diuerſ. iur.canon.rub.12.cap.6. vbi quod ſub tali voto nō omniū, & ſingularium regula-
2 rum obſeruationem venire eſt credendum, at illud dumtaxat, quod propriè eſt obiectum obedientiæ, nempè illud, quod à Conſtitutione, Regula, aut Superiore fuit purè præceptum, in virtute ſcilicet ſanctæ obedientiæ, aut alijs verbis præceptum inſinuantibus, D. Thom. 2.2. citata quæſt. 186. art 9. in medio,& ad ſecundum argumentū,& Gregor. de Valent. diſput. 10. pūct. 3. §. 10. cum ſeq. vol. 3. Alex. de Neuo in cap. nam concupiſcentiam num. 32. vbi Felyn. num. 10. de conſtit. Azor. lib. 12. inſtit. moral. cap. 12. §. 2. neque omne à
3 Superiore præceptum tenebitur ſeruare religioſus, niſi quod licitè, & ſecundum regulam in his tantum, quæ tanquam præcepta conſtituit, vt Gregor. de Valent. ſubiungit in loco ſupra citato, & Tabiena in verbo religio ſub n. 23.

4 Votum paupertatis eſt annexum oſſibus Regularium, de quo Nos tractauimus ſupra in verbo paupertas, & plura conglomerat Campan. in diuerſ. iur. canonici rubr. 12. cap. 7. vbi erit videndum.

5 Votum caſtitatis pollicetur à Regularibus, illudque quocunque peccato luxuriæ violatur, cap. cum ad Monaſterium in fin. de ſtatu monach. Valent. ad D. Thom. diſput. 10. quæſt. 3. §. 9. tom. 3. Silueſter in ſumma verb. religio, probans in verb. luxuria num. 8. & in verb. ſacrilegium, vnamquamque ſpeciem
6 luxuriæ Regularibus ſacrilegium eſſe.

7 Voto certam Religionem intrandi adſtrictus, ſi poſtea aliam etiam laxiorem ingrediatur, & votum ſolemne in ipſa emittat, dicitur ſolutus ab illa priori obligatione, & tuta conſcientia in iſta laxiori permanere poteſt, quam-
8 uis peccauerit in fractione voti prioris, vt habetur in cap. penult. de regularib in 6. & declarauit Sacr. Congregat. & probant Nald. in ſum. verb. votum, & Galet in marg. caſ. conſcient. eodem verb. vbi quod in eodem laxiori licitè permanere poteſt, ex d cap. penult.

9 Vota Monialium irritari poſſunt per Abbatiſſam, vel aliam Superiorisſā, non tamen poteſt in eis diſpenſare propriè loquendo, cum careat iuriſdictione ſpirituali in ipſas, declarauit Sacr. Congreg. & probant Leſs. de iuſt. & iure lib. 2. cap. qnarto, dub. 13. Nald. in ſumma verb. Abbatiſſa, & in verb. votum, num. 64.

V O X.

S V M M A R I V M.

1 *Vox eligentium in electione Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, aut alterius Superiorisſæ poteſt accipi ab Epiſcopo, vna cum Vicario, vel alio viro oretenus.*

1 VOx eligentium in electione Abbatiſſarum, vel alterius Superiorisſæ poteſt per Epiſcopum, vna cum Vicario, vel alio viro aſſumpto oretenus accipi, ita declaraſſe Sacr. Congregat. Concil teſtantur Galet. in margarita caſuum conſcientiæ verbo Abbatiſſa, Garc. de benefic. par. 5. cap. 4. n. 189. Caſtell. de elect.. cap. 4. num. 4. & cap. 5. nu 18., quorum doctrina in facto vſus fui rogatus de conſilio à quodam Illuſtriſſimo Præſule extero.

F I N I S.

Annotationes prætermiſſæ locis proprijs, & hic repoſitæ.

In verbo Nouitij ſub num. 28. adde infraſcripta ordinata per S. D. N. Vrbanum VIII. quorum tenor ſequitur vt infra.

VRBANVS PAPA VIII.

LA Santità di N. S. Vrbano Ottauo, per Diuina Prouidenza Papa, per ouuiare a' motiui, che potrebbero naſcere nelle Religioni, con l'occaſione ſi riceuano i Nouitij, e facciano la profeſſione in Conuenti, à ciò non deputati, che contra la forma de' Decreti della felice memoria di Clemente Ottauo intorno a' Nouitij, che non ſi debbono ammettere à riceuere l'habito regolare, nè à far profeſſione, ſe non ne' Conuenti ſtabiliti; hauendo ſopra di ciò vdita la ſentenza della Sacra Congregatione; hà dichiarato, e decretato, che coloro, i quali ſono ſtati riceuuti, & hanno fatta la profeſſione di queſta maniera contra la forma de' decreti predetti, e che per ciò allegano la loro ricettione, e profeſſione eſſere nulla, non poſſano ſopra tal nullità eſſere in qualſiuoglia maniera vditi doppo paſſati cinque anni.

Che ſe alcuni ſono ſtati riceuuti, & hanno fatto profeſſione cōtra la forma de' predetti decreti, e vorranno frà cinque anni vſcire della Religione, ò vero i Superiori iſteſſi frà l'iſteſſo tempo vorranno cacciargli; la Santità Sua medeſima hà decretato, che tanto eſſi Profeſſi, quanto i Superiori ſiano tenuti produrre prima le loro ragioni, e preſentarle nella Sacra Congregatione; la quale prouederà per facoltà particolare conceduta le ſopra di ciò da Sua Santità.

Si prohibiſce in oltre a' Primati, Patriarchi, Arciueſcoui, Veſcoui, Abbati, e Prelati inferiori, che eſſercitano giuriſdittione, & à qualſiuoglia Giudice ordinario ò Delegato, anco à gli Auditori delle cauſe del Palazzo Apoſtolico, & a' Cardinali della ſanta Chieſa Romana, & à gli ſteſſi Legati à latere, e Nuntij della Sede Apoſtolica, che non vogliano per l'auuenire in qualunque modo ingerirſi in queſto ſenza ſpecial cōmiſſione di S. Santità, ſotto pena d'eſſere interdetti dall'ingreſſo della Chieſa in quanto a' Veſcoui, à gli Arciueſcoui, à' Patriarchi, & a' Primati; e ſotto pena di ſcommunica latæ ſententiæ in quanto à gli Abbati, a' Prelati inferiori, & à gli altri Giudici predetti, e che le dette pene s'incorrano ipſo facto. Ma in quanto a' Nuntij, & a' Cardinali della ſanta Chieſa Romana, & a' Legati à latere, ſotto pena dell'indignatione di Sua Santità, & altre da imporſi ad arbitrio dell'iſteſſa.

Ma ſe i medeſimi Riceuuti, e Profeſſi, come di ſopra, haueranno hauuto ardimento d'vſcir della Religione; ò vero i Superiori della Religione ſaranno ſtati arditi di cacciargli, ſenza produrre le loro ragioni in Congregatione, e ſenza eſpreſſa licenza di quella; eſſi Riceuuti, e Profeſſi ſi puniſcano come Apoſtati, e per Apoſtati ſi tengano, e ſi proceda di più contra loro ſecondo la forma del Decreto fatto intorno à gli Apoſtati Regulari, e diſcacciati, per commandamento dell'iſteſſa Santità Sua, dalla medeſima Sacra Congregatione a' 21. di Settembre 1634. Et i Superiori,

riori, che gli ſcacceranno incorrano ipſo facto, ſenz'altra dichiaratione, nella pena della ſuſpenſione da gli officij diuini; e reſtino priui di tutti gli officij, che per quel tempo ottengono, anzi ſiano perpetuamente inhabili ad ottenergli per l'auuenire, nè habbiano più voce attiua, nè paſſiua.

Datum Romæ, die 5. Ianuarij 1636.

F. Card. Veroſpius.
Locus † ſigilli
Franc. Paul. S.C.C. Secret.

In eod. verb. Nouitij ſub num. 18.

Adde, quod Nouitij Clericorum Regularium Minorum, qui non fuerunt admiſſi ad profeſſionem in Conuentibus deſignatis, iuxta Bullam Clementis VIII. non poſſunt dicere de nullitate profeſſionum factarum ab anno 1600. in huc, nec in poſterum faciendarum, ita patet ex ſpeciali Breui promulgato per S.D.N. Vrbanum VIII. ſub die 21. Aprilis 1637. cuius tenor eſt vt infra.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias poſt felic. record. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter ſuo decreto ſeù decretis deſuper editis diſtrictè præceperat, & mādauerat omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commiſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuſcunque, cæteriſque Superioribus Conuentūum, Monaſteriorum, Domorum, & aliorum locorum Regulariū quorumcumq; Ordinum nonnullis tunc exceptis, & in decretis huiuſmodi expreſſis, ne ſub cuiuſuis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtētu, niſi per litteras in forma Breuis dumtaxat, & non alias, quemquam ad habitum regularem ſuſcipiendum, nec etiam Conuerſos, niſi in Conuentibus, Monaſterijs, & Domibus auctoritate eiuſdem Clemētis prædeceſſoris in vnaquaque Prouincia deſignandi recipere, aut receptos ad profeſſionem admittere vllo modo auderent ſub certis tunc ſimiliter expreſſis pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis, receptiones verò, & profeſſiones quaslibet eorū, qui contra huiuſmodi decretum, ſeù decreta admiſſi fuiſſent nullas, & irritas eſſe ad quemcumque effectum ex tunc decreuerat, & declarauerat, idem Clemens prædeceſſor, qui excipiendo in eiſdem decretis nonnullas alias Religiones ornaſſe cenſebatur, vt dilecti filii Præpoſitus generalis, & alii Superiores Clericorum Regulariū Minorum nuncupat. & illius inſtituti religioſi tāquam non excepti ſub decreto, ſeù decretis huiuſmodi comprehenderentur, cōperto poſtmodum eoſdem Præpoſitum, Superiores, & religioſos laudabiliter progredi in via mandatorū Domini, ac religioſæ vitæ exemplo, religioſiſq; exercitationibus aliis ad ſalutē prodeſſe, ſupplicationibus eorūdem Præpoſiti, aliorumque Superiorū huiuſmodi ſibi humiliter porrectis inclinatus per eius litteras in forma Breuis ſub Annulo Piſcatoris die 10. Mart. 1600. expeditas, eiſdem Præpoſito Generali, ac aliis Superiorum Regularium Minorum hu-

iuſmodi, vt Nouitios recipere eiſque habitum per eos geſtari ſolitum exhibere, illoſque poſtquam Nouitiatus annum compleuiſſent ad profeſſionem per eos emitti conſuetam admittere, ſeruata tamen decretorum dicti Clemẽtis prædeceſſoris deſuper editorum, ac aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum forma liberè, & licitè poſſent, & valerent licentiam, & facultatem conceſſit, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictis ſuis decretis, & alijs quibuſcumque in contrarium facientibus, & prout latius in eiſdem litteris, quarum tenores haberi volumus pro expreſſis continetur. Cum autem ſicut dilecti filij modernus Præpoſitus generalis, & Aſſiſtentes generales Congregationis Clericorum Minorum huiuſmodi Nobis nuper exponi fecerunt, licet ipſi in vim prædictarum Clementis prædeceſſoris litterarum in forma Breuis, vt præfertur expeditarum, Nouitios ad habitum abſque domorum, ſeù locorum regularium deſignatione huiuſmodi, prout decreta prædicta requirunt, admiſerint, nihilominus nonnulli dictę Cõgregationis profeſſores, ſiuè obſeruantiæ, vitæq; regularis minus amantes, ſiuè nimio ſcrupulo ducti voluerint, & velint dubitare de validitate ſuarum profeſſionum per eos à tempore dictorum decretorum emiſſarum, & actuum inde hucuſque ſecutorum, aut ſaltem vſque ad tempus quo Conſtitutiones dictæ Congregationis per recol. mem Paulum Papam Quintum etiam prædeceſſorem noſtrum in forma ſpecifica, & præuia diligentia earundem Conſtitutionum per Venerabiles Fratres noſtros, tunc ſuos S.R.E. Cardinales negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitos reuiſione emendatæ, approbatæ, & confirmatæ fuerint, & ab eo tempore quo ſupradicta Clemẽtis prædeceſſoris prædicti decreta per Nos etiam approbata, & innouata fuerunt huiuſmodiq; dubium, ſeù hæſitationem ſuam deduxerint, & deducant ex vano prætextu, quod in dicto Breui Clementis prædeceſſoris appoſita ſit, hæc clauſula, (ſeruata videlicet prædictorum decretorum forma) quæ quidem clauſula licet intelligi debeat quoad alia in prædictis decretis ordinata, non quoad ea, quæ ſunt in eiſdem decretis Clementis prædeceſſoris excepta, ne alias ipſius Clementis prædeceſſoris Breue fruſtatorium fuiſſe detegatur, attamen illi de profeſſionum ſuarum validitate dubitare volentes non modo non acquieſcãt, ſed doctrinas, & opiniones in contrarium diſſeminent in grauiſſimum diuini cultus, ac obſeruantiæ, diſciplinæque regularis præiudicium Nobis, propterea Præpoſitus generalis, & Aſſiſtentes generales prædicti, vt his incommodis, imaginariiſque dubitandi prætextibus tam hactenus ortis, quam qui de cætero oriri poſſunt maturè obuietur Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt deſuper præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur omnem dubitandi circa præmiſſa materiam præcidere, dictæque Congregationis quieti quantum cum Domino poſſumus conſulere, eoſdemque Præpoſitum generalem, & alios ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, Motu proprio,

prio, certaque ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, ac de noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium declaramus, quod Congregatio Clericorum Regularium Minorum præfata poſt conceſſam ei à dicto Clemente prædeceſſore per ſuas in forma Breuis litteras huiuſmodi licentiam, & facultatem ſupra expreſſam ex tunc de cætero in prædictis ipſius Clementis prædeceſſoris decretis comprehenſa non fuit, quin potius excepta, & propterea à die datæ litterarum prædictarum obligata non fuit habere loca regularia particularia pro Nouitiatibus faciẽdis, ideoque profeſſiones poſtea in quibuſuis Domibus, & locis regularibus eiuſdem Congregationis emiſsas à quibuslibet ipſius Congregationi religioſis fuiſſe, & eſſe validas, ac omnes, & ſingulas, qui poſt datam prædicti Breuis eiuſdem Clementis prædeceſſoris profeſſionem emiſerint, vel in poſterum emittent ad quemcumque effectum etiam in foro conſcientiæ remanſiſſe, & remanere obligatos eidẽque Religioni adſtrictos. Inſuperq; mãdamus Conſtitutiones prædictas, vt præfertur prçuia emendatione, & approbatione Congregationis Regularium per eundem Paulum prædeceſſorem confirmatas in poſterũ eſſe inuiolabiliter obſeruãdas, non obſtantibus prædictis eiuſdem Clementis prædeceſsoris decretis, etiã per Nos approbatis, & innouatis, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiã de latere Legatos vbique iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus, & ſingulis, quæ dictus Clemens prædeceſſor in ſuis litteris prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris die 11. Aprilis 1637. Pontificatus Noſtri Anno decimoquinto.

M.A. Maraldus.

At quia circa materiam exaraui quaſdam Allegationes, placuit hac occaſione hic illas imprimi facere, quarum prima eſt, vt ſequitur.

ALLEGATIO AVTHORIS.

NVllo quidem profeſſionis vinculo, nec Religionis nexu adſtringuntur Reuerendi illi Patres Ordinis Clericorum Regularium Minorum, qui vti Nouitij ad habitum Regularem, & profeſſionem in Monaſterijs ſpecialiter non deſignatis, fuerunt admiſſi tali modo, vt propria authoritate in foro Poli ab illa recedere valeant, vt poſt cæteros probarunt Henriquez in ſumma lib. 11. cap. 11. num. 3. Leſſius de iuſt. & iure cap. 41. dub. 7.

num. 65. Rodriquez quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 17. artic. 17. Suarez de religion. lib. ſeptimo, cap. 2. num. 6. Vecch. in praxi nouit. diſput. 14. à num. 3. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 37 num. 11. plus ſubdens hos tales vti nulliter profeſſos perſeuerantes in Religione abſolutionem recipere non poſſe, niſi proponant validè profiteri, vel ab ea in prima occaſione abſque tamen eorum damno recedere.

Eſt enim de forma, ac de ſubſtantia Nouitios ad habitum regularem, & profeſſionem admittendos eſſe in Conuentibus propriè deſignatis à Sacra Cõgregatione, vel locorum Ordinarijs, quod ſi alijs in locis profeſſionem emiſerint, illa irrita, & prorſus nulla, ac facta non fuiſſent reputabitur, ſic inquam expreſsè ſtat prouiſum à felic. mem. Clemente Papa VIII. in ſuo decreto incipit Regularis diſciplinæ, poſt alios Naldus in ſua ſumma verbo Religioſus, quod nouiſſimis hiſce temporibus pariter confirmauit Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Interpretum Congregatio in decreto de Regularibus Apoſtatis, & Eiectis de ordine Sanctiſſimi Domini noſtri Vrbani Papæ VIII. vt in 4. tom. Bullar. inter Conſtitutiones eiuſdem 26. in ordine, & apud Lezan. in ſumma quæſt. regular. tit. de nouit. cap. 24. num. 23. & 24. vbi in fine, ex vi huius decreti atteſtatur multos Religioſos nouam feciſſe profeſſionem, alios verò habitum dimiſiſſe.

Ita quod habemus actus ſequutos, & exequtoriatum præfatorum decretorum tenorem, & proinde hæſitari nequit huiuſmodi Regulares alibi profeſſos, quam in Conuentibus pro Nouitiatu deſignatis, vti nulliter profeſſos legitimo iure Religionem deſerere poſſe, cum non reputentur Regulares, ſed ſeculares ex formæ inobſeruantia, quæ ſicuti dat eſſe rei, l. Diuus, ff. de in integ. reſtit. l. qui hæredi, & l. Meuius, ff. de condit. & demonſtrat. ita illius omiſſio actum vitiat l. 1. & 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. gloſ. in cap. dilectus, verb. irritum, & ibi pariter Panormitan. & Felyn. de reſcript. Suarez de legib. cap. 31. lib. 5.

Nec obeſt continuata perſeueratio facta in Religione à præfatis Regularibus habendo ſe pro legitimè profeſſis, & omnia, & ſingula, quæ profeſſis competunt exercendo, ex quo poſſet argui tacita profeſſio, eo maximè, quia ex inſtitutione dictæ Religionis quotannis Patres eiuſdem iam factam profeſſionem renouant.

Nam patet reſponſio, profeſſionem iſtorum vti factam extra loca deſtinata nullatenus ratificari poſſe, vt in proprijs terminis probat Canon. Nouar. frater in ſumm. Bullar. tit. de nouit. recipiend. num. 3.

Habet inquam huiuſmodi profeſſio principium infectum ex defectu formæ, quia non fuit obſeruata diſpoſitio præfatorum decretorum, & quod ab initio eſt nullum tractu temporis conualeſcere nequit, l. quod ab initio, ff. de regul. iur. & ratificatio habet tacitam conditionem, ſi actus alias ſit validus, & ſolum deficiat ratificatio, at ſecus ſi fuerit inualidus, prout in caſu noſtro, Crauett. conſ. 871. num. 12. lib. 5. Calcan. conſ. 57. num. 6. Surd. conſ. 28. num. 123. vol. 1. quoniam actus omninò nullus, quatenus in eo defecerunt ſubſtãtialia requiſita, non habet ſubiectũ confirmabile, nihil eſt enim tantæ potentiæ, quod poſſit eradicare morbũ perpetuum profeſſionis, & ideò

ſtante radice infectionis,& cauſa morbi,conualeſcentia eſt impoſſibilis, ſicut in naturalibus apparet, vnde exequutio, ſeù confirmatio non poteſt de nihilo aliquid facere, cum de nihilo nihil inſurgat, Bald. in l. nominationes nu. 2. C. de appellat. & in l. falſus num. 3. C. de furt. quatenus ait, quod confirmatio non eſt actus per ſe ſubſiſtens, dicitur enim confirmatio, quaſi cum alio firmatio, vbi ergo non eſt confirmabile, confirmatio non procedit, ſequitur Dec. in l. morte num. 3. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. & in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. num. 2. Riminald. conſ. 5 num. 137. volum. 1. Felyn. conſil. 27. num. 16. Corn. conſ. 199. num. 58. volum. 2. Caball. millcloq. 29. Sfort. Odd. conſ. 77. num. 19.

Et ſecluſis ſupradictis rationibus non eundo per mendicata ſuffragia aſſeueramus non poſſe dari profeſſionem tacitam hoc in caſu, ſed debere eſſe expreſſam, nam pro ſanandis profeſſionibus factis contra præfatum decretum Clementis VIII. Sanctiſſ. Dominus Noſter Vrbanus VIII. in ſuo decreto ſuperius memorato ſtatuit ad fauorem dictorum Regularium ſic profeſſorum præcipiendo Superioribus, vt illos in gradibus & honoribus quibus reperiuntur, ſinant permanere, & ad alios etiam aſcendere, dummodo iterum profeſſionem emittant, & ideò ad hunc effectum requiritur nouus conſenſus, nam ratificatio profeſſionis nullæ non fit, vt ex tunc, ſed vt ex nunc, Cacher. deciſ. 119. num 26.

Et quamuis poſſet opponi fæl. mem. Paul. V. confirmaſſe cum bulla particulari Conſtitutiones dictæ Religionis, quarum in vna continetur vt conſulta Prouincialis, ſeù Capitulum Prouinciale poſſit deputare locũ pro Nouitiatu, ergo videtur derogaſſe dicto decreto Clementis VIII. quatenus loca pro Nouitiatu mandat præcedente licentia Sacræ Congregationis, vel Ordinarij eſſe deſignanda.

Tamen reſpondetur, quod erat neceſſarium facere expreſſam mentionem de dicto decreto, nec ſufficit generalis conceſſio, eo quia præfatum decretum tempore dictæ conceſſionis erat iam redactum in corpore Bullarum, & proinde ſuccedit regula, vt conceſſio generalis ijs tantum deroget, quæ in corpore iuris clauſa non ſunt, nec ea, quæ in illo clauſa reperiuntur, ad gloſ. per illum text. in l. 3. C. de ſilentiar. lib. 12. clem. 1. in fin. de ſepult. Gonzal. ad reg. 8 Cancell. gloſſ. 36. à num. 36. Barboſ. in l. quia tale, num. 16. ff. ſolut. matrim. Cæuall. commun. contra commun. quæſt. 611. vnde licet Papa poſſit diſpenſare ſuper Concilium, tamen vbi generaliter loquitur, nec facit expreſſam mentionem, non per hoc derogare cenſetur, Enriq. in ſumm. lib. 13. cap. 57. §. 1. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 5. cap. 14. Reginald. in praxi for. pœnit. lib. 5. num. 2.

Idque maximè nam tenor dictę Conſtitutionis vti particularis non fuit nota Pontifici, quia licet habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, tamen ſecus eſt reſpectu particularium Conſtitutionum, ad text. in c. 1. de conſt. in 6.

Nec obſtat Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de regularib. quatenus diſponit religioſos non poſſe dicere de nullitate profeſſionis niſi infra quinquennium.

Siquidem iſti Patres habuerunt ignorantiam nullitatis eorum profeſſionum, quæ in dubio præſumitur, l. verius ff. de probat. cap. præſumitur de

reg.

reg. iur. in 6. & iuxta communiorem DD. ſententiam ignorans nullitatem profeſſionis, poteſt non obſtante lapſu quinquennij, adhuc reclamare ex cumulo DD. apud Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 37. num. 22. cum ſeq. Leſſ. de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 66. Mirand. in man. prælat. tom. 1. quæſt. 22. art. 3. concl. 2. Azor. inſt. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 4. quæſt. 10. Gratian. forenſ. diſcept. tom. 3. cap. 413. num. 9. Villalob. in ſum. tom. 2. tract. 35. difficult. 25. num. 9. Cyriac. controuerſ. forenſ. tom. 2. cap. 371. num. 37.

Et inſuper aduertit Sanchez loco indicato num. 28. quod in foro conſcientiæ maior, qui re vera ſciuit profeſſionem fuiſſe nullam, & labi quinquẽnium paſſus ſit, intra quod ſolum conceditur reclamatio, at nullo modo ratam habuit profeſſionem poſſit reclamare, & deducere ad forum externum, petens reſtitutionem in integrum ratione iuſtæ ignorantiæ, poſſitque petito à ſe iuramento id iureiurando affirmare, quia re vera in foro conſcientiæ non eſt profeſſus, & poteſt fugere, quod ſi denegetur audienda, eſt ob ratificationis præſumptionem, & iuramentum illud, quod ſe ignoraſſe teſtatur, ſic accipiendum eſt, quia ignorauit, ideſt non habuit ſcientiam, qua ratam haberet profeſſionem, ſicuti Conc. Trid. præſumit.

Ex his igitur patet præfatos Regulares vti nulliter profeſſos à monachali habitu ſe exui poſſe, & ad onera Religionis non arctari, ſaluo peritiorum iudicio.

Ioannes Maria Nouarius.

Allegatio altera per Authorem edita.

1 BReue emanatum à S. D. N. Vrbano VIII. in quo cauetur profeſſiones factas à Clericis Regularibus Minoribus ab anno 1600. in huc eſſe validas, nec inficiari poſſe, non comprehendere profeſſiones factas ab eiſdem ab anno 1596. vſque ad annum 1600. non eſt dubitandum.

Siquidem cum Breue illud contineat certum tempus, nempè ab anno 1600. videtur apertè excludere profeſſiones per prius factas, nam incluſio ab vno tempore, excludit aliud tempus Caſtrenſ. conſ. 468. vbi quod excluſio ad tempus inducit incluſionem poſt tempus, & è contra Gemin. conſ. 15. ex reg. cap. nonne, de præſumpt. vbi cauetur incluſionem vnius eſſe alterius excluſionem, l. præter ff. de iudic. l. quamuis C. de pignorib. quod eſſe verum etiam in reſcriptis probat Calderin. conſ. 10. de ſentent. excommunic. Abb. conſ. 57. lib. 1. vbi quod ſi in reſcripto aliquid mandetur alicui, & in aliquo vnum exclúditur, alios includi cenſetur, refert Card. Tuſc. pract. concluſ. tom. 4. lit. I. concluſ. 71. num. 73.

Quare cum in Breui fiat mentio ſolum de profeſſionibus factis ab anno 1600. conſequenter dicendum eſt noluiſſe comprehendere profeſſiones emanatas antea nam ſi voluiſset comprehendere illas, expreſsè dixiſſet Pontifex, cumque non dixerit noluiſſe comprehendere præſumitur, cum facilè id exprimere potuiſſet, neque expreſſit. Menoch. conſ. 30. num. 8. Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauarræ num. 150. quia quod Legislator non dicit non

eſt

eſt ab homine præſumendum, l. diſſentientis ff. de repud. cap. illa nè ſede vacante, Surd conſ. 219 num. 21.

Idque maximè debet procedere in caſu noſtro, cum ſimus in materia odioſa, & coactiua, ac arctatiua propriæ voluntatis, & conſenſus, & ratificationis actus alias inualidi, & proinde ſtricta debet fieri interpretatio, ad text. in l. cum quidam ff. de liber. & poſthum. cap. renouantes 22. diſtinct. nec ex identitate rationis poteſt fieri extenſio, Corſett. in ſingul. in verb. extenſio, Honded. conſ. 95 nu. 98. & ſeq. lib. 2. Tiraquell. de retract. in præfat. n. 62. Farinac. in fragm. crim. p. 2. lit. E. num. 115.

Vnde cum ex defectu requiſitorum vigore decreti Clementis tales profeſſiones factæ ante annum 1600. ſint nullæ non cenſentur conualidatæ per breue emanatum à S. D. N. Vrbano, quia tales profeſſiones non comprehendit.

Profectò tale Breue loquitur de profeſſione facta ab anno 1600. non vero de profeſſione antea facta, vnde de vno ad alium caſum, neque de vna ad aliã perſonam extendendum venit, l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verbo obligat. gloſ. in c. conſt. verb. prorogamus. & ibi Frãch. de regul. Duen. reg. 306.

Neque fruſtra de profeſſione facta ab anno 166. loquutum fuiſſe Summũ Pontificem, dicendum eſt ad text. in cap. ſi Papa, de priuil. in 6. vt nulla propterea agitari quæſtio debeat de ipſa Pontificis voluntate diſtincta in vno, atque alio caſu, cum id apertè ſatis Breuis eius verba oſtendant, ad text. in l. ille, aut ille, in fin. ff. de legat. 3. Monald. conſ. 116. num. 4. vol. 2. Gratian. forenſ. diſcept. cap. 757. num. 2. tom. 4. quid nempè diſputationem admittimus in his, quæ diſponentis verbis finitas ſunt? iuxta verba text. l. continuus, §. cum ita ſtipulatus, in fin. ff. de verb. obligat.

Quinimò comprimenda potius verba ſunt Breuis ad rem ipſam, ſuper qua proferuntur, quam quod vltra illam diflui patiamur, §. quod autem, Inſtit. de legit. agnat. tutel. Crauett. conſ. 16. num. 5. & conſ. 171. num. 13. quem ſequitur Surd. deciſ. 43. num. 17. & conſ. 131. num. 12. vol. 3. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 21. ſub num. 13. Card. Tuſc. litt. V. concl. 122. num. 44. tom. vltim.

Quod potiſſimum admittendum erit, vbi de pœna agi oportebit priuatiua, Abb. in cap. fin. num. 8. de iurepatronat. Rota apud Verall. deciſ. 98. num. 3. part. 3. Surd. deciſ. 208. num. 15. & materia exorbitans fuerit à iure communi, Alciat. conſ. 23. num. 2. Gabriel concluſ. 9. num. 22. de clauſul.

Quare iuxta propoſita eſſe iudicandum apertè patet, & ſum voti.

Ioannes Maria Nouarius.

In verb. Oblati num. 1. ſupple vt infra.

OBlati Fratrum Carthuſianorum iiſdem fruuntur priuilegijs, quibus Fratres eiuſdem Ordinis, ita cautum eſt vigore Bullę Gregorij IX. incipit Tertionono Februarij, inde tutò inferri poteſt ipſos poſſe ſepeliri in tu-

tumulis, & ſepulturis, in quibus Fratres talis Ordinis ſepeliri ſolent, quia alias non eſſet frui priuilegijs, & illorum habere communionem contra diſpoſita in allegata Gregoriana bulla.

In lit.B. BEGVINÆ.

BEguinarum ſectam amplectentes mulieres, ac Religioſi in hoc præſtantes auxilium, conſilium, vel fauorem, ipſo facto ſunt excommunicati, clem.cum de quibuſdam, de relig.domib. & ita declarauit Sacra Congregatio, Tambur.de iure Abbatum diſp.17.q.1.tom.1.

In lit.C. CANTVS.

CAntus ſimplex, vel figuratus non eſt permiſſus in Eccleſijs Monialium à perſonis ſæcularibus, ita Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium in vna Bononien.de anno 1584. & in alia Milanen. 1593. refert Barboſ.de iure Eccleſ. vniuerſ.lib.1.capit. 44. num. 61. vbi ait licere inter ipſaſmet Moniales, ex Sacræ eiuſdem Congregationis declaratione de anno 1594. 8. Februarij, & 30. Martij.

In lit.D. DISCALCEATÆ.

DIſcalceatarum, ſeu Minoretarum mulierum ficta Congregatio reperitur abolita, vigore particularis Bullæ Gregorij IX. tenoris ſequentis.

Ad audientiam noſtram noueritis perueniſſe, quod nonnullæ mulieres per veſtras Ciuitates, & diœceſes diſcurrentes ſe fortè de S. Damiani Ordine mentiuntur, & vt alij ſuæ aſſertioni mendaci fide credulitatis accedant, diſcalceatæ vadunt, habitum, & cingulum Monialium eiuſdem Ordinis chordulas deferentes, quas quidem diſcalceatas, ſeù cordularias, alij Minoretas appellāt; cum tamen Moniales ipſæ vt gratum præſtent Domino famulatum perpetuò ſint incluſæ, vnde quia in eiuſdem Ordinis confuſionem, ac derogationem Ordinis Fratrum Minorum, & ipſorum Fratrum ſcandalum, ac Monialium earundem prædictarum mulierum Religio ſimulata redundat vniuerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus mulieres ipſas ad obediendum cum eiſdem cingulis, & cordulis huiuſmodi habitum monitione permiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, cum ſuper hoc requiſiti fueritis appellatione poſtpoſita compellatis. Datum Laterani 9. Kal. Martij 1241. Pontificatus vero XIV.

L A V S D E O.

INDEX

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

Quæ in hac LVCERNA REGVLARIVM continentur.

Editus per V. I. D. FRANCISCVM BILOTTAM è Caſtro Monardo Prouinciæ Calabriæ Vltra.

A

ABbas Commendatarius Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſii an reſidere verbo reſidere teneatur, n.2. pag. 61.

Abbas poteſt inuito Epiſcopo reuocare ad Monaſterium religioſos animarum curam exercentes, verb. Abbas. n. 1. pag. 2.

Abbas regularis, Rector Parrochiæ tenetur ire ad Synodum Diœceſanum, ibid. num. 2.

Abbas non expeditis literis apoſtolicis tenetur abſtinere ab adminiſtratione Monaſterij, ibid. num. 3.

Abbas cum vſu Mitræ, & Baculi poteſt aſſiſtere in degradatione Clericorum. ibid. n. 4.

Abbas ducens vitam regularem, non tenetur reddere rationes Epiſcopo, ibid. n. 5.

Abbas regularis habens iurſdictionem criminalem in Clericos ſæculares, non comprehenditur ſub decreto S.C. Trid. cap. 20. ſeſſ. 24. ibid. n. 6.

Abbas debet curare quod in Monaſterio adſit Lector ſacræ Scripturæ, necnon Hebraicam, & Latinam linguam docentes, ibid. num. 7. & 8.

Abbas poteſt habere ſedem, ibid. n. 9.

Abbas coram Epiſcopo Ordinario loci ſedere tenetur, ibid. num. 10.

Abbas in Monaſterio cuncta exercere poteſt, verb. Abbas, num. 11. pag. 3.

Abbas quando priuatur in criminibus notorijs, ibid num. 12.

Abbas vnius Monaſterij non poteſt in alio præeſſe eodem tempore, ſecus ſi vnus ab alio dependeret, ibid. num. 13. & 14.

Abbas

INDEX.

Abbas quando auditur pro monaco in capitalibus, ibid. num. 15.
Abbas celebrans, debet habere ſuos miniſtros, ibid. num. 16.
Abbas quando poteſt benedicere paramenta, remiſſiuè, ibid. num. 17.
Abbas an poſſit conferre ordines, ibid. n. 18.
Abbas quando poteſt vti Baculo, ibidem num. 19.
Abbas quando poſſit vti Mitra, ibid. n. 20.
Abbas quando vti poſſit Baldachino, ibid. n. 21.
Abbas quando habet vſum Pontificalium, ibid. n. 22.
Abbas an vtatur Mozzetta, ibid. n. 23.
Abbas quando efficitur exemptus à reſidentia verb. Abbatia, n. 5. pag. 4.
Abbas extra ſuum Monaſterium in proceſſionibus nec Baculo, nec Mitra vti poteſt, verb. Baculus, num. 3. pag. 21.
Abbas habet vſum Baculi, ibid. num. 5.
Abbas de Belloloco Ordinis Præmoſtraten. habet vſum Baculi, eodem verbo, numero 6. pag. 22.
Abbates Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. poſſunt vti Baculo, & Mitra in proceſſionibus, verbo Baculus, ibid. num. 4.
Abbates Monaſterij S. Mariæ Oppidi habent vſum Baculi, ibid. n. 7.
Abbas Monaſterij S. Mariæ ſub titulo Bonæſpei habet vſum Baculi, verb. Baculus, ibid. num. 8.
Abbas Oliuetanus habet vſum Baculi, ibid. n. 9.
Abbas de Bellopodio habet vſum Baculi, ibid. n. 10.
Abbas Pramiten. Ordinis Ciſtercien. habet vſum Baculi, ibid. n. 11.
Abbas Monaſterij S. Petri Meten. diœceſis habet vſum Baculi, verbo Baculus, ibidem num. 12.
Abbas Monaſterij S. Mariæ de Calmoſiaco habet vſum Baculi, ibid. num. 13.
Abbates Oliuetanorum habent Baldachinum, verb. Baldachinum, ibid. n. 2.
Abbates Caſſinenſium, poſſunt vti Baldachino, ibid. n. 3.
Abbates S. Pancratij Ciuitatis Florentiæ poſſunt habere Baldachinum, num. 4. pag. 23.
Abbates Monaſterij Ordinis Cæleſtinorum poſſunt habere Baldachinum, ibid. n. 5.
Abbas non benedictus poteſt benedicere paramenta, & ſacram Vnctionem, quod intelligitur pro vſu ſui Monaſterii, verbo Benedicere, & Benedictio, num. 1. & 2. pag. 24.
Abbas in locis ſibi pleno iure ſubiectis nequit conſecrare Calices, ibid n. 6.
Abbas qui præeſt monachis à proprio Epiſcopo benedici debet, niſi priuilegio ſit munitus, eod. verbo, num. 7. pag. 25.
Abbas ſemel benedictus cum vſu Birretti ſi transferatur ad aliam Abbatiam habentem vſum Mitræ, non indiget benedictione, ibid. n. 11.
Abbas qui requiſiuit Epiſcopum, qui renuit benedicere omnia ad ſuum officium ſpectantia exercere poteſt, ibid. n. 12.
Abbas in propria Eccleſia populum benedicere poteſt, quod non procedit exiſtente Epiſcopo, ibid. n. 13. & 14.
Abbas, ſiuè Præpoſitus S. Mariæ Pacis Romæ poteſt vti Mitra, Anulo, Baculo, & alijs pontificalibus, num. 17. pag. 26.
Abbates, Priores, & ſimiles habentes priuilegia benedicendi, non poſſunt benedicere ea, quæ ſacra vnctione indigent, & an poſſint benedicere lapides, & conſecrare Calices, ſed

an

Digitized by Google

an poſſint cum ſpeciali priuilegio Sedis Apoſtolicæ, verb. Benedicere, & Benedictio, num. 3. 4. & 5. pag. 24.

Abbates Cœleſtini, & S. Pancratij Ciuitatis Florentiæ à quolibet Antiſtite benedici poſſunt, eod. verb. num. 10. pag. 25.

Abbates an benedicere poſſint per vias num. 15. pag. 26. limita exiſtente conceſſione, ibidem, num. 16.

Abbates ex priuilegio poſſunt benedicere campanas, eod. verb. ibid. num. 22.

Abbas quando poſſit portare Cappuccium, & Mozzettam remiſſiuè, verb. Cappuccium, num. 3. pag. 29.

Abbates ſubditis ſuis ſuperinterſtitijs diſpenſare poſſunt, ac ordines minores conferre, verb. diſpenſare, n. 1. pag. 69.

Abbates qui gaudent priuilegio vtendi Mantelleto referuntur, verb. Mantelletum, num. 2. pag. 53.

Abbas vnica tantum Mitra vti poteſt, verb. Mitra, n. 1. pag. 177.

Abbas qua Mitra vti poteſt, ib d. n. 3.

Abbas nequit diſpenſare, vt Monachus teneat peculium, & proprietatem, ſed adminiſtrationem, verb. Ieſuitæ, n. 60. pag. 139.

Abbates generales quorundam ordinum monachalium, Mozzetta cum Cappuccio vti poſſunt, num. 1. pag. 187. verbo Mozzetta.

Abbas S. Andreæ Congregationis Lateranen. Ciuitatis Vercellen. vtitur Mozzetta præſente Epiſcopo, ibid. n. 2. verb. eodem.

Abbas Generalis Cœleſtinorum vtitur Mozzetta ſuper mantelletto, ibid. n. 3.

Abbates, Monachi, & Religioſi clauſtrales patrini in Baptiſmo eſſe non poſſunt, pag. 218. num. 1. verb. patrini, limita vt n. 2.

Abbas Commendatarius non poteſt vti inſignibus pontificalibus, niſi ex ſpeciali priuilegio, n. 2. pag. 220. verb. Pontificalium.

Abbas nequit conferre ordines Regularibus non ſubditis, n. 1. pag. 216. verb. ordo, amplia vt num. 2.

Abbas & ſi non ſit benedictus, poteſt conferre ordines ſuis ſubditis, ibid. n. 4.

Abbas an poſſit concedere literas dimiſſoriales, ibid. num. 5.

Abbas, ſeù Prior S. Stephani de Boſco an poſſit concedere literas dimiſſoriales, pag. 217. num. 6. & 8.

Abbates nequeunt concedere literas dimiſſoriales Clericis ſæcularibus ſibi ſubditis, pag. 218. num. 9. & 10.

Abbas ordinarius priuatiuè quoad Epiſcopum an poſſit ordines conferre, ibidem num. 11. verb. ordo.

Abbatia data in commẽdam cum primum vacauerit, debet prouideri, regulari probatæ vitæ, verb. Abbatia, n. 1. pag. 4.

Abbatia à ſolo Pontifice confertur, eodem verbo num. 2. pag. 4.

Abbatiſſa debet eſſe virgo, verb. Abbatiſſa, num. 2. pag. 4.

Abbatiſſa ſi poſt electionem fuerit corrupta, priuatur, ibid. nu. 5.

Abbatiſſa non poteſt excedere triennium in ſuo officio, verb. eodem, n. 7. & 8. pag. 5.

Abbatiſſa poteſt minori tempore triennij aſſumi ad tale officium, & mutari, ibid. num. 9.

Abbatiſſa noua non debet in Eccleſia Epiſcopali deduci, vt benedicatur, verb. eodem, numer. 12. pag. 6.

Abba-

INDEX.

Abbatiſſa nequit velare virgines, aut viduas, verb. velare, num. 1. pag. 301.
Abbatiſſæ ætas debet eſſe quadraginta annorum, & octo profeſſion.s, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, verb. Abbatiſſa num. 5. & 6. pag. 5.
Abbatiſſa quando eligitur, vota oretenus accipi non poſſunt à ſuis Superioribus cum duobus teſtibus, & electionem Superior confirmare nequit verb. electio, n. 7. pag. 81.
Abbatiſſa quando eligitur ex tripartito numero monialium duæ partes concurrere debent, niſi loci conſuetudo aliud expoſcat, & in caſu diſcordiæ Epiſcopus gratificare poteſt, ibid. num. 13.
Abbatia Caßinen. eſt exempta à iuriſdictione locorum Ordinariorum, verbo exemptio. num. 4. 5. & 6. pag. 101.
Abdicatio paupertatis, & cuſtodia caſtitatis ſunt annexæ regulæ monachali, adeo vt Pontifex ſine cauſa diſpenſare non poſſit, verb. Ieſuitæ num. 64. pag. 140.
Abſolutio ab hæreſi non poteſt impartiri à Prælatis Regularibus ſuis ſubditis, verb. abſolutio, num. 1. pag. 7.
Abſolutio ab hæreſi eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ ibid. num. 2.
